

P. ROBERTI

BELDARMI

NI POLITIANI,
E SOCIETATE
IESV.

R. 4713

DE INDULGEN-
TIIS ET LVILEO,
LIBRIDO.

Accedunt & alia eiusdem litteroris aliquot opuscula,
quorum Catalogum ver pagina exhibet.

Omnia nunc primum in lucem edita.

Ad laudem & Reverendiss. Dominum, D. Iulium, Deigrati Episcopum Heribopolensem, Francie Orientalis Ducem, &c.




PARISIIS,

Apud PETRUM CHEVALIERUM, è Re-
gione Sancti Marij.

M. D. X. X.

Cum priuilegio Regis.

Del colegio. Dato no. de faguo de granada.



A
12
315

100
100
100

H. 260



P. ROBERTI

BELLARMI

NI POLITIANI,

E SOCIETATE
IESV.

B.
B. 4713

DE INDVLGEN-
TIIS ET IVBILEO,
LIBRI DVO.

Accedunt & alia eiusdem Authoris aliquot opuscula,
quorum Catalogum versa pagina exhibet.

Omnia nunc primùm in lucem edita.

Ad Illusterr. & Reverendiss. Dominum, D. Iulium, Dei gra-
tia Episcopum Herbipoliensem, & Francie Orien-
talium Ducem, &c.




PARISIIS,

Apud PETRVM CHEVALERIVM, è Re-
gione Sancti Hilarij.

M. D. X CIX.

Cum privilegio Regis.

Del colegio de la conga de Jezus de granada.



A
12
315

**CATALOGVS EORVM,
QVAE HOC VOLV MINE
CONTINENTVR.**

Indulgentiis & Iubileo, libri Duo.

Appendix ad libros de summo Pontifice, continens refutationem cuiusdam libelli Italici, cuius titulus est.

Ausopiacuole dato alle bella Italia.

Appendix ad Libros de cultu imaginum complectens refutationem cuiusdam libelli editi Francofurti, cuius titulus est, *Synodus Parisiensis de imagin.*

De exemptione Cleticorum, Liber unus.

Quibus adiecimus etiam.

Iudicium de libro Concordia Lutheranorum, vna cum breui eiusdem libelli Apologia, eiusdem Roberti Bellarmini.

**REVERENDISSIMO
ATQVE ILLVTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO, D.
IVLIO, EPISCOPO HERBIP-
lensi, ac Franciae orientalis Duci,
&c. Domino suo clemen-
tissimo.**

NON te fugit, Reuerendissime atque Illustrissime Principes, quæta hæreſeon portentata à plurimis annis Europæ nostræ oras propè omnes atque angulos infestent, exagitent, tantu non euertant: non te clam est, quantum opera, sollertia, industria, nerorum, Patres societatis Jesu, diuinâ equidem prouidentiâ, hac calamitosa tempestate ad plurimorum salutem nati excitatique, ad huiusmodi confutandas profligadasque hæreses, attulerint Ecclesie Dei: ^{et} in ijs, præcipua quadam immortaliq; laude, ac commendatione dignum, Robertum Bellarminū faciem quādam splendidiſimam, in errorum dēsa tenebriscaq; errantibus ca-

ligine, prætulisse. Edidit us iam pridē Controversiarum tres tomos, omni plane eruditioне, Amaltheæ cornu dixeris, confertissimos: exercuerunt illi hæreticorum ingenia: Erasmum, Lutherum, Melanchthonem, Bucerum, Caluinum, Bezan, Zwingium, Oecolampodium, ceteros id genus hæreticos, seculi nostri antesignanos, signiferos, primipilos, a neatores confutarunt, postrauerunt, iugularunt. Tentarunt aliqui male feriati homines, veritatem, quā ex diuinis oraculis elephantini libris nostris, ex Conciliorum Oecumenicorum certissima defensione, ex Patrum & doctorū Ecclesiæ etatis omnis auctoritate maxima, ex ratione denique nō raro, desumpfit, & occulte aetate cuniculis & aperte pro concione, & plurimis ineptissime consarcinatis centonibus centuriisq; labefacere, coquassare, dissoluere, euertere, Sed conatus, ut videmus, irrito. Nouissime, quod errores nostri temporis,

Martini Lutheri operâ, ab indulgentiis, quas semper vera, catholicaq; fides agnouit, initium habuerunt, nec eam hactenus, aliis distractus occupationibus, quas habuit maximas, controuersiam, quā sollet industria, felicitateque pertractare potuit: iam tandem ad iubilei proximi annum, animos velut preparatus multorum, summâ adhibitâ diligentia perfecit, meisque typis potissimum tam insigne ac necessarium opus lucem voluit adspicere. Id opus quoniam vestræ Celsitudini gratissimum futurum spero, una cum eiusdem opusculis plusculis, quæ ante hunc diem non fuerunt edita: eidem Illustrissimæ Celsitudini do, dico & offero. Id cur audeam tentemque cum alia plurima fecerunt, tum vero tuus acerimus Catholicæ auitæq; religionis in Germania, ubi tot hæreses vigent, defensor animus, tuaque erga me immeritum, permultis sèpè demonstrata signis, bene-

*uolentia singularis id iure quodam suo à
cliēte humillimo, ne ingratificus sit, depo-
poscit. Quare Illustriſimam Cels.T. qui-
bus verbis poſſum, rogo, ut hoc literarium
munus non aſpernetur, meque in clien-
tum ſuorum albo ſemper habeat, nec in-
de deli, expungique patiatur. Venetis i.
die Martij. I 5 9 9.*

V. Illuſtriss. Celsitud.

Humillimus Cliens

Ioannes Baptista Ciottus,
Typographus Venetus.

INDEX CAPITVM,
QVAE IN DVQBV S, D E
INDVLGENTIIS ET IVBL
LEO, LIBRIS, DIS-
CUTIUNTUR.

LIBER PRIMVS.

- CAP. I. Denominē indulgentiæ & Iubilei.
- II. Extare theſaurum aliquem in Ecclesia, qui ſit indulgentiarum funda-
mentum.
- III. Eſte in Ecclesia, potestatem applicandi theſaurum
ſatisfactionum, ac per hoc indulgentias conce-
dendi.
- IV. Soluuntur obiectiones contra doctrinam duo-
rum capitum superiorum.
- V. Quid propriè ſit indulgentia, ſolutione, an abſolu-
tio.
- VI. Soluuntur obiectiones contra doctrinam capitis
superioris.
- VII. A quo vinculo per indulgentias ſoluamur, vel
abſoluamur.
- VIII. Soluuntur argumenta contraria.
- IX. De veritate indulgentiarum.
- X. Utilem eſſe indulgentiam omni hominum ge-
neri.
- XI. Quis poſſit indulgentias concedere.
- XII. An requiratur cauſa iusta, vt indulgentia ſit rata.
- XIII. De diſpositione ſuſcipiens indulgentias.
- XIII. De indulgentiis, quæ accipiuntur pro defunctis.

LIBER SECUNDVS.

- CAP. I. Refutantur argumenta Lutheri contra indul-
gentias.
- II. Reſpondetur ad ea, quæ aduersus indulgentias.
Iannes Caluinus obiecit in libro iſtitutionis,
cap. 9. num. 38.

- III. Respondeatur ad obiectiones Caluini ex num. 39.
cap. 9. Instit.
- III. Respondeatur ad obiectionem Caluini ex cap. 9.
Instit. num. 40.
- V. Refelluntur ea, quæ Caluinus habet cap. 9. Instit.
num. 41. & 42.
- VI. Respondeatur ad ea, quæ Caluinus profert cap. 9.
Instit. num. 43.
- VII. Refelluntur obiectiones Tilmanni Heshusij.
- VIII. Refelluntur alia obiectiones eiusdem Tilmanni
Heshusij.
- IX. Respondeatur ad primū caput disputationis Mar-
tini Kemnitij.
- X. Respondeatur ad secundum caput disputationis
Kemnitij.
- XI. Respondeatur ad tertīū caput disputationis Kemi-
nitij, & defenditur primum argumentum Catho-
licorum.
- XII. Defensio secundi argumenti Catholicorum pro
indulgentiis.
- XIII. Defenditur tertium argumentum Catholicorū.
- XIV. Defenditur quartum argumentum Catholicorū.
- XV. Defenditur quintum argumentū Catholicorum.
- XVI. Defenditur argumentum sextum Catholicorum.
- XVII. Respondeatur ad caput quartū disputationis Ké-
nitij.
- XVIII. Respondeatur ad primam partem argumenti
historici contra indulgentias.
- XIX. Respondeatur ad alteram partem argumenti hi-
storici contra indulgentias.
- XX. Respondeatur ad tertiam partem argumenti hi-
storici contra indulgentias.

R. P. Roberti.

R. P. ROBERTI BELLARMINI
Politiani è Societate Iesu.

DE INDVL-
GENTIIS LIBER
PRIMVS.
Prefatio, & Ordo Disputationis.

Quæ Væ prima controversiarum hoc nostro se-
culo fuit, ea non electione, sed casu postre-
mo loco à nobis tractanda suscipitur: nam
cum locum huic controversiae post libros de
penitentia designauissem, & casu factu
esset, ut libri illi prope ferias autunnales absoluenterur,
& typographus illo ipso tempore extremam manum se-
cundo tomo imponere vellet, implere non potui, quod ma-
xime cupiebam. Deinde, superuenierunt aliae atq; alie
occupationes tium publicæ, tium priuata, quibus impedi-
tus, vix etiū paucorum mensum pro tertio tomo (quod
opus maioris momenti esse videbatur) perficiendo, inue-
nire potui: sed cum præter spem hoc anno aliquid vacui tē-
poris nactus fuisset, & simul anni sexcentesimi supra
millesimum iam imminentis expectatio nos admoneret
celeberrimi Iubilei, solemniumq; indulgentiarum, qui-
bus is annus, vetere instituto, cosecratus est: nō potui diu-
nius huius debiti solutionem differre, quā multi à me in-
re ac merito expetebant. Quamvis autem eas potissimum
controversias explicandas suscepimus, quæ de indulgentiis
inter catholicos, hereticosq; versantur: tamen attingam
etiā illas, quæ inter catholicos, salua fide, veritatis inda-
gande, vel illustranda gratia, disputarū. Igitur, uniuersi-
tate disputationis hic erit erdo. PRIMVM, de nomine in-
dulgentiæ, et subiles breuerter differemus, et simul qui pro

Cap. I. De Indulgencij. Lib. I.

2 *defensione indulgentiarum, qui contra easdem scripterint, indicabimus. DEINDE, an indulgentiae sint, prosequemur: vbi duo tractanda erunt. alterum, de thesauro quodam spirituali ecclesie: alterum, de potestate cum thesaurum distribuendi. TERTIO, quid proprietas indulgentia, id est, in quo precipue eius natura posita sit, inseparabimus. vbi alia duo explicanda erunt: unum, sit ne indulgentia solutio, vel absolutionis; alterum, a quo vinculo soluat, vel absoluat. QUARTO, qualis indulgentia sit, id est de multiplici forma, & varietate eius disceretur. QVINTO, propter quid, siue cuius rei gratia sit, hoc est, de fructu et utilitate indulgentiae disputabitur. SEXTO, qui possit indulgentias concedere & quan ob causam, inquiremus. SEPTIMO, quis eas suscipere possit, & que dispositio ad eas suscipiendas requiratur, ut debimus. OCTAVO, an et quomodo defunctis indulgentiae profine, aperiemus. Atq; haec omnia in priore libro breviter & prespicue explicare conabor: in posteriore vero libro, mendacia, fraudes, et imposturas, argumenta quoque, siue a testimonij scriptura, & Patrum, siue ab ipsa ratione petita, Lutheri, Calvini, Heshusij, & Kemnitij, qui prater ceteros in hoc argumeto laborasse videntur, aperiam, discutiam, & cefllam.*

C A P V T P R I M V M.

De nomine Indulgencie, & Iubiles.

A Cvt a nomine exordiamur, Indulgencie remissionem, & facilitatem, siue (vt sic loquamur) condescensionem in scripturis sanctis, alijsque auctoribus, praesertim ecclesiasticis, significare solet. Et quidem, priore notione usurpatum hoc nomen apud Isaiam c. 61. Iohannes Luca interprete, c. 4. Euangelij. Nam quod legimus in Isaia *predicare captiuis remissionem*, in Euangeliu Lucæ redditum videmus, *predicare captiuis remissionem*. Eadem notione pauci veteres Patres usi sunt. Cyprianus in serm. de lapsis, & in Epist. ad Iubaianum; Hiero-

Cap. I. De Indulgencij. Lib. I.

3

nymus in commentario ad cap. 4. Danielis, & Augustinus in psalmum 10. 1. explicans illa verba, *cinerem tanquam panem manducabam*. Posteriore significatione, quam non nomen indulgentia, pro lenitate, & (vt diximus) condescensione accipitur, usus est Apostolus in priore ad Corinth. cap. 7. in illis verbis, *hoc autem dico secundum indulgentiam, & non secundum imperium*. Eadem significatio apud alios scriptores, tum lacros, tum profanos frequentissima est.

Ecclesia igitur, & scholæ Theologorum utramque significationem coniungentes, indulgentias vocant remissiones penarum, quæ sepe remanent luendæ post remissionem culparum, & reconciliationem in sacramento penitentiae adeptam: quas remissiones, summi Pontifices ex paterna lenitate & condescensione in filios suos, compatientes eorum infirmitati, certis temporibus, & non sine iusta aliqua, & rationabili causa concedere solent. Videtur autem ecclesia ad hanc remissionem significandam, nomen hoc derivasse ab usu veteri Imperatorum & Iureconsultorum: siquidem illi indulgentiam sollemini, proprioque vocabulo, appellant remissionem generalem criminum, quam aliquando Principes seculi, publicæ laxitatis causa, faciebant. Vide Codicem Theodosianum lib. 9. tit. 38. qui est de indulgentia criminum, & nominatim inuenies l. 3. indulgentiam fuisse remissionem criminum, quoad solam penam legibus debitam. Et l. 4. iuuenies, indulgentiam nunc remissionem, nunc absolutionem appellari. Vide etiam l. Lucius. ff. ad S. C. Turpill. & l. Indulgencia. C. de generali abolitione, & Ammianum Marcellinum lib. 16. vbi etiam indicat, nomen indulgentiae esse antiquum, & solempne, cum ait: *ne per indulgentias, quas appellant*. Atq; haec de nomine indulgentiae hoc loco sufficient. Nam definitionem accuratam indulgentia postea suo loco trademus. Porro, I U B I L E V S dicitur a voce hebreæ, ἡστὶ, Iobel, & quamvis aliqui malint Iobeleum, vel Iobileum, quam Iubileum dicere: nos tam S. Hieronymus sequimur, qui vocem Iobel, perpetuo iubileum reddidit, non enim in conuertendis vocibus tam superstitione esse debemus, ut propterea S. Hieronymum, virum

doctissimum, & prudentissimum, & ab ipsa Ecclesia approbatum, deserere non debemus. Significat autem Iubileus annum remissionis, qui abud Hebreos erat quinquagesimus, ut perspicuum est ex cap. 25. & 17. Levitici, & cap. postremo Numerorum. Si quidem eo anno remittabantur labores omnes agriculturæ: non enim arabatur, nec cerebatur, nec metebatur, sed ex frugibus anni superioris, quas Dominus triplo plures suppeditabat, omnes commodè sustentari poterant: restituebantur etiam agri ac domus venditæ prioribus dominis, & qui seruituti addicti fuerant, libertati pristinæ reddebantur. De etymologia vero Iubilei, Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Ego tamen non assentior Rabbinis, qui docent, Iubileum à sonitu cornu arietini sic nominari, quod eiusmodi sonitu indiceretur annum remissionis. Nam tametsi vno in loco, videlicet Exod. 19. videatur, Iobel sonitum buccinæ, vel ipsam buccinam significare, tamen, ubi agitur propriè de Iubileo, nimirum Leuit. 25. sonitus buccinæ, quo indicebatur Iubileus, nō vocatur Iobel, sed θυρὴ theruba: qua etiam voce vtitur David in psalmis, vbiunque iubilum, vel iubilacionem nominat. & certè, si iubileus hebraicè diceretur à sonitu buccinæ, debuisse omnino Moyses, Leuit. 25. ubi ait: Et clanges buccina incise septime, decima die mensis, propitiations tempore, in uniuersa terra restra, sanctificabi que annum quinquagesimum, et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ, pse ist enim iubileus. Debuisse, inquam, uti voce Iobel, in designando sonitum buccinæ: quod tamen non fecit; sed vsus est voce theruba, ut diximus. Itaque non dicitur hebraicè iubileus à iubilatione, cùm ille, Iobel, ista theruba dicatur, sed dicitur, ut existimo, à ἱελι Iabel, quod significat germinare, & producere, vnde est nomen ἱελι, quo fruges, & fructus omnes significare solent. Dicitur igitur iubileus, quasi annus germinans, ut ilis, & fructuosis, quia sine labore adducit fructus terræ, & sine sumpibus restituit agros, & domos antiquis dominis, & sine vlla vi reddit seruis pristinam libertatem. Fuit autem, sine vlo dubio, iubileus Hebreorum, typus & figura Euangeli, per quod homines re-

missionem peccatorum, liberationem à servitute dia-boli, possessionem paradisi, & domum cœlestem, ac de-nique fructus bonorū operum, & alia innumerabilia be-neficia, per Christū acquirunt. Ad quod alludens Isaías cap. 61. in persona Christi sic ait: *Spiritus domini super me, eo quod uxerit me: ad annunciatum mansuetu misit me, ut mederer contritis corde, & predicarem captiuos indulgentiam, & clausis apertione, ut predicarem annum placabilem domino.*

Hinc Pontifex Maximus Clemens, eius nominis sextus, annum illum celebrem, in quo indulgentiam, maximè adeuntibus Apostolorum Basilicas, more veteri, cōceduntur, iubilei nomine appellandum censuit, præser-tim cùm ad similitudinem veteris iubilei, annum quin-quagesimum pro centesimo, qui antea fuerat in vsu, ipse designasset. Denique, idem iubilei nomen deriuatū est ad omnes indulgentias, quæ in amplissima forma subinde concessi solent, etiam extra annum illum, qui propriè iubilei nomen inuenit. Quamvis autem indul-gentia Pontifica, ut postea suo loco probabimus, solam pœnam temporalem, peccatis debitam remittat, atque od id solum, ex parte, nonnullam habeat cum veteri iubile similitudinem, tanti tamen fructus pœnitentia, tot conuersiones hominum sceleratorum, tam multa, & tam præclara pietatis opera, indulgentiam illam vel præcedunt, vel comitantur, ut merito annus ille sanctus, placabilis Domino, germinans, & fructuosis, quod nomine iubile significari diximus, appellari pos-fit. Extat libellus, in quo recententur ordine opera pietatis egregia, ac penè innumerabilia, quæ in proximo iubile sub Gregorio XIII. Pontifice Max. edita sunt, nec minora speramus visuros nos esse in eo, qui nunc imminet, anno millesimo sexcentesimo sub Clemente VIII. Pontifice Optimo, atque sanctissimo.

Ac vt possint, qui volunt, auctores consulere, qui de indulgentijs præclarè scripsierunt, adscribam eorum nomina, quorum libri ad manus meas venerunt. P R I M I igitur sunt Gulielmus Altissiodorensis in summa Theologica, lib. 4. tract. 6. cap. 9. & Alexander Alensis in summa item Theologica, part. 4. quæst. 23. hos secuti

sunt Albertus Magnus, S. Thomas, S. Bonaventura, & ceteri scholastici Theologi in commentarijs ad quartū lib. sententiarum, distinctio. 16. aut 20. aut 45. quibus addi possunt interpres iuris canonici, Panormitanus, & alij in varia capita tituli de pœnitentijs & remissione, cum in epistolis decretalib. tūm in sexto, & extravagantibus: nec non Ioannes de Turrecremata in commentario ad Gratiani decretum de pœnitentijs, dist. 1. can. Quis viditaliquando. §. Item, in Leuitico; Felinus in sermone siue tractatu de indulgentiis, & S. Antoninus in summa, par. 1. tit. 10. cap. 5. His postremo adiungendisunt, qui post natam Lutheri hæresim scripserunt, Silvester Prieras tūm in libello aduersus Lutherum, tūm in summa, verbo, indulgentia. Ioannes Eckius in Enchiridio, cap. 24. Adrianus Papa VI. in commentario ad 4. librum sententiarum, in tract. de Indulgencij. Thomas Cajetanus Card in 1. tomo opusculorum, tract. 8. 9. 10. 15. 16. Ioannes Episcopus Roffensis in refutatione assertio[n]is articulorū Lutheri, art. 17. 18. 19. 20. 21. & 22. Dominicus à Soto in 4. sentent. dist. 21. Petrus à Soto in institutione sacerdotum, lext. 1. 2. & 3. de indulgentiis. Jacobus Latomus in defensione 7. articuli Louaniensium, Martinus Ledesmius in 2. parte 4. sentent quæst. 27. 28. & 29. Michael Medina in disput. de indulgentiis. Antonius Cordubensis in quæstionib. de indulgentiis. Ioannes Bapt. Paulianus in libris de iubileo, & indulgentiis, Martinus Nauartus in commentario de iubileo, & indulgentiis. Franciscus Turrianus lib. 4. de dogmaticis characterib. verbi Dei. Gregorius de Valentia in lib de indulgentiis. Iacobus Naclantus tract. 10. Porro ex ecclesiæ hostibus, primi qui indulgentias contempserunt, & oppugnatunt, fuerunt Vvāldenses, qui pauperes de Lugduno appellati sunt: Horum errores referuntur à sancto Antonino in 4. parte summæ, tit. 11. cap. 7. ff. 2. & à Ioanne de Turrecremata lib. 4. summæ parte 2. cap. 35. Octauus eorum error fuit, indulgentias, quæ à summo Pontifice conceduntur, nihil profus valere. Secutus est Vvaldenses IOANNES VVICLEVS, cuius errores recensentur, & damnantur in Syno-

do Constantieni, sess. 8. eorum error quadragesimus secundus est, fatuum esse, credere indulgentijs Papæ, & Episcoporum. V Viclefum secuti sunt Hvssitæ, vt intelligi potest ex 1. libro Ioannis Cochlae de historia Husitarum. Hos maiores, & parentes habuit MARTINVS LVTHERVS, qui noltro seculo, ab indulgentiarum reprehensione principium fecit secta sua propaganda; vt perspicum est ex resolutionibus de indulgentijs, ex assertionibus articulorū à Leonc X. damnatorum, ex initio libri de captiuitate Babilonica, & ex alijs eius libellis. Lutherum fecutus est ipsius Achates PHILIPPVS MELANCHTHON in apologia cōfessionis Augustanae, art. 12. MARTHIAS ILLYRICVS in cēturijs, cent. 4. c. 15. col. 1529. TILMANNVS HESCHIVS in libro de erroribus Pontificiorum, tit. 32. sed copiosius indulgentias oppugnauit IOAN. CALVINVS in institutioue Christiana lib. 3. cap. 5. & in alia editione lib. vñico, cap. 9. nu. 38. & sequentibus: copiosissime verò MARTINVS KEMNITIUS in 4. parte examiniis Concilij Tridentini.

CAPVT SECUNDVM.

Extare thesaurum aliquem in Ecclesia, qui sit indulgentiarum fundamentum.

VT inuestigemus, an indulgentiæ sint, quod erat secundo loco propositū, duo quærenda sunt: vvv M, an extet in Ecclesia thesaurus ali quis satisfactionum Christi, & Sanctorum, qui applicari possit ijs, qui rei sunt pœnaluendæ post culpam in Sacramento pœnitentiae remissam: ALTERVM, ad sit in Pōtifice Maximo, alij que episcopis potestas applicandi hunc thesaurum, & eo modo absoluendi homines à reatu pœnae temporalis: nam hæc duo necessaria esse ad indulgentias constitutas, quales à Catholicis auctoribus defenduntur, nemo negare potest.

Quod igitur ad PRIMVM attinet, non defuerunt ex A iiiij


Cap. II. De Indulgencijis. Lib. I.

antiquis Theologis Scholasticis, qui tametsi indulgencias admitterent, tamen de thesauro dubitarent. Nam Franciscus Maironis in 4. sent. dist. 19. qu. 2. thesaurum satisfactionū Christi supereffluentium, & apud Ecclesiam reconditarum, in dubium reuocauit. Durandus verò in 4. dist. 20. qu. 3. in quæstionem vertit, an ad hunc thesaurū pertinenter satisfactiones Sanctorum. Vt que autem paratus erat iudicio Ecclesiæ acquiescere, si forte aliter laperet: hæc enim sunt verba Durandi in præfatione commentarium suorum in Magistrum. Et quoniam interpretatio dubiorum sacræ scripture ad sanctam Ecclesiam Romanam & Catholicam pertinet, omnia opera eius correctioni totaliter suppono. Ceterum, communis aliorum Theologorum, cùm antiquorum, vt S. Thomæ & S. Bonaventura: tūm recentiorum omnium sententia, thesaurū satisfactionum, tūm Christi, tūm sanctorum, semper agnouit, & secundūm eam sententiam Clemens VI. Pontifex Maximus, paullò post obitum Maironis, & Durandi, de ea re decretum edit, in constitutione, quæ incipit, Vnigenitus. At Martinus Lutherus, Ioannes Caluinus, & alij suprà citati huius temporis sectarij, vt in alijs rebus multis, sic etiā in articulo de thesauro satisfactionum ab Ecclesiæ Catholice sententia, & Pontificis Maximi iudicio recesserant. Nos igitur vt rem totā facilius explicemus & probemus, aliquot propositiones in medium adferemus.

P R I M A propositio: In bonis actionibus hominum iustorū duplex valor, sive premium assignari potest, meriti videlicet, & satisfactionis. Hanc distinctionem L. v. T. H. B. R. V. S. in assertione art. 17. figmentum esse dixit, sed nullo argumento eam refutare tentauit. Non esse autem figmentum, sed rem verissimam, paruo negotio demonstrari potest. Dicimus igitur, in uno, atque eodem opere bono, vt eleemosyna, vel ieiunio, & meritum, & satisfactionem reperi, & vnum horum ab altero se iungi posse, neque vnum ab altero impediri. Probatur primum ex scripturis: eleemosyna delet peccatum, quod est satisfactoriū esse. Iob. 4. eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat. Ecclesiastici 3. sicut aqua extinguit ignē, ita ele-

Cap. II. De Indulgencijis. Lib. I.

mosyna extinguit peccatum. S. IOANNES CHRYSOSTOMVS homil. 25. in acta Apostolorum: Non est inquit, peccatum, quod nō posset purgare eleemosyna. CYPRIANVS in sermone de eleemosyna, eleemosynis, inquit, atque operibus iustis, delictorum flamma sopitur. Et tamen eadem eleemosyna, quia est opus bonum, & Deo gratum, meritoria est vitæ æternæ, vt perspicuum est cap. 25. Matth. percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi: furius enim, & dedisti mihi mādicare, &c. Neque respōderi potest, nō cōuenire eidem eleemosynæ, vt sit satisfactoria & meritoria, sed alia esse satisfactoriam, aliam meritoriam. Nam esse satisfactoriam, conuenit eleemosynæ, quia est opus laboriosum, & pœnale: esse meritoriam, conuenit eidem, quia est opus bonum, ex caritate factum, non est autem eleemosyna minus bona, & ex caritate facta, quia laboriosa, & pœnalis, neque econtrario. Igitur una & eadem virumque fructum parit. Idem dici potest de ieiunio, est enim verè satisfactorium, quia pœnale, vt perspicuum est ex facto Niniutarum, Ionæ vlt. & tamen est meritorium, si fiat ex caritate: cū Dominus dicit Matth. 6. Tu autem cūm ieiunias, vngue caput tuū, & faciem tuam lana, ne videaris hominibus ieiunās, sed patruo, qui est in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Quid autē reddet nisi mercedem? Sic enim paulò ante de hypocritis dicitur, qui ciupunt videri ab hominibus ieiunantes, Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Idem de oratione dici potest: Nam in oratione Dominica petimus, vt dimittantur nobis debita nostra, atque hac petitione satisfacimus pro peccatis venialibus. & S. AUGUSTINI affirmat in enchiridio cap. 71. De quotidiana pœnitentia, inquit, brevibus, levibusque peccatis, sine quibus hec vita non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit. Et tamen de eadē oratione Dominus dicit in Euangeliō, cap. 6. Tu autē cūm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patre tuum in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. DE NIQUES de operibus pœnitentia generatim, quod simul satisfactoria, & meritoria esse possint, extat memorabilis sententia S. Cypriani in sermone de laphis, extremo: Qui sic Deo satisficerit, qui pœnitentia facti sui, qui



pudore delicti, plus & virtutis, & fidei de ipso lapsus suis dolore conceperit, exauditus & adiustus a Domino, quam corrigauerat super, letam faciet Ecclesiam, nec iam solā Dei venia meretur, sed coronā. Addamus his testimoniis rationes ex Theologia petitas: Principiō, opus bonum ex caritate factū, meritorium est vita æternæ, ut copiosè demonstrauimus in lib. 5. de iustificatione: At nihil detrahitur de bonitate, & dignitate eius operis, si acceptetur à Deo a satisfactionem pro pœna: Igitur idē opus, meritorium, & satisfactorium erit. Ad Hæc, qui orat pro aliis, eis que impetrat remissionem peccati, vel quoduis aliud beneficium Dei certe non minus benè operatur, & Deo placet ita orando, quam si pro se tantum oraret; imò melius facit, ac magis Deo placet, quia simul exercet caritatem in Deum, & in proximum, igitur non perdit mercedē suam apud Deum. quamvis etiam proximo beneficiū aliquod ipso opere impetraverit. Quare poterit eadē oratio simul esse impetratoria, & meritoria. Quod si ita est, quid impedit quod minus possit esse simul satisfactoria, & meritoria? Quemadmodū enim ille mereatur apud Deum dignā operis sui mercedem, qui ex caritate, orando impetrat aliquid proximo: sic etiā meretur apud Deum dignam operis sui mercedem, qui ex caritate ei, orando vel reiungendo, vel eleemosynas tribuendo, pro aliorū peccatis nititur satisfacere. P R A E T E R EA, si duo pīj viri, cū æquali caritate, & pietate erga Deum, orent, aut eleemosynas tribuant, & vni remittatur pœna aliqua temporalis, cui erat obnoxius, alter nō egat ullā remissione, quæo an par premium in vita æterna sibi acquirunt, an diuersum? Si par igitur opus bonum, meritotium, & satisfactorium simul esse potest, neque aliquid amittit de ratione meriti: propterera, quod ratio satisfactionis accedat. Si diuersum, igitur opus bonū aut meritorium nō integrum à Deo mercedem accipit: nam nō potest tam parum detrahi de præmio vita æternæ, augmenti gratiæ, quin illud sit multò pretiosius, & maius, quam remissio cuiuscunq; pœna temporalis. Est autem absurdum, opus bonum, & meritorium non accipere à Deo integrum mercedem: Igitur par præ-

mium duo illi viri obtinebunt, etiam si alteri tātum pœna temporalis remittatur, nam alteri non remittitur, non quia non possit, sed quia non est necesse.

P O S T R E M O, potest vni atque eidem operi duplex merces deberi: altera, ex iustitia cōmutatiua: altera, ex distributiua: atqui, operi satisfactorio debetur remissio pœnae, ex iustitia commutatiua: operi meritorio debetur præmiū, ex iustitia distributiua, secundū substantiam, vt S. Thomas docet. in 1 p. q. 21. art. 1. & lib. 1. cōtra Gentes, cap. 93, quamvis secundū modū debeatur, & reddatur secundū commutatiua, ex codē S. Thomas in 2. 2. q. 4. art. 4. ad primum. Igitur potest vnu atque idem bonum opus, simul satisfactorium esse, & meritorium. P R O P O S I T O huius argumēti certissima est. Nā Euangelizanti debetur ex iustitia commutatiua victus, & veltius: *Dignus est enim operarius mercede sua.* Luc. 10. & Apostolus affirmat. 1. Cor. 9. Dominū ordinasse, vt qui Euangelium annunciant, de Euangeliō viuant: ac, vt ostendat id exigi secundū iustitiam cōmutatiua, mercedē illā, stipendiū appellat, quis, inquit, militat suis stipendijs vñquam. Eide verò Euangelizanti, debetur præmiū in æterna vita secundū iustitiam distributiua. Id enim est, quod promittit scriptura 1. Petri 5. cū ait: *pascite, qui in vobis est, gregē Dei, &c. apparetis, Principe pastorum, accipietis immarcescibilē glorie coronā.* De quo præmio loquēs B. Paul. lus. 1. Cor. 3. vñsq; inquit, mercedē accipiet secundū suum labore. Ide etiā videmus quotidie in rebus humanis. Miles enim qui fideliter, fortiterque se gerit in bello, meretur ex iustitia cōmutatiua stipendiū ordinariū, rursus, ex distributiua meretur gratiā ducis, ac vt in distributio- ne graduum, atque honorū militariū, alijs præferatur, qui minus fideliter, aut minus fortiter se gesserunt. Pro- rō, A S S V M P T I O ciudem argumenti non minus est certa: quod enim compensatio pœnae pertineat ad iustitiam commutatiua, percipuum est ex facili litteris. Deut. 45. *Fro mensura peccatiserit & plagarū modū,* neque de hac re villa dubitatio esse potest. Quod autem meritis operum honorum respondeat præmium secundū iustitiam distributiua, saltem secundū substantiam,

12 Cap. II. De Indulgentijs. Lib. I.

docent Theologi ex eo, quod in scripturis Deus ut iudex distribuit vincuique secundum opera sua, ut pater Matth. 25. in parabolâ de talentis, & ex illo Apostoli 1. Tim. 4. *R eposita est mihi corona iustitiae, quæ reddet mihi Dominus in illa die iustus index.* Et passim in sacris litteris ut Act. 10. Rom. 2. & alibi dicitur Deus non esse acceptor personarum, quod vitium contrarium est iustitiae distributio, ut S. Thomas docet in 2. qu. 63. art. 1. Igitur satis constat, idem opus bonum posse meritorum esse virtus æternæ, & simul satisfactorium pro temporali pena: nec minus meritorum, quia satisfactorium.

Secunda proposicio: Opus bonum, qua parte meritorum est, non potest alij applicari, potest tamen, qua satisfactorium est. P. I. O. R. huius sententiaz pars extra controversiâ est: nam si dicitur mereri, qui bene operatur, & ex bono opere dignus est præmio. Non potest autem fieri, ut ex eo, quod unus bene operatur, alter ceperatur bene operari, ut dignus præmio habeatur. Deinde, nemo potest proprio merito spoliari, quantumuis pro alijs oret, vel eiunet, vel eleemosynas faciat. Non igitur meritum suum cum alijs communicare potest. & hoc est, quod scripturæ passim docent, cum dicunt: *vnuſ quisque propriâ mercedē accipiet.* 1. Corint. 2. & *reddet vnuſ quisque secundum opera sua.* Psalm. 61. potest quidē unusquisque per opera sua bona impetrare alijs diuina aliqua beneficia, potest etiam cōmunicare opera sua bona, quod attinet ad satisfactionem pro reatu pena, vel ad gaudium, quod inde precipitur. Sic enim David affirmat se participantem fuisse omnium timentium Deum. Psalm. 118. Sed ut alius ex merito alterius sit dignus præmio, vel ut qui bene operatus est, merito suo priuetur, fieri non potest. Posterior pars huius sententiaz non difficulter probari potest: nam satisfactio est compensatio penæ, vel solutio debiti, potest autem unus ita pro alio prenara compensare, vel debitum soluere, ut ille satisfecisse merito dici possit. Præterea, qui pro alio satisfacit, non potest eodem opere pro se satisfacere, igitur verè satisfactionem suam cum altero communicauit. Et possunt hæc omnia familiaribus exemplis illustrari: nam potest

Cap. II. De Indulgentijs. Lib. I.

13

civis propriâ pecuniâ debitum alterius civis ita dissoluerre, ut non possit eādem pecuniâ debitum aliquod suum simul dissoluere. Et rursus, non potest unus civis bonis operibus suis efficere, ut alius civis dignus sit Magistratu, quod ad iustitiam distributiuam pertinet: cum tamen possit debito pecuniario cum liberare, ut satisfecisse dici possit, si pro eo debitum soluat, quod pertinet ad commutatiuam. Sic igitur nemo potest meritum proprium, cui debetur præmium ex iustitia distributiuâ, alteri applicare: potest tamen applicare satisfactionem, quæ ex iustitia commutatiua exigitur pro pena.

Tertia proposicio: Ex ista in Ecclesia thesaurus satisfactionum ex Christi passionibus infinitus, qui nunquam exhausti poterit. Hæc proposicio in dubium reuocari non potest: nam Christi passio pretij fuit infiniti, cum esset passio personæ infinitæ, verbi videlicet incarnationis. Sic enim loquitur Apostolus, Act. 25. *Attendite vobis ē uniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Itaque Deus est qui sanguinem fudit pro Ecclesia, sed in carne humana hypostaticè assumptā illum fudit, ut ait B. Petrus in priore epistola, cap. 4. *Christo, inquit, in carne passo.* Dignitas autem satisfactionis mensuram accipit à dignitate personæ satisfaciens, quemadmodum grauitas offenditionis, à dignitate personæ laesæ. Deinde, Christus pro omnibus hominibꝫ mortuus est, ut Apost. scribit. Cor. 5. *Pro omnibus, inquit, mortuus est Christus, & ut sanctus ait Ioannes in priore epistola, cap. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nō pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Certum est autem, nō omnibus hominibus, qui hactenus vixerunt, pretium mortis Christi re ipsa applicatum fuisse ad eorum expianda peccata, immo maiorem partem hominum morti æternæ addictam esse. *Multe enim sunt vocati, pauci rite electi.* Matth. 20. & *lata est porta, & spatiosa via, que ducit ad perditionem,* & multo ingrediuntur per eam. Matth. 7. superest igitur multum illius pretij, quod semper applicari possit, etiam si infinitum nō esset, sicut reuera est, & semper redundabit, præsertim cum tota Christi satisfactione nobis applicari possit, cùm

ipse pro se nulla satisfactione indiguerit, qui peccatum non fecit, nec facere potuit: nam, ut dicit Apostolus ad Hebreos 7. Non habuit Christus neesse, prius pro suis delictis sacrificium offerre, deinde pro populi, cum fuerit semper sanctus, innocens, impollitus, segregatus a peccatoribus. Et ut idem ait. 2. Cor. 5. factus est peccatum, id est, hostia pro peccatis, in quo peccatum non noverat. Ipse enim peccatum non fecit, nec inveniens est dolus in ore eius. 1. Petri. 2.

Quarta propositione: Ad hunc thesaurum supereffluentium satisfactionum pertinent etiam passiones B. Mariae virginis, & omnium aliorum sanctorum, qui plus passi sunt, quam eorum peccata requererent. Hanc propositionem nullo modo audire possunt haeretici nostri temporis, ac potissimum Ioannes Calvinus & Martinus Kermanitus, quorum argumenta suo loco soluimus. Asserimus igitur, non paucos sanctos homines multò plura propter Deum, & iustitiam, esse perpeilos, quam exigenter reatus pœna temporalis, cui fuerunt obnoxij, propter culpas ab ipsis commissas: nam culpam ipsam, & reatum pœnae sempiternæ, non ipsis satisfactionibus, sed Christi sanguine expiari ecclesia Catholica docet. Probatur haec veritas, Primum ex passionibus B. virginis: constat enim virginem Mariam nullo actuali peccato maculatum fuisse, pium quoque est existimare ab originali eriam peccato immunem illam fuisse, ut alibi docuimus. Sed hoc in praesenti ad rem nostram non pertinet. Actuali autem peccato caruisse virginem sanctissimam, communis est totius ecclesiae sensus, & concilium Tridentinum affirmsit 6. can. 23. S. quoque Ambrosius serm. vlt. in psal. 118. scribit, B. Virginem fuisse ab omni integrum labore peccati. & S. Aug. lib. de natura, & gratia, cap. 36. dicit, ei tantum gratia collatum, ut peccatum omni ex parte vice rit. Quod idem docet S. Bernardus in epist. 174. Liturgiae Graecorum, Basilij, Chrysostomi prædicant virginem Mariam prorsus irreprehensem, & incontaminatam, immò puriore & sanctiore ipsis Cherubim, & Seraphim. Denique verba illa Canticor. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, nulli particulari personæ aptius, quam B. Virginis

conueniunt: Non igitur eguit virgo Maria vlla satisfactione pro se, & tamen plurima passa est propter Deum, ac præsternit cùm animum eius gladius doloris pertransiit, iuxta Simeonis vaticinium, Luc 2. Secundo, idem probari potest ex passionibus S. Ioannis Baptista, quem constat in utero sanctificatum, vitam innocentissimam duxisse, ut vir leuisissimus culpis, & paucissimis obnoxius fuerit, ut non immerito de ipso canatur:

Antra deserti teneris sub annis

Ciuium turmas fugiens petisti,

Ne leui saltum maculare vitam, Famine posses.

Et tamen ex Euangelio discimus, totam eius vitam adeò severè & duriter actam, ut exemplar penitentiarum omnibus esse potuerit, & tandem pro veritate vincula, carcerem, & ipsam capitum obtruncationem passum, esse. Quare in dubium reuocari non potest, quin ingens omnino cumulus passionum ei superfuerit, quo ipse ad expianda propria peccata non eguit. Tertio, idem ostendi potest ex passionibus sanctorum Prophetarum, fuerunt enim omnes viri sanctissimi, ita ut modicâ omnino, pro suisculpis, satisfactione opus haberint, & tamen tot angustiis, & afflictionibus oppressi fuerunt, ut plurima, & maxima peccata expiare potuerint. De se B. Iob. unus ex vetustissimis Prophetis sic ait, cap. 6. *Vt in amara appendenter peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris haec grauior apparet.* Similiter dicere potuissent Helias, Heliseus, Isaías, Hieremias, Ezechiel, & alij sanctissimi prophetæ, qui grauissimas persecutions ab impiis, vel etiam ipsam mortem pertrulerunt. De his etiam scribit Apostolus ad Hebreos 11. *Alij vero ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tetati sunt, in occisione gladii mortui sunt, circuinserunt in melotis, in pellibus caprini, agentes, angustiati, efficiati, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terra.* Quarto, idem clarissime demonstrari potest ex passionibus Apostolorum: nam de se B. Paulus in Epist. posteriore ad Corinth. cap. 11. Ministri, inquit, Christi sunt, & ego, ut minus sapiens dico, plus ego, in la-

ibribus plurimis, in carcerebus abundantius, in plagiis supra modum, in mortiis frequenter, &c. Et tamen quam parum debet pro suis ipse culpis satis facere, indicat in priore ad Cor. cap. 4. cum ait, nihil mihi conscientia sum. & 2. Corint. i. Gloria nostra hec est, testimonium conscientie nostre quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei conservatis sumus in hoc mundo. Porro de omnibus Apostolis idem D. Paulus i. Cor. 4. Puto, inquit, quod Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos. Et infra, usque in hanc horam, & essentius, et stitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimus, & instabiles sumus, & laboramus operantes manus nostras: maledicimus, & benedicimus blasphemamur, & obsecramus: tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema usque adhuc. Quinto, idem probatur ex passionibus Martyrum, quæ planè innumerabiles fuerunt: Constat enim martyrium tam plenam satisfactionem esse, ut expiare possit reatum contractum ex quantouis ingenti numero, & magnitudine peccatorum: nam dummodo constet aliquid esse verè martyrem, Ecclesia non dubitat cum inter sanctos & beatos numerare, etiam si ante martyrium multis flagitiis fuerit cooperitus. Promissio enim domini generalis est, Matth. 10. Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quare B. Cyprianus lib. 4. Epist. 2. affirmit, martyres omnes statim à morte cœlum descendere ad coronam percipiendam. S. quoque Aug. tract. 84. in Ioannem, dicit, pro martyribus in Ecclesia non orari, cum nos potius debeamus eorum orationibus commendari. & serm. 17. de verbis Apostoli, In iuriam, inquit, facit martyri, quiorat pro martyre. quod idem scribit Innocentius cap. cum Martha. de celebr. Miss. nec nullus Catholicorum contradicit. Cum igitur martyrium, omnem reatum, quamvis grauissimum, expiare possit: & multi martyres, reatus leuissimos, aut etiā nullos habuerint ipso tempore martyrij, certè sequitur, ut ingens cumulus satisfactionum martyribus superfuerit. Sexto denique idem probatur ex fructibus penitentiarum plurimis, & maximis, quos protulerunt tam multi sancti Confessores, ac præteritum Heremita, qui longissimo

17 simo tempore vitam sanctissimam, & laboriosissimam, id est, asperrimam, & durissimam peregerunt: quos nō est dubium in hoc spirituale ararium multum omnino satisfactionum contulisse. Quare recte Clemens VI. Pontifex in constitutione extrauagantis, quæ incipit, vñigenitus. tit. de penitentiis, & remissionibus, declarauit, extare in Ecclesia thesaurum spiritualem, ex passionibus Christi & sanctorum omniū conflatum, quo thesauri nomine nihil aliud intelligimus, nisi passiones plurimas, quibus non eguerunt ad propria delicta expianda, qui eas perpetrati sunt, & tamen non perierunt, nec obliuioni traditæ sunt, sed viuunt, ac permanent ante oculos Dei.

CAPVT TERTIVM.

Esse in Ecclesia potestatem applicandi thesaurum satisfactionum, ac per hoc indulgentias concedendi.

Demonstravimus hactenus extare in Ecclesia thesaurum satisfactionum, ex passionibus Christi & sanctorum, quæ ipsis ad expiandum reatum proprium necessaria non fuerunt: sequitur nunc vt ostendamus, esse potestatem in Ecclesia thesaurum eiusmodi applicandi aliis, qui indigent, quod vt planius fiat, propositiones aliquot in medium adferemus.

Prima propositio: Satisfactiones, Christo, & sanctis superuacanæ applicari possunt aliis, qui rei sunt luedæ pœnæ temporalis. Probatur, Primo, ex articulo symboli Apostolici, communionem sanctorum. docemus enim in hoc articulo fideles omnes esse inuicem membra, & quasi viuum quoddam corpus, vt etiam B. Paulus adfisciat Rom. 12. & 1. Cor. 12. & sicut membra viua se inuicem iuvant, ita fideles inter se bona sua comunicare, præsertim cum ea, quæ vni superflua sunt, alteri necessaria, vel valde utilia esse possint. Secundo, probari potest ex verbis Apoitoli Pauli, 1. Cor. 12. Ego

libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris. & 2. Timoth. 2. omnia sustineo propter electos. & Col. 1. gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ defun-
passionum Christi, in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. quamvis enim possint hæc verba ita exponi, vt signifi-
cent. Apostolum passum esse multa propter electos, &
propter Ecclesiam, quia non potuit Euangelium prædi-
care, nisi se multis periculis exponeret, & multos labo-
res subiret, & rursum, passum esse propter electos, &
propter Ecclesiam, vt exemplo suo infirmos confirma-
ret, & ad brauim supernæ vocationis accenderet tamē
negari non potest, quin possint etiam rectè exponi de
communicatione satisfactionum: nam isti sensus inter-
se non pugnant, & possunt omnes simul admitti. Opta-
uit enim Apostolus fidelibus prodeste omnibus modis,
quibus id fieri poterat, nihil enim exceptit, qui dicit, li-
benissimè impendat ipse pro animabus vestris. potuit autem
prodeste, communicando passiones suas ad expiandum
reatum temporalem, cum sibi eiusmodi satisfactiones
abundarent, vt iam ostendimus; igitur optauit, & vol-
luit etiam hac ratione fidelibus prodeste: quare patien-
do adimplebat ea, quæ deerant passionum Christi, id est,
quæ Christus in sanctis suis adhuc passurus erat, pro
corpo ipso Ecclesiæ, siue instruendo prædicationibus,
siue confirmando exemplis, siue expiando satisfactio-
nibus. Quod autem Apostolus Paulus optauit, opta-
runt sine dubio ceteri sancti Apostoli, aliique p̄ij viri,
qui Dei, & proximi caritate flagrabant; certè S. August.
tractatu in psal. 61. fatis apertè colligit ex hoc loco Apo-
stoli, conferri in commune bonum Republicæ Chri-
stianæ passiones sanctorum, quæ adiunctæ passionibus
Christi haec tenus sunt, & usque ad mundi finem adiun-
gentur.

Secunda propositio: Ecclesiæ pastoribus auctori-
tas diuinitùs concessa est, thesaurum satisfactionum
dispensandi, ac per hoc indulgentias concedendi. Pro-
batur. Primo, ex verbis illis Domini, Matth. 16. Quod-
cumque solueris super terram, erit solutum & in celis. Est e-
ciam hæc promissio amplissima ac generalis, nec restrin-

gitur ad peccata; qualis est illa, Ioannis 20. Quorum re-
miseritis peccata, &c. Sed complectitur omnia vincula,
quæ impedit possunt homines à consecutione salutis
æternæ. Itaque, in hoc verbo fundatur potestas, non so-
lum absoluendi à peccatis in sacramento pœnitentia, sed
etiam absoluendi à censuris quibuscumque, neconon dis-
pensandi in legibus, in votis, in iuramentis, dum causa
rationabilis adest. Promittitur enim his verbis Aposto-
lo Petro supremum tribunal Ecclesiastice potestatis, vt,
loco Christi, Ecclesiam omnem regere, & iudicare sum-
mā cum potestate possit: Quod ei tunc demum exhibi-
tum est, cum à Christo audivit, Joan. 21. Pascere meas,
de qua re multa scriptum in lib. 1. de summo Pontifice,
vbi etiam obiectiones hæreticorum refutavimus. Qua-
re quemadmodum Petrus, vt supremus iudex loco Chri-
sti, absoluere potest homines peccatores ritè dispositos à
culpis quibuscumque, applicando illis per sacramentum
Baptismi, vel pœnitentia Christi merita: ita etiam potest
absoluere eodem, extra sacramentum, à pœnis tempo-
ralibus, applicando eisdem, Christi, & sanctorum pas-
siones. Ratio autem curreatus culpe soluatur in sacra-
mento, reatus autem pœna extra sacramentum, est in
promptu: quamvis enim potestas soluendi sit genera-
lis, tamen debent omnia solui, prout exigit eorum natu-
ra. Culpa letales non soluuntur sine infusione gratiæ,
infusio autem gratiæ non datur ministerio humano, ni-
si per sacramenta: reatus autem pœna remanentis post
dimissam culpam soluuntur extra sacramentum, tum,
quia non requirit infusionem nouæ gratiæ, sed eam iam
adeptam presupponit. Porrò, superesse s̄penero
pœnam temporariam luendam post dimissam culpam,
probatum est à nobis suffissimè in lib. 4. de pœnitentia,
quæ non sunt hoc loco repetenda. Posse autem reatum
carum pœnarum expiari Christi & sanctorum passioni-
bus, quæ in thesauro Ecclesiæ reconditæ assertuantur,
paulo ante demonstratum est. Eodem pertinent illa
verba Matth. 18. Quocunque alligaueritis super terram, erū-
tigata in celis, & quocunque solueritis super terram, erunt so-
luta & in celis. Ne quis enim Ecclesiam contemneret,

de qua dictum erat paulò ante, in eodem loco, si te non audierit, die eccl^sia, & si eccl^siam non audierit, si tibi sicne c^hronicus, & publicanus: addit Christus, tantam fore potestatem præsumum Ecclesiæ, ut quæcumque ipsi ligauerint, & soluerint, sint etiam apud eum ligata, & soluta, cum ipso, loco suo iudices, & principes Ecclesiæ esse voluerit, & cum hæc etiam promissio generalis sit, nulla est ratio cur non possit extendi ad solutionem reatus penitentia temporalis, præsertim cum diuinæ iustitiae satisfiat, ex redundantibus satisfactionibus Christi, & sanctorum. Cur enim potius colligatur ex his verbis potestas absoluendi à reatu culpe, etiam mortiferæ per applicationem meritorum Christi: quām absolutio à reatu penitentia per applicationem corundem meritorum: cum constet utrumque reatum solubilem esse, & verba Domini generalia sint? Secundo, probatur hæc eadem potestas ex praxi, & usu perpetuo Ecclesiæ Catholicæ, quod enim Ecclesia semper in usu habuit, dubitari non potest, quin sit à Deo, etiamsi fortè fundamentum eius consuetudinis nos laterer. Ipso Apostolorum tempore concessam fuisse indulgentiam, perspicuum est ex verbis illis B. Pauli. 2. Corinth. 2. *Cuius autem aliquid donasti, & ego: nam ego quod donavi, si quid donavi propter vos in persona Christi, ut non circumveniamur a Satana. Rogauerant Corinthij B. Paulum (vt Theodoretus, & S. Thomas hoc loco docent) ut incestuoso excommunicato & seriam penitentiam agenti ignosceret, & condonaret quod supererat penitentia: annuit B. Paulus, & iussit vt ipsi nomine suo indulgeret. Ac ut videamus nihil defuisse eorum, quæ ad iustum indulgentiam pertinent, quæ tria numerantur à Theologis, & à nobis suo loco fusi tractabuntur: nimur, auctoritas in concedente, pietas in causâ, & status gratiæ in suscipiente: Apostolus in persona Christi, id est, auctoritate à Christo accepta, indulgere sedicit, idque propter ipsos, id est, propter communem ipsorum utilitatem, ut non detur locus infidili Diaboli, ob vimiam prælati severitatem. Denique, constat ex eadem epistola, Corinthium incestuolum tantum de suo peccato dolorem concepisse, ut periculum esset, ne nimia tristitia*

tia absorberetur. ex quo intelligimus, eū per veram penitentiam, ad statum gratiæ peruenisse.

Post Apostolica tempora, extant testimonia Tertulliani, & Cypriani, de remissione penitentia, quam Pontifices faciebant, vel ad martyrum intercessionem, vel alii de caussis: neque multum resert, quod Pontifices illi non dicere, se ex thesauro satisfactionum indulgentiam dare: nam neque dicebant cum Baptismi, vel penitentia sacramento peccata remittebant, se id facere applicando merita Christi, & tamen sine dubio Christi merita applicabant, ut etiam aduersarij concedunt. Debet enim diuinæ iustitiae satisfieri, siue in sacramento, siue extra sacramentum, peccatorum debita remittantur: quamquam nec omnino de thesauro siluerunt, ut statim dicemus. Sed testimonia ipsa videamus: Tertullianus in libro ad Martyres cap. 1. *Quam pacem, inquit, quidam in Ecclesia non habentes, a Martyribus in carcere exorare conseruerunt. & ideo eam etiam propterea in vobis habere, & fore, ut custodire debetis, ut si forte, & alii prestat positis.*

Sanctus Cyprianus libro 3. epist. 15. quæ in editione Pameliana est epistola. ut scribit sanctis martyribus, qui pacem dari lapidis petierant, eosque monet, ut caute, & cum delectu lapidos commendent episcopis. *Petitiones, inquit, & desideria vestra episcopo seruent, & ad pacem vobis penitentibus dandam, maturum, & pacatum tempus expellent. & infra, oro vos quibus possum precibus, ut Euangelij memorares, & considerantes que, et qualia in preteritum antecessores vestri, martyres concesserint, quam solliciti in omnibus fuerint, vos quoque solliciti, & caute penitentia desideria ponderatis, ut pote amici domini, & cum illo postmodum iudicaturi, inspicatis & actum, & opera, & merita singulorum, ipsorum quoque delictorum genera, & qualitates cogitetis, ne si quid abrupte, et indigne, vel a vobis promissum, vel a nobis factum fuerit, apud gentiles quoque ipsos Ecclesia nostra erubescere incipiat. Idem, in sermonе de lapidis, extremo: Penitenti, inquit, operanti, roganti potest clementer ignorare, potest in acceptum referre quicquid pro talibus, & petierint martyres, & fecerint sacerdotes. Hæc ille. Non est autem creditibile, penitentes ambiuisse patrocinia martyrum in car-*

ceribus constitutorum, quando integrum pœnitentiam peragere volebant, sed quando pacem, id est, absolutionem, & communicationem sibi dari cupiebant, non perfecta integrâ pœnitentiâ, proinde à martyribus petebant, ut sibi ab Episcopis partem pœnitentiæ condonari, hoc est, indulgentiam dari precarentur.

Illud quoque, Observandum est, Episcopos dare solitos indulgentiam ad preces martyrum, non solum ut martyres honorarent, & ad consummandum martyrium accenderent, sed etiam quia videbant merita martyrum posse communicari pœnitentibus, & acceptari passiones eorum pro satisfactione, quæ lapis pœnitentibus debeat, atque ita vetus etiam Ecclesia ad thesaurum respicebat, cum indulgentias daret. Id quod ex Tertulliano colligi potest, qui, posteaquam hæreticus esse cœperit, in lib. de pudicitia, cap. 22. negavit quod antea in libro ad martyres, concenserat, posse videlicet ad preces martyrum indulgeri lapides reconciliationem, & rationem addidit, quia non supersunt martyribus satisfactiones, quas cum lapsis communicare possint: *Sufficiat*, inquit, *martyri propria delicta purgasse*. Ingrati, vel superbi est, in alios quoque spargere, quod pro magno fuerit consecutus: & infra, sic martyrem alloquitur: *Si peccator es, quomodo oleum facula tua sufficere, & tibi, & misi poterit?* ex cuius verbis manifestè colligitur, martyrum passiones applicari solitas illis, qui ad petitionem ipsorum martyrum, indulgentiam consequbantur. Nec ratio Tertulliani solida est, cum iam ostenderimus plurimorum martyrum passiones verè potuisse, non solum ipsorum martyrum, sed etiam aliorum hominum debita expiare, quod attinet ad reatum pœnæ temporalis.

Post illa tempora, extant Concilia Ecclesiæ antiquissima, partim generalia, partim etiâ diuersarum provinciarum, in quibus per Episcopos indulgentiæ pœnitentibus conceduntur. Concilium Nicenum primum can. II. vel in alia editione. 12. statuit, ut qui feriò pœnitentiam agunt, possint indulgentiam aliquam ab Episcopo obtinere, licebit, inquit, *Episcopo de his aliquid humanius cogitare*: negligenter autem iubet idem

Concilium, definitum tempus pœnitentiæ explore. Quid autem hoc est, nisi prioribus aliquid, posterioribus nihil indulgere? Similia habentur in Cœcilio A N C Y R A N O, can. 5. & in Concil. L A O D I C E N O, can. 2. quorum alterum non diu ante Nicenum, alterum non diu post Nicenum, celebratum fuit. Idem etiam docet S. B A S I L I U S in epistolis suis canonicas, quæ habentur in Nomocanono Photij. can. 73. à tempore autem S. Gregorij, usus indulgentiarum, usque adeò notus, & perspicuus fuit, ut ne aduersarij quidem id negare, nisi omnino impudenter, volent: nam sanctum Gregorium indulgentias in diebus stationum populo concessisse, testantur grauissimi auctores. Sanctus Thomas in 4. sententiaru, dist. 20. q. 1. art. 13. qu. 2. & qui eum præcessit Godehardus Altisiodorensis, libro 4. sum me theologicę tract. 6. cap. 9. Leonem III. Pontificem ante annos 800. indulgentias concessisse, testatis est sanctus Ludgerus in epistola de S. Svviberto, quæ extat apud Surium tomo secundo post vitam S. Svviberti. & S. Marcellino de scriptam, sic enim loquitur in ea epistola S. Ludgerus cap. 9. *Idem S. Leo Papa*, anno dominice incarnationis 803. cum magna solennitate suorum Cardinalium, archiepiscoporum, Episcoporum, & Prelatorum ad Imperatorem Carolum in Germaniam veniens, & ab eodem Imperatore imperialiter cum suis suscepitus inter multa pietatis sua opera, instantia eiusdem seruissimi Imperatoris, & Regis, Aquitani, in palatio, dedicauit ecclesiam perpetua virginis Marie, donans eandem ecclesiam multis indulgentijs. & infra: & Colonia Agripine, tam ad sanctum Martimum, quam in Capitolio, altaria consecravit, & multa alia monasteria, & altaria, & Capellas per Alemaniam, & Galliam consecravit, ubique multas indulgentias conferendo. & infra: Obtulit idem sanctus Papa endem ecclesia speciales indulgentias cunctis fidelibus celebrantibus festum sancti Svviberti Episcopi, & ad diuina confluentibus. Hæc ille, Sergium iuniorē Pontificem, qui sedit circa annum 844. concessisse indulgentiam trium annorum, & trium quadragenarum visitantibus Ecclesiam sancti Martini in mōribus in die festo ejusdem Ecclesiæ, constat ex memoria huius rei, quæ extat in marmore inciso litteris antiquissimis in eadem

Ecclesia, ut nulla singi possit suspicio fraudis, neque vi-
lo modo credibile est Leonem 3, aut Sergium secundum,
aut Gregorium primam, cum viri sanctissimi essent, au-
tos fuisse rem nouam instituire, quam a prædecessoribus
non acceperint & modus ipse loquendi sancti Lud-
geri, & verba in marmore incisa, iussu sergij, aperte indi-
cant, rem longo vso usurpatam fuisse indulgentiarum
concessionem. Multa his similia de posterioribus Pon-
tificibus, vt Gregorio VII. Alexandro III. & alijs re-
ferre possemus, sed aduersarij non negant, quin a po-
sterioribus Pontificibus, indulgentiaz concessaz fuerint.
T R T I O. probatur eadem hæc potestas ex Concilijs
generalibus Ecclesiaz Catholica, in quibus indulgentiaz
vel conceduntur, vel adprobantur, quod enim Concilia
generalia docent, id vniuerfa Ecclesia docet. Habetus
anno 1096. Cöcilium C L A R O M O N T A N U M gene-
rale, teste sancto Antonino 2.p.hist.tit.16.cap.1. §. 13. in
quo Urbanus II. Papa indulgentiam plenariam tribuit
ijs, qui ad sacram bellum proficiscebantur. paullò post,
anno videlicet 1116. in Concilio Lateranensi gene-
rali, & numerofissimo, Paschalij I. Papa concessit indul-
gentiam 40. dierum ijs, qui ad Concilium prædictum
venerant, teste Abbe Vipergensi, qui tunc viuebat, in
chronico anni 1116, rufus anno 1123. eodem Abbare
teste, Innocentius 3. concessit indulgentiam plenariam
pro auxilio terræ sanctæ, & simul indixit Concilium ge-
nerale L A T E R A N E S E frequentissimum, quod ce-
lebratur est anno domini 1123, atque in eo de indul-
gentijs quoque actu est, & emendati abusus, qui circa indul-
gentias paullatim irreplerant, vt patet ex cap. cum ex eo
de pœnitent. & remiss. emendatio vero abusuum testa-
tur tem. esse antiquissimam. Non enim irrepunt abu-
sus, nisi in his rebus, quæ diu fuerunt in vsu. Similis e-
mendatio legitur in Concilio generali Lugdunensi, vt
habemus in 6. de pœnitent. & remiss. ca. i. & in Concilio
generali Viennensi, vt habemus in 2. clementina, co-
dem. tit. in Concilio vero Constantiensi, ita in generali,
non solum damnantur errores de indulgentijs Ioannis
V. Vyclesi sess. sed etiam in ultima sess. concedit Marti-

nus V. indulgentiam plenariam. Denique Tridénitum
Concilium less. 25 iterum probat usum indulgentiarum,
& emendat abusus. Quiamuis autem hoc argumentum
ab auctoritate tot generalium Conciliorum, ab hereti-
cis nostris temporis contemnatur: tamen re vera gra-
uissimum est argumentum. Nam Ariani quoque nihil
faciebant Concilium Nicænum: Nestoriani, Ephesi-
num i. Euthichiani, Chalcedonense: & ceteri variorum
temporum concilia, eorum Episcoporum, a quibus
damnabatur: & tamen semper Ecclesia Catholica hunc
morem seruauit, vt in concilijs heresies damnarentur, &
vt sanctus Aug. ad Ianuarium scribit, in epist. 18. semper
fuit in Ecclesia pleniorum conciliorum saluberrima
auctoritas.

Quarto, probatur ratione petita ab his signis, ex qui-
bus internoscuntur catholica dogmata ab heresisibus:
nam catholicorum dogmarum hoc est proprium, vt non
inueniatur eorum origo, nisi ad Euangelium, vel Apo-
stolos ad scendamus heresem autem semper designari
potest certus auctor, & locus, & tempus, in quo exorti
ceperunt: iam vero nullus haec tenus indicare potuit
auctorem indulgentiarum, neque locum, vel tempus,
quo prædicari ceperint. omnes enim qui de indulgen-
tijs mentionem faciunt, sive doctores sint, sive Ponti-
fices, sive etiam Concilia ita de ijs loquuntur, vt de re
visitata, & recepta. Quare Martinus Kemnitius, in 4.
par. examinis pag. 319. fatetur, originem indulgentia-
rum non sat luculenter in historijs notatam fuisse, &
quod paullò post pag. 333. affirmat, indulgentias ceperisse
circa annum Domini 1200 manifestè fallum esse, con-
vincitur ex his, quæ citavimus de indulgentijs concessis
a Paschali I, Urbano II. Sergio II. & potissimum a
Leone III. qui sedet anno Domini 800. id est, quadri-
gentis annis ante annum millesimum ducentesimum, a
Kemnitio notatum. Initium autem heresis contra indulgentias notissimum est, constitutum enim aon solum ex
Catholicis, sed etiam ex ipsis Kemnitio, pag. 375. primos
fuisse VV A L D E N S E S, qui doctrinam Ecclesiaz de in-
dulgentijs oppugnare ceperunt. VValdenses autem,

quorum auctorem V Valdesum (V Valdus. alijs vocatur, & ejus Lugdunensi fuit, à qua ciuitate *Panperes de Lugduna*, appellatis sunt) constat mundo apparuisse circa annum Domini 1170, ex Claudio Cussordio in libro contra V Valdenses, extremo, & Guidonne Carmelitæ, lib. de hæres, ex quo etiam confutatur error Kemnitij de origine indulgentiarum: nam si V Valdenses, qui indulgentias oppugnabant, exorti sunt circa annum Domini 1170, quomodo fieri posse, ut indulgentia ipsa cœperit circa annum Domini 1100.

Quinto probatur ex diuinis testimonijs reuelationum, & miraculorum: nam S. Bernardus predicauit multis in locis indulgentias, quas Eugenius III. Papa concessit ijs, qui accepta quæce, ad bellum sacrum Hierosolymitanum proficerentur, & prædicationem suā miraculis plurimis & maximis confirmauit, ut cognosfi potest ex vita eius fideliter scriptâ lib. 3. cap. 4. & ex initio libri 2 de consideratione, eisdem Bernardi. Sanctus quoque Franciscus diuinâ reuelatione indulgentiam a Domino, & ab eius Vicario Romano Pontifice, obtinuit, pro Ecclesia. S. Mariæ de Angelis, de quæ indulgentia plura dicemus in 2. libro, cap. vlt. ad quem locum, lectorum remittimus. S. Brigita vidua sanctissima, cuius reuelationes diligenter examinatae, & approbatæ per viros doctissimos fuerunt, ab ipso Christo non semel admonita est de indulgentijs maximis, quæ sunt Roma vide libro 6. reuelationum, cap. 102. & 105.

Sexto, & ultimò, probatur ratione ductâ à simili-
nam in omni benc' institutâ Republicâ pertinet ad Prin-
cipem, & ad magistratum dispensatio communij bo-
norum; & rursus ad eosdem pertinet admittere satisfa-
ctionem, viuis pro altero, si ita iudicent expedire utili-
tati eiudem Republicæ, ut exempli gratiâ, si Princeps
aliquis debet stipendia multa militibus, & rursum
habeat in carcerebus multis, qui ob fraudes fisci ratio-
nibus illatas, debeant pœnam luere, vel in pecunia, vel
in corpore, si forte milites illi ex direptis ciuitatibus
locupletati, stipendijs non egeant, eaque Republicæ
condonent, pro arbitrio Principis eroganda, certe po-

terit princeps ob utilitatem aliquam Republicæ ex mi-
litariibus illis stipendijs, fisco suo, pro debitis miserorum,
qui carcerebus detinentur, satisfacere, & miseris illos
absoluere. At certum est, Episcopos, Principes esse po-
puli Christiani, & Romanū Pontificem in vniuersitate Ec-
clesia loco Christi summum magistratum gerere. Nec
minus est certum extare Ecclesia thesaurum satisfactio-
num, ex passionibus Christi, & sanctorum quo' ipsi no-
tegerint, & in communem fidelium utilitatē erogari desi-
derant. denique certum est, multos esse fideles homi-
nes, & Dei filios, & amicos, qui tamen reatu pœnae tem-
poralis adhuc teneantur obstricti: cur igitur non poter-
unt Episcopi, ac potissimum Pontifex Maximus, si ratio-
nabilis causa subsit, ex thesaurō illo, pro debitoribus sa-
tisfacere Deo, & nomine ipsius Dei candem satisfactio-
nem pro debitoribus illis acceptare, atque ea ratione in-
dulgentias illis dare, eosque à reatu pœnae temporalis
obsolueret?

Tertia propositio: Prelati Ecclesiæ dispensare possunt Chri-
sti passionem, tūm per sacramenta, tūm per indulgentias: passiones
vero sanctorum non nisi per indulgentias. Ratio est in prom-
ptu: nam Christi passio, quā parte dispensatur pro iustifi-
catione, & reconciliatione peccatorum, non potest ab
Ecclesiæ prelatis dispensari nisi per sacramenta: gratiam
enim & gloriam, ut omnes Theologi fatentur, non po-
test donare extra sacramenta, nisi Deus potestate pro-
priæ, & Christus per potestatem sibi communicatam à
Deo, quam vocant excellentiam. Quā parte autem eadem
Christi possit dispensatur pro remissione pœnae tem-
poralis, potest & per sacramenta, & extra sacramenta
dispensari: nam in sacramento Baptismi, virtute pas-
sionis Christi remittitur omnis pœna, sine temporalis,
sive æterna: in sacramento vero pœnitentiæ remittitur
semper pœna sempiterna, & pars aliqua pœnae tempo-
ralis. Passiones vero sanctorum per sacramenta dispen-
sari non queunt: nunquam enim in sacramentis remit-
titur pœna sine remissione culpe, culpe autem possit
nibus sanctorum expiari non possunt. ut illud omittam,
quod sacramenta instrumenta sunt passionis solius

Christi, nec villa vim habent à passionibus sanctorum, cùm ipsi etiam sancti per Christi sacramenta sanctificati fuerint. Restat igitur passiones sanctorum, si villo modo dispensari debeant extra sacramenta solum, idque pro solutione solius reatus pœnæ temporalis dispensari debeant. Quod si passiones sanctorum extra sacramenta dispensentur, dubium esse non debet, quin etiam Christi passio, pro solutione reatus pœnæ temporalis, extra sacramenta dispensari possit. Atque hæc ad explicandam, & confirmandam veritatem in præsenti sufficiant: nam in sequenti capite ex obiectionum solutione veritas ipsa magis, ac magis elucescat.

CAPVT QVARTVM.

Soluuntur obiectiones contra doctrinam duorum capitum superiorum.

ADVERSUS ea, quæ dicta sunt capite 2. & 3. multa obiciuntur ab aduersariis, quæ sunt breuiter diluenda: Omittam autem in præsentia, Lutheri, & ceterorum hæreticorum argumenta: tūm, quoniam ea simul omnia in secundo libro refellam; tūm quia tam malè inter se coherent, vt vix præ se ferant speciem vel umbram argumenti, quò magis mirum est propter tam debiles, & ineptas rationes, potuisse tot populos ab antiqua fide deficere. Adferam igitur solum Durandi & Maironis obiectiones.

PRIMA obiectione: Deus Pater, Christi meritis, atque imprimis acerbissime passioni eius, et morti cumulatis sumum premium reddidit, ut Apostolus docet in epistola ad Philippenses cap. 2, cùm ait: Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis, propter quod et Deus exaltauit illum, et donauit illi nomen, quod est super omne nomen. Non igitur super sunt passiones aliquæ non remunerata, que in thesauro recondantur. **R**E S P O N S I O , Christi passiones, qua parte merita propriè dici poterant, actiones videlicet virtutum, obedientiæ, patientiæ, humilitatis ac potissimum caritatis, premium aliquod habuerunt, gloriam corporis, &

nominis exaltationem, vt Apostolus scribit: sed qua parte satisfactiones erant, vt opera bona, & penitentia, nullum omnino præmium in ipsa Christi persona sortitæ sunt: cùm ipse nulla peccata propria haberet, pro quibus satisfacere teneretur. Itaque, vniuersæ Christi afflictiones, quæ rationem satisfactionis habent, supervacanæ ipsi fuerunt, & in thesauro iure continentur. quanquam neque integrum præmium Christus habuit laborum suorum, qua parte meritorij erant: nam gloriam animæ essentialē sine meritis habuit, in primo instanti conceptionis suæ, vt Theologi docent: & cùm ea merita infiniti pretij essent, certè non fuit integrum eorū præmium, sola corporis gloria, & nominis exaltatio. quare Theologi statuunt Christum meruisse de rigore iustitiae gratiam, & gloriam omnibus hominibus, etiam si illi infiniti futuri fuissent.

SECUND A obiectione: Culpæ letalis est infiniti damnicausa, quod ad se attinet, cùm sit offensa Dei, qui est summus & infinitum bonum: igitur ad culpam letalem tollendā, necessaria fuit infiniti pretij satisfactio. Tota igitur Christi passio, quamvis infiniti meriti fuerit, in redemptione est expiatione culpe letiferæ consumitur: ac per hoc nihil superest, quod pro expiandis pœnis in thesauro reponatur. **R**E S P O N S I O , si argumentum propositum aliquid efficeret, probaret vnicam solum culpam letalem Christi passiones delete potuisse, & iam non solum pro pœnis tollendis, sed etiam pro tollendis plurimis culpis, nihil in thesauro remansisse, sed non ita est; nam multæ culpæ, quarum unaquæque sit offensio infinita, non requirunt ad sui expiationem multas infinitas satisfactiones: sed vna satisfactio verè infinita, qualis fuit quælibet Christi afflictio, sufficit ad expiandas omnes illas culpas, & pœnas pro eis debitas, nihil enim maius infinito dari potest. **Q**uare verissimè scripsit Clemens Sextus in cōst. quæ incipit, vñigenitus. vnam sanguinis Christi guttam, propter vñionem ad verbum, toti mundo reconciliando satis esse potuisse, & cùm Dominus Christus non vnam sanguinis guttam, sed totum sanguinem præ nobis fuderit, & ab ipsa conceptione, usque ad mortem, ardentissima carnate, grauissimos labores pertu-

lerit, ut Deo patri nos reconciliaret, proque culpis nostris diuinæ iustitiæ satisfaceret, dubium esse non potest, quin semper supersit pretium, idque iustissimum, quo debita nostra solui possint.

T E R T I A obiectio: *Satisfactio Christi est infinita, ut iam dictum est, non igitur opus est, ut ad satisfactiones Christi adiungantur satisfactiones ex passionibus sanctorum.* Responsio, nō est quidem opus, ut adiungantur passiones sanctorum passionibus Christi, quasi hæc per se non sufficiant, sed adiunguntur tamen, quia æquum est, ut passiones illæ coram Deo non sint inanæ, præsertim cùm id sit tūm gloriosum Christo, à quo manat omne bonum sanctorum, tūm ipsis etiam sanctis per honorificum. Quomodo autem concurrent in hac applicatione satisfactiones Christi cum passionibus sanctorum, id est, an applicetur pars vna satisfactionis ex passionibus Christi, pars alia ex passionibus sanctorum, an verò integra satisfactionio accipiatur semper ex passionibus Christi, & superaddantur ad cumulum satisfactionis passiones sanctorum? non videtur nimis curiose inuestigandum. Illud videtur certum, passiones Christi, quæ sunt infiniti pretij, applicari per indulgentias finito modo, & ideo aliquid reuerè superaddi, cùm passiones sanctorum illis adiungantur, quod rectè annotauit Dominicus à Soto in 4 sententiarum distinctione 21. questione 1. articulo 2.

Q V A R T A obiectio, *Sancti omnes plenam mercedem laborum suorum acceperant, mōs supra condignum sanctos. omnes à Deo remuneratos rectè colligunt Theologi ex diuinis litteris, cīo Dominus dicat Luc. 6. Menjuram bonam, & consertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in finum vestrum: & Apost. ad Romanos 8. Non sunt condigne passiones huius temporis ad faturam gloriam, que reuelabitur in nobis. Nihil igitur superest, ex laboribus sanctorum, quod ad expiationē alienorum peccatorum insumi poscit, & ad hunc finem in thesauro ecclie confervetur.* Responsio, iam supra docuimus, in bonis opribus sanctorum, quæ laboriosa & penalia fuerunt, duplē esse rationem, alteram meriti, alteram satisfactionis: quod igitur attinet ad rationem meriti, plenam

mercedem, imò etiam confermat & coagitata, & supereffluentem mensuram præmij, sat. cīi omnes pro suis laboribus accepterunt. quod autem pertinet ad rationem satisfactionis, multi labores sanctorum inanæ & sine fructu essent, nisi pro reatibus aliorum consumarentur, cūm ipsi sancti, aut nullis, aut certè minoribus laboribus, pro suis expandi reatibus, indigerent.

Q V I N T A obiectio. *Nihil omnino sancti fecerunt, vel persulerunt propter Deum, quod facere vel perseverare non teherentur: Nihil igitur illis superest, quod cum alijs communicare possint. Antecedens colligetur ex multis testimonij scriptura, sed ex ea potissimum, quod habetur Luc. 17. cūm fecerit hæc omnia, dicit, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. quarè prudentes virgines, Matth. 25. non sine causa fatui, dissentibus date ncibz de oleo vestro responderunt, ne forte non sufficiat nobis. Et vobis, itē potius, ad vendentes, Et emite vobis.* Responsio. Non est necesse hoc loco de operibus supererrogationis disputare, de quibus in libro de Monachis, discernimus: nam etiam si admitteremus, quod tamen esse falsum loco notato demonstravimus, nihil omnino factos viros fecisse, vel pertulisse propter Deum, quod facere, vel tolerare non tenerant, nihil tamen argumentum concluderet: nam ipsa obedientia legis, ad quam implendam, sine dubitatione, tenemur, meritaria & satisfactoria est, & potest fieri, ut ea satisfactione, præmissa delictis non egeat, qui legis obedientiam praestae, ut propterea cum alijs eam coiunctivare possit. Neque virgines prudentes de satisfactione loquerentur, sed de oleo gratiæ & caritatis, sine quo salvi esse non possumus: quod quidem oleum unusquisque retinet sibi, neque in alios effundere potest, cum sit opus solius Dei effusio tam pretiosi olei. *Caritas Dei,* inquit Apost. ad Roman. 5. diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

S E X T A obiectio: *Si sancti orbis passionibus expiari possent nostra delicta, non esset absurdum eos appellare nostros redemptores, scilicet ex parte: At solus Christus est redemptor generis humani, de quo dicit Apostolus. 1. Cor. 1 qui factus est nobis iustitia, Et redemptio, & 1. Cor. 5. empti estis pretio magno.* Responsio, propter

hoc argumentum non defuerunt aliqui ex recentioribus, qui docerent, passione sanctorum non ita nobis applicari per indulgentias, ut sint iusta compensationes pro peccatis, quas nos debemus Deo, hoc est, vera satisfactiones, sed esse aliquid, quod moueat Deum, ut nobis Christi satisfactionem applicet, sed haec opinio reprobata est. Pio V. Pontifice, & a Gregorio XIII. qui sententiam eius confirmauit. Damnauit enim Pius V. multos articulos quorundam Louaniensem: quorum unus erat, solius Christi satisfactionibus remitti peccatum temporalem sanctorum autem passiones offerri Deo, ut Deus illarum intuitu applicet nobis merita Christi. Preterea repugnat eadem illa opinio constitutioni Clemensis VI, quae incipit: vñigenitus, & Bullæ Leonis X in qua damnantur errores Lutheri, ex cōmuni consensu Theologorum. Ad hanc, si non possent nobis applicari sanctum passiones ad redimendas peccatas, quas pro peccatis Deo debemus, ne sancti redemptores nostri esse videantur, certe neque nos ipsi propriis laboribus peccatas easdem redimere possemus, ne nos ipsi redemptores nostri esse videamur. Atqui Concilium Tridentinum sess. 4. cap. 8. & can. 13. &c. 14. apertissime docet contrarium. Ad argumentum igitur respondemus: si propriè, & absolute nomen *redemptoris* accipiatur, solum Christum esse redemptorem: Is. namque dicitur propriè & absolute *redemptor*, qui rediuit a captivitate, non qui soluit pro alia debita, sed aliquid parui momenti: Nos autem tunc solum captivi dicimus, cum venundatis sumus sub peccato, ut iesupharaliquintur, & cum laqueis diaboli vinciteneantur ad ipsius voluntatem. Id quod tunc solum fit, cum per letiscrum peccatum a gratia Dei excidimus, ab hac autem teruitate & captivitate solo Christi sanguine redimi possumus: proinde ipse solus verè, proprieque redemptor dici debet. At si largo modo redemptor appelletur, quisque liberat alium ab aliquo debito, non erit absurdum si sancti viri redemptores nostri aliquo modo, id est secundum aliquid, non simpliciter, & largo modo, non in rigore verborum, esse dicantur: nam si propheta Daniel Regi Nabuchodonosor non ineptè dixit,

33

dixit, *peccata tua eleemosynis redime*. Daniel. 4. cur inepte dicantur sancti viri aliquo modo passionibus suis delicta nostra posse redimere? & si B. Paulus de se scripsit 1. Cor. 9. *omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos*: eur non etiam scribere potuit, ut omnes redimeremus non enim minus est proprium Christo nomen, *saluatoris, quām redemptoris*.

CAPVT QVINTVM.

*Quid propriè sit indulgentia, solutione
an absolution?*

Demonstratum est hactenus, indulgentias esse, nūc quid sint, id est, in qua re potissimum indulgentiæ ratio, & natura positâ sit, explicandum erit. Quæ disputatio bipartita erit, PRIMVM enim queremus, an indulgentia propriè sit absolutio, vel solutio? DE INDE cuius debiti sit solutio, vel à quo debito absolutio? his enim duobus explicatis, in promptu erit vera hac propria indulgentiæ definitio. Quidam ad PRIMVM attinet, non defuerit qui indulgentias nihil aliud esse voluerint, nisi solutionem, & compensationem peccatarum ex thesauro meritorum Christi, & sanctorum deproprietam, & applicatam auctoritate Pontificis, ita sensisse videntur Durand. in 4. dist. 20. qu. 3. Palud. ibidem qu. 4. S. Antoninus in 1. parte summae Theologicæ, tit. 10. cap. 3. Hadrianus VI. Pontifex in 4. sentent. qu. de indulgentiis. Siluester in summa, verbo, Indulgentia, nu. 3. & videtur in eadem fuisse sententia S. Thomas in 4. dist. 20. qu. 1. ar. 3. ad 2. & 3. CONTRA vero Franciscus Mayronis loco supra citato, contendit, indulgentias nihil esse nisi iudicariam absolutionem. cui prima fronte fauere videntur exempla vetustissimorum Conciliorum, in quibus videmus ab Episcopis absolui peccantibus ab aliqua parte mulctæ impositæ nulla facta mentione thesauri spiritualis, vnde compensentur debita illa peccatarum. CETERVM, re tota diligentius considerata, posteriores Theologi definierunt, utrumque si-

mul in indulgentiis reperiri, absolutionem & solutionem: neque veteres Theologos scholasticos negasse iudicariam absolutionem, quamvis solutionis tantum ferè meminerint; neque, vetustissimos patres negasse solutionem ex thesauro, licet solius absolutionis meminisse videantur. ita docet Card. Caietanus tract. 15. ad Iulium Medicem. cap. 6. Dominicus à Soto in 4. dist. 21. qu. 1. ar. 1. Petrus à Soto lect. 2. de indulgentijs, in institutione sacerdotum. Martinus Ledesma in 2. partem 4. sententiarum, qu. 38. ar. 1. & alij passim, & expressè idem docuerat ex antiquis S. Bonaventura in 4. d. 10. p. 2. q. 5. Sit igitur P R I M A propositio: *Indulgentia propriè est absolutione iudicaria, annexam habens solutionem ex thesauro.* Probatur pars prior propositionis, primo ex testimonij scripturæ, in quibus fundari diximus indulgentias: nam illud Math. 16. tibi dabo claves regni celorum, & quandoque solueris super terram, erit solutum et in celis, & illud Math. 18. Quocunq[ue] solueritis super terram, erunt soluta & in celis. intelliguntur, sine dubio, de potestate iudicaria absoluendi. S E C U N D O probatur ex testimonij sacramorum Canonum. Si quidem Alexander III. Pontifex in Epistola ad Episcopum Cantuariensem, ut habemus cap. quod autem consulemus, deponit. Et remiss. docet, neminem posse concedere indulgentias, nisi proprijs subditis. & rationem reddit; quia non potest nisi proprius index absoluere, vellere. Quibus verbis Alexander satis aperte indulgentiam, absolutionem iudicariam esse docuit. Sic etiam Martinus V. Pontifex in fine Concilij Constantiensis, concedens indulgentiam plenariam, dicit se absolutionem plenariam concedere. Gregorius VII. in multis Epistolis indulgentiam tribuens, ut plurimum viriter verbo, *absolutionem.* T E R T I O probatur ratione: nam cur quæso pro defunctis non conceduntur indulgentiae nisi per modum suffragij? certè nulla est ratio, ut suo loco demonstrabimus, nisi quia defuncti non possunt propriè iudicialiter absoluiri, ergo indulgentia, quæ viuentibus simpliciter datur, absolutione iudicaria est. Denique, si non esset necessaria iurisdictio ad indulgentias concedendas, quicunque applicare vellet alteri satisfactio-

nem suam, is dici posset indulgentiam dare, quod tamen est omnino inauditum. Iam verò, posterior propositionis nostræ pars, quod videlicet indulgentiæ, præter absolutionem, contineant applicationem thesauri, probari potest; primam auctoritate Clementis VI. qui extrauaganti, yngenitus, manifestè hoc docet. Deinde, ratione; quoniam prælati Ecclesie, & ipsi etiam summi Pontifices non sunt absoluti domini, ut possint pro arbitrio, sine villa compensatione, condonare hominibus culpas, vel pœnas, quarum rei sunt in foro Dei; sed sunt iudices à Deo constitui, qui possunt quidem pro potestate sibi à Deo confessâ, remittere culpas & pœnas nomine Dei, sicut tamen, viuistiæ satisfiat, & confirmatur à simili; nam cum sacerdotes in sacramento penitentiæ, absoluuntreos pœnitentes à culpis & ab aliqua parte pœna temporalis, non id faciunt sine compensatione, sed applicant pretium sanguinis Domini, ut diuinæ iustitiae satisfiat. Igitur, eodem modo cum per indulgentias prælati Ecclesie subditos suos absoluunt à pœna temporalis reatu, id faciunt applicando satisfactiones Christi, & sanctorum. Generalis est enim Apostolisentia ad Hebr. 9. sine sanguinis effusione non fit remissio. Quare minus considerate locutus est Petrus Paulinus in 4. dist. 20. qu. 4. cum ait, *hoc interesse inter remissionem, quæ datur per sacramenta, & eam, quæ datur per indulgentias, quod prior sit omnino liberalis, posterior vero compensationem aliquam requirat.*

S E C U N D A propositio: *Quamvis in indulgentiis absolutione cum solutione ordinariè coniungatur, posset tamen summus Pontifex indulgentiam concedere per solam solutionem, non tamè per solam absolutionem.* Quod per solam solutionem, certum est ex indulgentijs, quæ dantur pro defunctis. Nam quenadmodum defunctis indulgentiæ conceduntur, per hoc solum, quod summus Pontifex applicat ex thesauro, quantum satis est ad compensandam pœnam, quam illi in purgatorio luituri erant, sic etiam posset viuentiæ cui applicare satisfactionem, ex thesauro Ecclesiæ, & eo modo eum liberare à debito pœnæ, etiam si nō propriè illum absoluget. Ceterum ita non esset eius-

dem rationis indulgentia, cum ea, quæ ordinariè viuentibus tribuitur. Quod autem non possit concedi indulgentia, per solam absolutionem, sine applicatione thesauri, perspicuum est ex ijs, quæ suprà diximus.

CAPUT SEXTVM.

Soluuntur obiectioes contra doctrinam capitilis superioris.

Sed aduersus ea, quæ in his propositionibus continentur, pauca quædam obiecti possunt, quæ breuiter dissoluenda sunt.

P R I M A obiectio: *Si posset Pontifex absoluere judicialiter per indulgentias à pena temporali, posset consequenter absoluere à pena, quam aliquis in purgatorio iustitus ejc. si cù reatu illius penæ moreretur: at in penas purgatorij non habet Pontifex auctoritatem, igitur non potest eam tollere per suam absolutionem, sed solum per applicationem thesauri, ut facit, cùm indulgentias pro defunctis concedit.* Responsio. An summus Pontifex potestatem habeat in animas, quæ in purgatorio degut, postea videbimus: sed in penam purgatorij, imò etiam in penam æternam gehennæ, sine dubio, potestatem habet, saltem consequenter & indirectè: quia dum absolvit per sacramentum poenitentiaæ à culpa mortifera, liberat consequenter hominem à debito penæ sempiteruae: & eodem modo, dum per indulgentias, absolvit hominem à poenitentia iniuncta vel iniungenda, absolvit eundem consequenter à penâ purgatorij, quam is luiturus esset, si eam poenitentiam non expelvisset, vel ab ea absolutus non fuisset: Sed hoc non est habere potestatem in purgatorio, vel in gehennam, sed in homines fideles, qui rei sunt culpa, vel penæ. Quare meritum damnata fuit sententia Petri Oxomensis à Syxto I V. Pontifice, & Concilio Complutensi, qui dicebat, non posse summum Pontificem indulgere alicui viuenti in carne penam purgatorij, & sola contritione deleri peccata, quoad culpam, & penam alterius vitæ, sine ordine ad claves. Vide, si liber, condemnationem huius erro-

ris apud Alphonsum de Castro, in libro aduersus hæreses, verbo, Confessio, vel in summa Conciliorum in Decretis Syxto I V. Pontificis.

S E C U N D A obiectio: *Per applicationem thesauris integræ compensatio pro debito pena temporalis, igitur superiuacanea est absolutio judicialis.* Responsio. Argumentum non rectè concludit, quoniam iudex non tenetur dimittere réum alicuius penæ, etiam si iusta compensatio offeratur, ab alio præsentim, si compensatio non sit eiusdem rationis: Et ideo, si iudex admittat compensationem, & absoluat reum, verè dicitur illi gratiam præstare; ut exempli gratia; si quis damnatus sit ad tritemes, vel ut publicè virgis cædatur, & aliquis offerat pro illius rei liberatione magnam pecuniaæ suministram, certè non tenebitur iudex acceptare pecunias, & reum liberare, sed, si voluerit id facere, gratiam illi præstabit, atque eum absoluat. Itaque si propriè loqui velimus, non dicitur tollere obligationem ad penam, is, qui compensationem offert, sed is, qui admissa compensatione reum ab illa obligatione absolvit. Dat verè igitur indulgentiam subditis suis Pontifex, quia nomine Dei cuius vices in terris gerit, admittit compensationem, ex thesauro de promptam, & ea admissa, poenitentes à reatu penæ temporalis absolvit. Contra autem, defunctis non dicitur dare simpliciter indulgentiam, sed per modum suffragij: quia non ipse, sed Deus acceptat compensationem pro defunctis, & eosdem defunctos absolvit, Pontifex autem solum offert ex thesauro iustum compensationem.

T E R T I A obiectio: *Absolutio judicialis dari potest etiam in iuncto, ut patet de absolutione ab excommunicatione: sed indulgentia in iuncto dari non potest: igitur indulgentia non est absolutio, sed mera solutio.* Responsio. Non omnis absolutio dari potest in iuncto, sed ea sola, quæ non requirit necessariò aliquam actionem vel dispositionem in eo, cui datur. Itaque absolutio sacramentalis, quia requirit confessionem & satisfactionem, non potest in iunctum conferri: absolutio ab excommunicatione aliisque censuris, quia non pendet necessariò nisi à voluntate præ-

lati, potest in inuitum conferri. Porro indulgentia exigit in suscipiente, primum, ut sit in statu gratiae, deinde, ut faciat, quae prescribuntur in litteris indulgentiarum: visitet basilicas, oret, ieiunet, eleemosynas faciat, quae omnia sic a libero arbitrio pendent, ut ab inuitu extorqueri, non possint. Quare indulgentia quamvis sit absolutio non est mirum si in inuitum conferri nequeat.

QU A R T A obiectio: *Absolutio requirit cognitionem cause, sed indulgentia sepe datur in communione omnibus, qui hoc, aut illud egnerunt, non cognitis causis eorum, quibus indulgentia tribuntur: non igitur indulgentia, judicialis absolutione dicenda est.* Responso. Absolutio particularis & absoluta, ut etiam condemnatio, quia feruntur secundum allegata & probata, sine dubio, repurunt particularem, & accuratam cognitionem causarum. At absolutio quedam generalis & conditionata, non requirit cognitionem causarum nisi generatim. Prior absolutio dicitur sententia ab homine, posterior, a iure, atque indulgentia quidem, que dantur singulis poenitentibus, quae apud veteres visitatissimae erant, similes sunt priori absolutioni, & ideo tunc exigitur cognitione causarum in particulari, ex vero quae dantur omnibus generatim, & cum conditione certi operis faciendi, ut militandi aduersus Mahometanos pro recuperanda Hierosolyma, similes sunt posteriori absolutioni, & propterea sat est generatim cognoscere, iustam causam adesse talis indulgentiae concedenda.

QUINTA obiectio: *Archiepiscopus ad totam provinciam indulgentiam suam extendere potest, ut habetur cap. nostro de penit. & remiss. at, non sunt proprii subditi Archiepiscopo omnes provinciales, sed ipsi sibi, qui ad eius diocesim pertinent: igitur, indulgentia non est absolutio propriæ dictæ, que in jurisdictionem exigit.* Respondeo. Non sunt quidem omnes provinciales absolutè subditi Archiepiscopo, sed sunt tamen omnes subditi in certis casibus, quorum unus, est indulgentia condonatio.

POSTREM A obiectio: *Sed indulgentia est judicialis absolutione, non posset summus Pontifex ullius indulgentiae participes esse, cum se ipse judicialiter absoluere nequeat, nec se, vel alium superiorem habet.* At qui, id videtur absurdum, ut summus Pon-

titex illis indulgentijs fruon posset, que sunt communes omnibus fidelibus. Quod idem argumentum fieri potest de Episcopis, quid attinet ad indulgentias, que ab illis toti populo conceduntur. **R**E S P O N S U S. Non defuerunt, qui negauerint, summum Pontificem, aut Episcopos participes esse posse indulgentiarum, quas ipsi ceteris in commune laguntur. Certè Archidiaconus in cap. de indulg. de penit. & remiss. in 6. ita docet, atque in eandem lententiam paucos alios citat. Silvester in summa, verbo indulgentia. **n**u. 21. Contrà tamen sentiunt omes alij in 4. dist. 10. & **S**otus dist. 21 tum iuris canonici interpres in cap. nostro, de penit. & remiss. in cap. indulg. cod. in 6. quibus accedit Nauarrus in tract. de Iubileo, notab. 10. num. 97. quamvis autem haec sententia communis, verissima sit, & omnino consentanea rationi, tamen argumentum contrarium non facilè solvitur. illa enim principia certissima sunt: neminem posse ligari vel solvi, nisi à superiori, & neminem superius superiori esse. Vnde etiam sit, ut nemo se in sacramento penitentiae absoluere vngnam sit ausus. Posset igitur fortasse dici, summum Pontificem est Episcopos, erga alios uti absolutione, erga se vero solutione duntaxat. Posset item dici, non posse quidem Pontificem immediate se ipsum absoluere per indulgentiam, sed posse per alium id facere, cui ipse potestatem tribuat: Cur enim possit confessor suo facultatem dare, ut se a peccatis absoluat, quod omnes admittunt, & non posset eidem potestatem facere, ut sibi indulgentiam conferat? certa haec responso probabilis visa est Card. Cajetano, tract. 15. cap. 5. & ante cum Richardo in 4. dist. 20. ar. 4. qu. 3. in solutione argumenti. Quamuis enim indulgentia non pertineat ad sacramentum penitentiae, pertinet tamen ad forum interius & penitentiale, in quo summus Pontifex potest se alteri subiucere, qui in se ministerio clavium vtratur. Potest etiam postremo, & optimè dici, posse Pontificem indirectè participem fieri indulgentiæ a se, vel à predecessor generatim propositam, etiam si nolit uti opera confessarij, sed solum ea praestare, quae ab alijs exiguntur ad indulgentiam consequendam. **Q**uoniam, ut rectè ait S. Thomas in 4. dist. 20.

qu. i. ar. 5. quæst. 4. ad vltimum. Non potest quidem Pōfex se ipse directè absoluere, sed potest vt ijs rebus quas ipse alius ex iurisdictione cōcessit: tales autem sunt indulgentiæ, ad quas ipse percipiēdas accedit nonvt Pastor, sed vn⁹ de grege, subiect⁹ clauibus Ecclesiæ, ac per hoc, & per accidēs subiectus sibi. Addit Dominicus à Soto, loco citato, hanc ipsam subiunctionem, indirectam non esse etiam coactiua: quoniam absolutio, qua datur indulgentia, non est quasi sententia personalis ab homine lata, neque etiam quasi lata à iure, & coactiua, sed quasi lata iure communis, & non continens coactionem, sed remissiōnem, cum conditione, talis operis faciendi.

CAP V T S E P T I M V M.

*A quo vinculo per indulgentias soluamur, vel
absoluamur.*

Cum demonstratum sit indulgentiam esse absolucionem cum annexa solutione, sequitur vt expli-cemus, à quo vinculo nos indulgentiæ soluat, vel absoluat: Sic enim constabit, qua sit propria ratio, definitio ac natura indulgentiæ. Scendum igitur est, duplex esse vinculum, siue debitum, siue reatum peccati: alterum culpæ, alterum poenæ. Rursus autem, reatum poenæ iterum esse duplē, alterum, poenæ naturalis, qua sequitur ordinale peccatum, qualis est mors, morbus, ignorantia, concupiscentia, & similis: alterum, poenæ personalis, qua consequitur peccatum actuale, qualis fuit pestis immissa in populum, ob peccatum Davidis. Rursus, reatum, poenæ personalis, alterum pertinere ad forum externum, alterum, ad internum. Rursus, reatum poenæ debitum in foro interno siue penitentiali, alterum esse poenæ iniunctæ, alterum, iniungendæ: Denique reatum eiusdem poenæ, siue iniunctæ, siue iniungendæ, vel esse debitum, vt satisfiat soli Ecclesiæ, vel vt satisfiat etiam Deo. His diuisionibus expositis, propositiones, more solito, adjiciendæ sunt.

Prima propositio: *Per indulgentias non absoluimur, nec soluimur à reatu culpa vltimi, id est, nec letalis, nec venialis.* Et quidē de culpa letati nulla dubitatio esse potest: nam cum ea tolli non possit sine infusione gratiæ, & gratia nō infundatur ministerio humano, nisi per sacramenta: pro comperto habendum est, eam per indulgentias nō posse tolli. De veniali autem videtur quidem Petrus Paludanus in a. d. 20. q. 4. existimari, tolli eam per indulgentiam, sed lögè probabilior est aliorum communis sententia, per indulgentias non tolli nisi reatum poenæ temporalis, qui remainet culpa dimissa: siquidem indulgentia supplet locum satisfactionis poenitentialis, & ideo dicitur ab Innocentio, cap. cū ex eo, de penit. & remiss. eneruare poenitentialem satisfactionem, cum est indulgentia indiscreta. Præterea, cum Pontifices indulgentias concedunt, sapè declarant se condonare poenitentiam iniunctam, sapè etiam dicunt, se largiri certum numerū, vel dierum indulgentiæ, qua nullo modo ad peccata venialia, sed ad solas poenæ accommodari possunt. Iterum, si quando in litteris indulgentiarum legatur, concedi ablutionem à culpa & poena: intelligendum est id propterea dici, quod indulgentia coniungitur ordinariæ cum sacramentali confessione: & facit, vt qui per sacramentum poenitentiæ fuit absolutus à culpa, per indulgentiam absoluatur à poena. Par ratione, cum dicunt Pontifices, se, per indulgentias, absoluere poenitentes à peccatis, vel cōdonare omnia peccata, vel dimidiam, aut tertiam partem peccatorum semper loquuntur de peccatis, quo ad poenam non quoad culpam, qua ante indulgentiam remissa esse creditur.

Secunda propositio: *Per indulgentias non liberamur à poenis naturalibus.* In hac omnes autores cōueniunt, constar enim definitum esse à Deo, vt poenæ illæ naturales non tollantur, nisi cùm natura ipsa mutabitur, id est cum per resurrectionem mortale hoc inducit immortalitatē. 1. Cor. 15. & cum adoptionem filiorum Dei perfectam consequimur, redemptionem, videlicet corporis nostri. Rom. 8.

Tertia propositio: *Nec poenæ, que in foro externo, & con-*

encrose, siue Ecclesiastico, siue seculari infliguntur, indulgentie tollere possunt. Docet hoc S. Thomas in 4. d. 20. qu. 1. ar. 5 qu. 2. nec dissentiant alijs scriptores, si quidem penæ fori externi, propter bonum Reipublicæ, infliguntur, ut factinorosi deterreantur a peccatis, & probi homines securitate fruantur. Præterea, indulgentia non conceduntur nisi poenitentibus, & Deo reconciliatis: poena autem illæ fori exteri infliguntur maximè pertinacibus & rebelibus. Denique, indulgentia, ut dictum est, locum obtinent satisfactionis poenitentialis, quare nō aliam poenam tollunt: nisi quam debemus in foro secreto & poenitentiali.

Quarta propositio: *Indulgencie liberant homines à reatu penæ, non jolum coram Ecclesia, sed etiam coram Deo.* Hæc propositio negabatur olim à nonnullis, quorum sententiam referunt, & refellūt Theologi veteres. S. Thomas in 4. d. 20. qu. 1. ar. 5, & alijs eadem hoc tempore negatur à Luthero, Caluino, ceterisque sectarijs, qui docent, indulgentiam apud veteres non fuisse aliud, nisi relaxationem multæ, quam Ecclesia ipsa imperauerat, non ut per eam satisficeret Deo, sed exempli causa, ut omnes intelligerent, illum, qui eiusmodi poenam lucbat, verè resipuisse. Et quidem aduersus Catholicos in hac reminus recte sentientes probatur nostra propositio his argumentis. Primò, quoniam si solum deberet Ecclesiæ satisficeri, siue tolli præceptum agendæ poenitentia ab Ecclesia positum, nō esset opus thesauro meritorum Christi, & sanctorum. Secundò, non esset utilis, sed noxia indulgentia, & Ecclesiæ filios suos, in hac re maximè gravi, decipere videretur: liberaret enim eos à poena huius vitæ mitissima, & remitteret ad poenam atrocissimam purgatorij. Tertiò nō possent concedi indulgentia pro defunctis, quippe quinon ligantur iam Ecclesiæ præceptis, neque aut ipi disciplina indigent, aut exemplo esse posunt. Quartò, multi fideles indulgentias perceperunt, confitentur sacerdotibus peccata, & satisfactionem iniunctam explent. Interdum etiam Pontifices in litteris indulgentiarum præscribunt, ut sacerdotes in iungant poenitentias salutares ijs, qui indulgentiam co-

sequi desiderant: Igitur & populi, qui suscipiunt indulgentias, & Pontifices, qui eas tribuunt, eius sententia se esse refstantr, ut indulgentia potissimum profint ad poenam purgatorij expiādam. Denique, hoc significare videtur verba illa, de vera indulgentia, quæ addis solent, cum indulgentia in facello Pontificio promulgantur: vera enim indulgentia dicitur, quæ reatum penæ, non solum coram Ecclesia, sed etiam coram Deo verè tollit. Iam verò aduersus hereticos non est cur multū laboremus in hac recomprobanda, ipsi enim propterea negat, indulgentijs tolli reatum penæ coram Deo, quoniam existimant post remissionem culpc nullū superesse reatum penæ coram Deo, nullaque opus esse vera satisfactio: & quia negare non possunt apud veteres extare plurima testimonia poenarum, quæ poenitentibus iniungebantur vel relaxabantur, ideo docent eas penas infligi solitas exempli, & disciplinæ causa. Ceterum hæc omnia satis copiosè tractauimus in 4. libro depoenitentia, ybi etiam omnia argumenta diluimus, quæ à Luthero, Philippo, & Caluino in medium allata fuerunt. Ne tamē hoc loco nihil omnino dixisse uideamus, probare possumus, indulgentiam valere ad relaxandâ poenam coram Deo. Primo, ex verbis Christi saepe citatis, Matth. 16. *Quodcumque solueris super terrā, erit solutiō, & in celo.* & Marth. 18. *Quocumque solueritis super terrā, erunt soluta& in celo.* Quorsum enim addiuit, *& in celo?* Si non soluitur vinculum nisi humanum: Secundò ex partibus, qui passim affirmat per iniunctas vel spōte assumptas penas satisficeri Deo. Tertullianus in libro de poenit. loquens de ijs, qui dum agunt poenitentiam, redeunt ad peccata, ita inquit. *Qui per delictorum penitentiam instituerat Domino satisfacere, Diabolo, per alijs in penitentia penitentiā satisfaciēt.* S. Cyprianus in scđm. de lapsis. Dominus, inquit, orādus est, *Dominus nostrā satisfactionē placandus.* S. Pacianus in paræfisi ad poenitentiam. *In quantum, inquit, penæ restre non perceritis, in tantum robis Deus parcat.* S. Augustinus homil. 50. ex libro quinquaginta homiliarum, cap. 11. *Veniat, inquit, ad antisites per quos illi in Ecclesia claves ministrantur, accipiat siue satisfactionis modū,* & id agat, quod nō so-

solum illi proficit ad recipiendam salutem, sed etiam ceteris ad exemplum. & in cap. 5. Non sufficit, inquit, mores in melius mutare, nisi etiam de iis que facta sunt, satisfiat Deo, per penitentie dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus eleemosynis. Petrus Damiani in sermone 2. de S. Andrea, ne tibi, inquit, blandiar si grauer peccanti, leuior penitentia a manuero, vel disimulante, dictatur, cum in purgatorio ignibus perficienda sit quicquid hic minus feceris. Ex his testimoniosis, manifeste colligimus, per iniunctas penitentias satisfieri Deo, ac per hoc indulgentias, quæ ab eiusmodi penitentiis aboluntur, expiare penam temporalis reatum, etiam coram Deo. Multa possent alia testimonia veterum adduci, sed non sunt omnia ubique repetenda. Tertio, probatur ratione duæ à simili: Penitentiae siquidem a sacerdotibus impositæ, & ea quæ sponte assumuntur, sunt omnino similes: constant enim ex iisdem rebus, oratione videlicet, ieuniis, & eleemosynis, & ad eundem finem tendunt, & alias alias iuvant, immò sacerdotes, cum penitentias imponunt, hottantur penitentes, vt ipsi etiam sponte assumant alias: cum credibile sit impositas non esse a quales criminibus, & Cyprianus dicat in serm. de lapis. penitentia crimine minor non sit: quod idem alij Patres docent. Certum autem est per penitentias sponte assumptas satisfieri Deo, vt perspicuum est ex eo, quod occulta esse solent, iuxta illud. Psal. 6. *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* Igitur, penitentiae a sacerdotibus non solum exempli, vel disciplinæ caussâ, sed etiam ad satisfaciendum Deo imponi solebant. Præterea, penitentiae pro occultis criminibus occultæ iniungebantur, sicut & ipsa confessio secreta esse debebat, vt patet ex Epist. S. Leonis 1. ad Episcopos Campaniæ. Non igitur semper iniungebatur exempli, vel disciplinæ gratiâ. Denique, omnia argumenta, quibus in 1. libro de purgatorio demonstrauimus, post hanc vitam extare loca penalia, in quibus exerceantur animæ illorum, qui dum viuerent, pro suis peccatis non integrè satisfecerunt Deo, probant etiam indulgentias liberare homines à reatu penas, non solum coram Ec-

clesia, sed etiam coram Deo: Nam necipsi Lutherani indulgentias negarent, si purgatorium crederent. Est etiam hoc loco animaduertendum, indulgentias, quæ conceduntur in hac vita, immediate, & principaliter liberare à debito penæ subeundæ in hac vita, mediate vero & quasi secundariò à debito penæ subeundæ in purgatorio: Quemadmodum enim pena purgatoriū succedit penæ, quæ non est in hac vita integrè expiata: sic etiam indulgentia liberans à debito totius penæ temporalis, quæ in hac vita persoluenda fuisset, consequenter liberat à pena purgatoriū, quæ illi fortè successisset. Quinta propositione: Cum in forma indulgentia palam exprimitur, concedi remissionem penitentiæ iniunctæ, non intelligitur concedi remissio eius penitentie, quam sacerdos in sacramento confessionis iniunxit. Est hæc propositione aduersus nonnullos, qui per iniunctam penitentiam intelligivolunt omnem omnino penitentiam, quoniam, vt ipsi existimant, omnis penitentia peccatis debita, iniuncta dici potest, vel a sacerdote, vel à Canone penitentiali, vel certè à Deo, ita docuit quidam Thomas Elysius in Clypeo piorum Catholicorum, quæst. 44. art. 7. sed contra fentur plerique omnes viri docti, vt Thomas Caecitanus tract. 15. cap. 7. Dominicus à Soto in 4. d. 21. qu. 2. art. 2. concl. 3. Martinus Ledesma in 4. sent. par. 2. qu. 27. art. 2. Nauarrus in tract. de Iubileō & indulgentiis, notab. 11. nu. 12. Antonius Cordubensis de indulg. qu. 9. prop. 3. Silvester verbo, indulgentia, qu. 8. nu. 12. & qu. 12. nu. 11. Gabriel in supplemento lib. 4. sent. d. 41. q. 3. art. 2. propos. 10. ac præterea Petrus Paludanus, Hadrianus, Petrus à Soto, & alij nominandi in sequenti propositione. & certè res non videtur esse dubia: nam penitentia non dicitur propriè iniungi nisi a sacerdote, qui in particulari, obligat præcepto suo penitentem ad certa opera penalia peragenda. Canones enim penitentiales exprimunt quidem generatim, quæ penitentia quibus peccatis conueniat, sed quoniam non satis est ad iustum penitentiam imponendam, scire quid congruat peccato secundum se, nisi simul attendantur varie circumstantiaz, maximè circa personam penitentis. Ideo

non potest à Canone pœnitentiali pœnitentia absolute iniungi, neque nullus tenetur ad eam pœnitentiam subeundam, quæ notatur in Canone pœnitentiali, nisi ab aliquo iudice iniungatur. Pari ratione dicitur, Deum nō iniungere pœnitentiam, sed exigere eam quæ sequitur ex natura rei, ad peccati grauitatem. Accedit præterea, quod cùm indulgentia concessio, secundum iura, sit res odiosa, quippe quæ relaxat pœnitentia rigorem, ut rectè docet, & probat Nauarrus, in tractatu de Iubile, notab. 9. nu. 9. non debent extendi verba litterarum Pontificiarum ad pœnitentias iniunctas, largo modo, & impropriè, sed restringi ad iniunctas propriè, quales non sunt nisi ex, quæ à sacerdotibus in sacramento pœnitentia iniunguntur: quæ enim definiuntur in Canonibus, vel exiguntur, non possunt dici iniuncta, nisi largo modo, & impropriè.

Sexta conclusio: Cùm non sit mentio iniunciarum pœnitentiarum, sed absolute conceduntur indulgentie, intelligendum est condonari omnes pœnitentias, siue iniuncte sint, siue iniungi forteuerint. Hæc propositio est aduersus graues auctores, Alexandrum Alensem in summa Theologica, parte 4. qu. 23. nu. 2. Durandum, & Paludanum in 4. sentent. dist. 20. qu. 4. Adrianum VI. in 4. sentent. qu de indulgentiis. §. sed ex hoc petes vterius: Petrum a Soto, lect. 2. de indulgentiis prope finem, & Card. Caet. tract. 15. cap. 7. qui docent, indulgentias nunquam dari nisi de iniunctis, sed tamen habemus nostræ sententiæ patronos alios nec pauciores, nec minus graues. S. Thomam in 4. d. 20. qu. 1. art. 3. Ioannem Maiorem in 4. d. 20. q. 2. §. Dubitatur, Siluestrum, verbo, indulg. q. 2. nu. 1. Dominicum à Soto, in 4. d. 21. art. 1. Michaëlem Medinam, disput. 4. de Indulg. Ledesmum in 2. p. 41. qu. 27. art. 2. Antonium Corduben, q. 9. de Indulg. Nauarr. tract. de Iubile, notab. 11. nu. 18. & ex veteribus Canonistis, Normitanum, & Ioannem Andream in c. Quod autem, de poenitent. & remiss. Denique, fatetur Caeteranus hanc esse communem sententiæ, nec immeritò: nam illi quoque, quos pro ipso citauimus, excepto Petro à Soto, nō tam aperte loquuntur, ut certum sit, eos eiusdem esse

sententiaz, quamvis in eam propendere videantur. Probatur igitur nostra propositio. Primo, ex constitut. extraug. Bonifacij VIII. quæ incipit, *Antiquorum in qua legimus, indulgentiam datam esse plenam, largiorem & plenissimam.* At certè, si non concederetur indulgentia nisi de iniunctis pœnitentiis, satis fuisse dicere, concedi plenam, siue plenariam. Quid igitur sibi vult plenior, & plenissima? Adde, quod auctor glossæ in hac extraugantem, scribit, Bonifacium de hoc interrogatum, respondisse, per plenissimam indulgentiam se intellexisse, illa omnem indulgentiam, ad quam claves Ecclesiæ possunt extendi. Non potest autem dubitari, ut etiam Caet. & Petrus à voto fatentur, quin claves Ecclesiæ ad indulgentias pœnitentias non iniunctas, sed tamen debitæ in iudicio Dei possint extendi. Adde præterea, quod Paludanus, loco notato, testatur, ab eodē Bonifacio fuisse prohibitum pœnitentiarum, nè confitentibus peccata, anno illo Iubilei, satisfactiones iniungeret. Non igitur dubitari potest, quin Pontifex Bonifacius indulgentias de non iniunctis dare voluerit. Simile est quod de Pio V. Pontifice Maximo & Optimo, testatur Bartholomæus ab Angelo in libro Italico, qui inscribitur *Consolatione de pœnitentiis.* lib. 1. cap. 4. pag. 13. scribit enim hauctor, Piū V. priuatum interrogatum affirmasse indulgentias absolute pronunciatas, non restringi ad pœnitentias iniunctas, sed extendi etiam ad non iniunctas. & quamvis duo isti Pontifices non ediderint publicam huius quæstionis explicationem, per rescriptum aliquod Pontificium, tamen non est leuis momenti tantorum virorum etiam priuata sententia. Secundo probatur ex consuetudine nostrorum temporum, nunc enim vix viuquam in iunguntur pœnitentiaz multorum annorum, & tamen Pontifices, qui hoc non ignorant, adhuc promulgant indulgentias septem, vel decem annorum, atque alias similes: igitur non volunt Pontifices, hoc saltet tempore, indulgentias restringere ad pœnitentias iniunctas, sed extendunt etiā ad eas, quæ merito iniugi possent, si pœnitentiæ criminibus æquales iniugi erentur. Præterea (vt su. præ diximus) hoc tempore quisce parant ad indulgentias

consequendas, confiteri solent peccata sacerdoti, & iniunctam satisfactionem implere: non igitur existimant, sibi tantum iniunctas penitentias condonari, sed alias longè maiores quod si hæc populorum existimatio non esset vera, manifestè falleretur populus, & huius deceptionis causa in prælatos Ecclesiæ referri posset. Denique, in litteris indulgentiarum aliquando ponitur, vt Sacerdotes imponant salutares penitentias iis, qui indulgentias consecuturi sunt, non igitur indulgentia earum litterarum ad iniunctas penitentias, sed ad non iniunctas pertinet: neque enim Pontifices relaxare intendunt penitentias illas salutares, quas iubent imponi.

CAPUT OCTAVUM.

Solvuntur argumenta contraria.

ADuersus doctrinam capituli superioris non desunt obiectiones, vel calumnia Lutherorum, sed eas in librum sequentem differre malimus: hoc autem loco solum dilucemus argumenta, quæ fieri solent aduersus postremam propositionem capituli superioris.

Prima obiectio: *In iure Canonico additur particula, de iniunctis, cùm de indulgentiis concedendis agitur: igitur ea particula subintelligi debet, etiam cùm non exprimitur. Debet enim indulgentiarum concessio semper explicari ad formam iuris. Id quod expressè testatur forma indulgentiarum, que in facello Pontificio promulgantur: dicuntur enim dars indulgentia secundum formam Ecclesiæ consuetam.* Responso. Additur quidem nonnunquam ea particula, *de iniunctis, in iure Canonico, sed sápē etiam non additur, proinde nihil efficit hoc argumentum.* Porro, sápē non addi eam particulam facile demonstrari potest, nam in extrauganti, *Antiquorum, in extrauganti, Vnigenitus, in extrauganti, Quidammodum, de poenit. & remiss. nunquam illius particula sit mentio.* Præterea, Innocentius III. in bulla *expeditionis pro terra sancta recuperanda, quæ habetur in tomis Conciliorum post Concilium Lateranense, cōredit*

redit plenariam indulgentiam sine villa mentione poenitentia iniuncta. Gregorius VII. Pontifex, in Epistola ad Monachos Massilienses, & in aliis passim, indulgentias absolutè concedit. Denique, Sergius junior ante annos fermè 800. (vt suprà notaimus) indulgentiam dedit trium annorum, & trium quadragenarum, sine vilia adiunctione, de iniunctis, vel non iniunctis poenitentiis. ex quo intelligimus, per formam Ecclesiæ consuetam, non significari indulgentiam de iniunctis, sed alia, quæ in suscipiendis indulgentiis semper obseruantur: vt videlicet qui eas suscipit, si peccatorum letalium conscientiam habeat, cor contritum gerat cum proposito contendi suo tempore, eadem peccata sacerdoti, præterea, preces fundat pro Ecclesia, pro summo Pontifice, pro aliis rebus in forma indulgentiarum expressis, denique, illa omnia perficiat, quæ pro assequenda indulgentia praescribuntur.

Secunda obiectio: *Non dicuntur propriè remitti, nisi debita; nemo autem debitor est penitentie agende, tribus vel septem, vel pluribus certi numeri annis, nisi ea penitentia à Sacerdote sibi fuerit iniuncta: igitur, cùm indulgentia remittant tres, vel septem, vel plures annos penitentia, de iniunctis intelligendæ sūt, etiam si forte nomen, iniunctæ, tacitum fuerit.* Responso, Factor equidem, formam condonandi certum numerum annorum, vel dierum, vel quadragenarum poenitentia, ex antiquo vsu relictam esse: nam idèo certus numerus annorum, vel dierum in indulgentiis exprimebatur, quia certus etiam numerus annorum, vel dierum poenitentibus iniungebatur, vt eo tempore se in bonis operibus, laboriosis, & poenalibus exercearent. Cæterum, hoc tempore, non iniungitur quidem poenitentia tam severa, tam verè debitores sunt, qui peccata graui commiserunt, poenitentia agende, multis vel annis, vel diebus. & ideo per indulgentias remittuntur hoc tempore poenitentia certorum annorum, vel dierum, id est, remittitur debitum poenæ, cui satisficerent, si tot annis, vel diebus, poenitentiam egissent.

Tertia obiectio: *Innocentius III. in Concilio Lateranensi, ut habemus cap. Cùm ex eo. de pœnit. & remiss. restringit*

Episcoporum potestatem in indulgentiis conferendis, ad condonationem unius anni, de iniunctis penitentibus: At, si indulgentia secundum iura dari possent, tam de iniunctis, quam de non iniunctis: Pontifex restringens solum indulgentias de iniunctis, inane decretum fecisset, voluit enim resarcere indulgentias superflua*s* *E* indiscretas, per quas satisfactio penitentialis, ut ipse loquitur, encravatur: non autem resecasset, si possent indulgentias dari de non iniunctis, de quibus ipse nihil decreverit. Quod si responderet, Pontificem, dum resarcuit superflua*s* indulgentias de iniunctis penitentibus, censorimaiore ratione resecasse indulgentias de non iniunctis: contraria obvicietur, quod grauiores sint penitentiae iniunctae, quam non iniunctae: quia ille obstringunt coram Deo & Ecclesia, iste autem coram Deo tantum: Et cum tollantur grauiora, non censentur sublata etiam leniora. Responso. Primum dici posset, iniunctas penitentias esse grauiores aliquando, & secundum quid: non iniunctas autem, ut plurimum, & simpliciter, potest enim accidere, ut aliqui penitentia iniungatur, non quidem integra, & aquilis, sed tamen eiusmodi, ut plus pena per eam expiatur, quam expiandum relinquatur: tamen, ut plurimum, longe plus est, quod expiandum restat, per non iniunctas penitentias, quam quod expiatur per iniunctas. pari ratione, tanto minus est obstringi coram Deo, & coram Ecclesia ad agendam penitentiam iniunctam leuissimam, & forte unius horae, quam obstringi coram solo Deo, ad perforatum cruciatum acerrimum multorum annorum: ut illud dici possit grauius secundum quid, hoc autem grauius simpliciter. Quare, qui restringit indulgentias de penitentibus iniunctis, iure censetur restringere etiam indulgentias de non iniunctis, si reuera modum ponere voluit indulgentias. Deinde, responderi potest breuius, & facilius; in decreto Innocentij duas restrictiones continet; unam, quoad tempus, ut non liceat Episcopis exceedere unum annum, in indulgentiis condonandis: alteram, quoad genus, sive qualitatem, ut non liceat eidem indulgentias concedere absolutè, sed solum de iniunctis penitentibus: per hoc enim omnia, quæ possunt fieri, argumenta cessant. Est autem hoc loco Observandum, quod quamvis non tencatur, qui indulgentias per-

cipit, iniunctam penitentiam explore, nisi forte indulgentia minor sit, quam debitum ipsius, aut impletio penitentiae iniunctæ, sit una ex conditionibus expressis in litteris Pontificiis, pro indulgentia obtinenda: tamen hortandi ac monendi sunt penitentes, ut iniunctam penitentiani diligenter deuotè perficiat: tum quia penitentia illa medicinalis, tum quia meritaria erit: tum quia fieri potest, ut indulgentia, quam se perceptum sperat, ob aliquod impedimentum, non verè percipiat. de qua re vide S. Thomam in 4.d.20.qu.1.art.2. qu.1. ad 4. Panormitanum in cap. Quod autem, de penit. & remiss. Gabrielem in supplemento. 4.d.45.q.3.art.2 propositio 11. Angelum in summa, verbo, indulgentia, nu. 1. Silvestrum, verbo eodem, qu.9.nu.18. & Anton. Cor. dub. qu.10.de indulgen. coroll. 4.

Ex his, quæ haec tenus dicta sunt, colligi potest integræ indulgentiæ Definitio, quæ talis erit: Indulgentia est absoluto*s* iudiciale*s* à reatu pena Deo debito*s* in foro penitentiario, extra sacramentum data, per applicationem satisfactionum, quæ in thesauro Ecclesiæ continentur. Quod si quis definitionem extendere velit ad indulgentias, quæ pro defunctis accipiuntur, quæ sunt indulgentiae per modum suffragij, non simpliciter, & absolutè, mutare poterit illud initium, est absoluto*s* iudiciale*s* à reatu, & dicere, est remissio pene. Porro, Cajetani definitio: Indulgentia est absoluto*s* à pena iniuncta*s*, in foro penitentie, quæ habetur tract. 15. cap. 2. partim videtur redundans, propter verbum, iniuncta*s*, partim deficiens, propter omissionem mentionem thesauri. Definitio Dominici à Soto in 4. d.21. qu.1.art. 1. Indulgentia est relaxatio pene peccato debito*s*, que extra sacramentum fit, nimum est diminuta, cum neque explicet, an indulgentia sit propriè absolutio, neque doceat à qua pene hominem liberet, neque thesauri mentionem faciat.

C A P V T N O N V M. De varietate indulgentiarum.

Explicuimus haec tenus de indulgentiis, an sint, & quid sint; nunc quales sint, paucis expediemus: Ni-
D ij

hil enim aliud circa indulgentiarum qualitatem queri posse video, nisi quæ sit indulgentiarum varietas. Inuenio autem: indulgentias quinque modis consueuisse concedi: Interdum enim conceduntur aliquot dies, vel anni indulgentiarum. Interdum quadragenæ dierum, modò tertia, vel quarta, vel alia peccatorum pars: alias indulgentia plenaria. Tandem indulgentia plena, plenior, & plenissima in forma Iubilei. & rursus, hæc omnia vel conceduntur in vita, vel in articulo mortis: & denique, vel sunt indulgentiae temporarie, vel perpetuae. Et quidem indulgentia tot dierum, vel annorum, secundum veriorem sententiam, significat remissionem poenitentie, quæ peragenda fuisset tot diebus, vel annis, secundum Ecclesiæ ritum. Constat enim ex Tertulliano in libro de penitentia, & apertiis ex Concilio Triburiensti, can. 54. & ex lib. 19. Burchardi, poenitentibus multa fuisse imperata, multa etiā interdicta, ut exempli gratiâ, imperabatur ieiunium feria 2. 4. & 6. interdicebatur vsus balnei, equitationis, vxoris etiam interdum, & potissimum sacrae communionis.

I N D U L G E N T I A Q U A D R A G E N A E significat remissionem poenitentie, quæ quadraginta continuatis diebus, in ieiunis, aliisque laboriosis operibus agenda fuisset. quæ quadragena, quādo imperabatur acrior, ita ut solo pane, & aqua contenti esse deberent qui eam peragebant, carena dici solebat, quod videlicet carentiam omnium ferè ciborum contineret. Eiusmodi carenam præmiti solitam ante septennem poenitentiam, testantur Concilium Triburicense, & Burchardus, locis notatis. Porro, cum indulgentia condonat aliquam partem, ut terciam, vel quartam peccatorum, nihil significatur aliud, nisi remitti poenitentiam, quæ pro tanta parte poenæ peccatis debet expianda necessaria fuisset. Indulgentia vero plenaria totum poenæ reatum tollit, qui post culpam remissam forte remansit. Denique, indulgentia plenior, vel plenissima etiam in Iubile, reuera non differt à plenaria, simpliciter, & absolute concessa: neque solida est illa quorundam distinctio, quod plena referatur ad solam poenam peccatis mortalibus

53 debitam, plenior addat remissionem poenæ debitam peccatis venialibus, plenissima adiungat absolutionem non solum à poena, sed etiam à culpa, saltem veniali. Posset tamen fieri, ut Bonifacius V I I I. qui in extrauaganti, *Antiquorum*, primus vsus est illis vocibus, indulgentiam plenam, largiorem, & plenissimam, retulerit plenā ad remissionem totius poenitentie in iunctâ: plenior, siue largiore, ad remissionem totius poenitentie, quæ secundum Canones iniungî debuit: plenissimam, ad remissionem totius poenitentie, quæ à diuino iudicio posset exigi. Vide de hac tota re Ioannem de Turrecemata in commentario distinctionis 1. de poenitentia, super illud, Item in Leuitico, qu. 4. Nauarrium in tract. de Iubile. notab. 9. & 31. & Antoniu Cordubensem, qu. 32. de indulgentiis.

Existit autem hoc loco dubitatio: num indulgentia aliquot dierum, vel annorum huius vitæ, respondet in purgatorio relaxationi poenæ totidem dierum vel annorum? Et quidem omnes conueniunt, cum per indulgentias condonantur poenitentie aliquot dierum, vel annorum, consequenter etiam remitti poenam purgatorij, quæ poenitentie condonata responderet. Sed utrum poenitentia unius diei, vel unius anni in hac vita tantum reatus poenæ coram Deo expiare valeat, quantum expiat vñus dies, vel annus in purgatorio exactus, questio est: Nam Dominicus à Soto in 4. dist. 21. q. 2. art. 1. contendit poenam purgatorij, tanto esse aciorem poenis huius vitæ, ut vñus dies in purgatorio exactus, multò amplius de reatu poenæ, peccatis debitis, detrahatur, quam multianni vitæ præsentis in poenitentia seuerissimè agenda consumpti. ex quo ipse colligit, neminem, quantumvis insignem peccatorem, in purgatorio poenas daturum ad viginti annos, & fortasse ad decem, vel pauciores. Sed communis sententia contrarium docet, ut videre est apud Paludanum in 4. deo. qu. 4 Hadrianū in tract. de indulgen. §. Petet fortasse. Nauarrium de Iubile, notab. 11. nu. 22. Cordubensem q. 32. de indulgen. proposit. 3. & alios, quos citat Silvester in summa, verbis indulgen. nu. 8. Quamuis enim poena purgatorij sit

actior omnibus pœnis, quas in hac vita experti sumus, ut docent SS. Patres. Augustinus in Psal. 37. Gregorius in Psalm. ., pœnitentiale, Beda in eundem psalmum, Anselmus in cōmentario capit. 3. prioris Epistolæ ad Cor. & Bernardus in serm. de obitu Humberti Monachi. tamen, ad expiandum reatum pœna, efficacior est pœna voluntaria huius vitæ, quam pœna actior purgatorijs: quoniam, hoc, est tēpus misericordiæ, illud, iustitia. Itaque, in hac vita non est debitum vñl pœna tam grande, quod non possit vno die, vel etiam vñâ horâ, per martyrium omnino dissolui, pro quo tamen soluendo in purgatorio, vix multi anni sufficerent. Sic enim loquitur 8. Cyprianus lib. 4. Epist. 2. *Aliud est longo dolore pro peccatis cruciatum emundari, / purgari diuigne, aliud peccata omnia passione purgasse. Quod quidem de vehementissima contritione dici potest, de qua te multa extant exempla in historiis: sed illud vnum hoc loco sufficer, quod se presente contigisse narrat Ioan. Climacus, in libro suo de scala Paradisi, grad. 4. scribit enim, latronem quemdam omni genere fcelerum cooperatum, tanto ardore animi peccata sua publicè patefecisse, ut reselatum sit sanctis aliquibus viris, ea omnia continuò illâ satisfactione purgata fuisse, atque deleta. Constat præterea ex venerabili Beda lib. 5. historiæ Anglicanæ, cap. 13. aliisque probatis auctoriis, plurimas animas in purgatorio usque ad diem iudicij, id est, per multas annorum centurias crucianas: cum tamen nulla sit multitudo, vel grauitas peccatorum, quæ non possit in hac vita per pœnitentiam deleri, non solum quoad culpam, sed etiam quoad pœnam. Denique, legimus in auctoriis grauissimis, viros aliquos sanctos ob ynum solum peccatum nō paruo tempore in purgatorio cruciatos, ut patet de Pascasio Card. Romano apud S. Gregorij lib. 4. dialogorū, cap. 40. & de Seuerino Coloniensi Episcopo, apud S. Petru Damiani in Epist. de miraculis sui téporis, ad Desiderium, & de sancta quadā virginē, apud Gregorij Taron. lib. de gloria confessorum, cap. 5. In præsenti autem vita, ciusmodi peccata, leui, ac breui pœnitentiâ dilui potuissent. Sed contra obici potest, quod aliqui homines rei sunt*

pœnæ luendæ multis annorum millibus: quod probatur ex indulgentijs, quæ interdum continent cōdonationem pœnitentia quindecim, vel viginti millium annorum: at si lõgiore tempore reatus pœna expiatur in purgatorio, & nō potius tempore, longe, ac longe breuiore, quam in hac vita, sequitur omnino, multa peccata post diem iudicij in expiata mansura. R E S P O N S I O. Non desunt qui negent, indulgentias illas, quæ continent condonationem pœnitentia multorum millium annorum, esse a Pontificibus datas, sed à quæstuaris confitas dicant. ita sentiunt loan. Gerson in tract. de absolutione sacramentali, & Dominicus à Soto in 4. dist. 21. q. 2. ar. 1. Pontifices enim non solebant indulgentias concedere, nisi tot annorum, quot annorum pœnitentia in iungebantur: pœnitentia verò non solebant in iungi, nisi vñius, duorum, trium, quinque, septem, decem, viginti annorum, aut ad summum, per totam vitam, quæ vñtra centū annos porrigi non solet. Sed quicquid de hoc sit, nō videtur negandum, posse aliquos reos fieri pœnitentia agendæ secundū Canones, per spatium aliquot milliū annorum: nam, si peccatis mortiferis singulis debetur secundū Canones, pœnitentia, trium, vel septem annorum, quis enumerent annos pœnitentia, qui secundū Canones prescribi deberent ijs, qui consuetudinē habent peierandi, vel blasphemandi ad singula prope momenta, & frequentissimè homicidia, furtæ, sacrilegia, adulteria perpetrant, ac denique, vt legimus in lib. Iob. cap. 15. bibunt quasi aquam iniquitatem: atque huc sine dubio respexerunt summi Pontifices, si qui sunt, qui reuera indulgentias dederint, decem, vel viginti millium annorum. Sed quemadmodū in hac vita, pœnitentia multorum annorum potest vna hora persolui, si pœnitentes temporis diuturnitatē vehementia caritatis, & extensio nem pœnitentia, intentione compensent: sic etiam fieri potest, ut in purgatorio diutius quidē cruciantur, quam in hac vita, qui cum tam ingenti debito deceferint: tamen ibi quoque acerbatis vehementia faciat, ut debitum viginti millium annorum, annis trecentis, vel quadringtonis expiari queat.

Iam verò de alia varietate, qua dicebamus *Indulgencias* cōcedit *invita*, vel in mortis articulo: nonnulla quæstio esse potest, quid intelligendum sit, per mortis articulum? Sed responsio facilis est: nam si in litteris Pontificijs exprimatur *moris articulus verus*, tunc sine dubio, non asserquitur indulgentiam illam, nisi qui reuera paulò post acceptam absolutionem moritur. Si verò non expiatetur, sed generatim dicatur, in mortis articulo, tum sententia communior est, indulgentiam obtinere etiam in mortis articulo præsumpto, quamvis reuera mors non sequatur. An autem qui indulgentiam, consecutus est in mortis articulo præsumpto, possit ruris eandem assequi, cum iterum veniet ad mortis articulum, Doctores dissentunt, sed istæ quæstiones, ut plurimum, ex inspectione litterarum disoluti possunt. Vide Nauartum de Iubile, notab. 30. n. 3. & 4. & 5. & Cordubensem qu. 39. de indulgen.

Restat ultima varietas de *indulgencij temporarijs*, vel *perpetui*. Dicuntur enim *temporarie*, quæ conceduntur definito spacio temporum, quo indulgentia percipi potest, ut cum definiuntur 24. horæ, vel vna, aut altera hebdomada, vel integer annus ut in iubileis. *Perpetuae* verò dicuntur, quæ suat alligatę certis locis, ut Ecclesijs, vel altariis, vel etiam rebus mobilibus, ut rosarijs, vel granis benedictis, sineulla temporis determinatione, quales fuerunt, quas concesserunt Leo III. & Sergius II. ut annotauimus suprà, cap. 3.

CAPUT DECIMVM

Vtilem esse indulgentiam omnium hominum generi.

Am verò, de utilitate indulgentię breuiter differendum est, ut ad illam etiam quæstionem respondamus propter quid, siue, cuius rei gratia indulgentia datur, vel accipiatur; Sed de causa, cur indulgentia datur, disputandum erit paulò post, cum explicabimus, quid requiratur in eo, qui indulgentiam concedit. Ostendimus enim requiri duo, auctoritatem legitimam, &

causam piam. Nunc solùm de causa, cur indulgentiæ querantur & accipiantur, dicendum est. Et quidem, dubitari non potest, quin potissima causa sit remissio pœnæ temporalis, hic enim est fructus, hec præcipua utilitas indulgentiæ, de quare id solùm quæri potest, a sit vitilis omnium hominum generi remissio pœnæ temporalis? Lutherus enim, præter alios errores suos, id etiam docuit, indulgencias non esse utiles, nisi publicis, & sceléstissimis peccatoribus, ut perspicuum est ex assert. art. 18. sed apud Catholicos res certissima est, indulgentias omnibus esse utiles, & ab ijs etiam, qui perfectioni dant operam, recte quæri, & suscipi posse. Nam omnibus utile est liberari ab ijs rebus, quæ retardare possunt ad eptionem summi boni: talis autem est reatus pœnæ temporalis, cum quo si quis ex hac vita migrauerit, non poterit cōtinuò pertingere ad vitam æternam, sed expiare debebit eum reatum in locis purgatorijs. Præterea, indulgentiæ non solùm expediunt ab impedimentoo iam dicto, sed etiam contà non impediunt ullum bonū meritum, aut ullum maius bonū neque enim prohibentur, qui suscipiunt indulgentias, operam date ieiunijs, eleemosynis, precibus, alijsque operibus bonis. Quare, nulla ratio est cur non sint aicendæ utiles, & salutares omni hominū generi. S E D O B S I C I V N T aliqui: Perfectorum hominū nō est fugere pœnas, sed eas potius querere, tum ob exercitū patientie, tum ob imitationē Christi patientie, Christus enim passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius. I. Petri. 2. R E S P O N S I O . Perfectorum est nō fugere pœnas, quæ iuvant ad promerendum Deum, & promouent ad salutē citius acquirendā, quale est martyrium, & alia pœnæ sponte susceptæ atque ad eiusmodi pœnas libenter preferendas. S. Petrus adhortatur. Est tamen perfectorum fugere debitū pœnæ, cum per illud impediantur, & retardentur, ut diximus, ab ingressu patriæ caelestis, imò propterea querunt pœnas huius vitæ, & severam pœnitentiam agunt, ut liberentur à reatu illo, & non cogantur post mortem, diutius in purgatorio pœnas dare. Quare libentissime propter candē causam suscipiunt indulgentias, ut tan-

tò facilius à reatu illo expediantur.

Obiiciunt rursus: *Indulgentia non est opus meritorum, sed solum satisfactorium, non igitur utilis est perfectio, qui modicā, vel nulla satisfactione indigent.* R E S P O N S I O . Indulgētia perse non est meritoria, sed satisfactoria: tamen meritoria etiam esse potest, ratione operis iniuncti. Si quis enim ex caritate Dei , iniuncta opera exequatur, ieiunia, eleemosynas, preces, & similia: sine dubio, per hæc opera ex caritate facta, meritum non exiguum sibi parabit. Ipsa quoque suscepit indulgentia meritoria erit, si quis eam ex amore Dei suscipiat, vt expeditus reatu illo pœnæ, liberius ad ipsum Deum videndum, & perpetuò laudandum, euolare posse. & quamvis viri perfecti modicā satisfactione egeant, tamen rari sunt, qui non aliquā egeant, ac per hoc, non sint illis etiam utilles indulgentiae.

Deinde obiiciunt: *Ex communi sententia utilius esse, pro se proprijs operibus satisfacere, quam alienam satisfactionem querere.* R E S P O N S I O . Utilius quidem est & certius, pro se satisfacere, quam indulgentias querere: sed utroque utilius est, illud facere, & illud non omittere. Et hoc est, quod boni auctores consulunt, vt qui suscipiunt indulgentiam, non cessent à pœnitentiæ fructibus producendis, quia meritorij, & medicinales plerumque esse solent: & utilius est, duobus pedibus uter facere, quam uno tantum.

Præter hanc utilitatem, sunt etiam aliae adiunctæ, quando in forma iubilci, indulgentiæ publicantur: nam & datur facultas eligendi confessarium, ex approbatis tamen, iuxta decretum Concilij Tridentini, ses. 23. cap. 15. nam alioqui non iudicantur idonei confessarij, & summus Pontifex in iubileis non permittit facultatem non idoneos eligendi. Item datur auctoritas confessarij, absoluenda à multis casibus reseruatis, multisque censuris Ecclesiasticis, nec nō vota nonnulla in alia pia opera commutandi, atque alia id genus, quæ notificata sunt. Sed existunt hocloco dubitationes due.

Prima, si quis tempore iubilci, absolutionem à reseratis accipiat, & postea tamen negligat ea pertinere, quæ

ad indulgentiam consequendam necessaria sunt, an ab-solutio illa rata sit? R E S P O N S I O communis est, ratam esse: quoniam absolutio non pendat à futura conditio-ne, & ne pendere potest.

Altera dubitatio, si quis spe futuri iubilei in peccatum referatum sponte incidat, an ab eo peccato pos-fit absolu? R E S P O N D E N T aliqui non posse: in quibus est S. Antoninus 1. p. tit. 10 cap. 3. Sed alii contraria sentiunt, vt Nauarrus in tract. de Iubileo, notab. 34. num. 4. & 6. Cordubensis quæst. 37. de indulgen. proposit. 3. & alii.

C A P V T V N D E C I M V M.

Qui posset indulgentias concedere.

S Equitur nunc, vt explicemus, quid requiratur ad. Shoc, vt indulgentia rata sit, tum ex parte conceden-tis, tum ex parte sescipientis. Et quidem ex parte con-cedentis duo requiri videntur, auctoritas legitima, & causa iusta, ex parte sescipientis alia duo, status gratiæ, & executio operis iniuncti. De quibus ordine dicen-dum erit. P R A E C I P U O igitur auctoritatem requiri ex-tra controversiam est: nam absoluere, vel ligare non potest, nisi is, qui iurisdictionem habet, indulgentias autem dare, absoluere est, vt supra demonstrauimus, ex cap. Quod autem, de pœnitent & remiss. P R A E-T E R I A, distribuere bona communia non potest, nisi magistratus, vel Princeps, cui bonorum communiu administratio & dispensatio credita est: indulgentiæ ve-rò præter absolutionem, continent etiam applicatio-nem thesauri spiritualis, vt ostendimus loco notato, P O R R O, hæc auctoritas potissimum residet in summō Pontifice, ac propterea potest ipse indulgentias etiam plenarias omnibus fidelibus elargiri. de qua re nulla dissensio est. Nam constat, Apostolo petro, cui summus Pontifex succedit, propriè dictum esse à Domino. Math. 16. Quodcumque solueris, &c. Deinde, constat ex iure Cano-

nico, cap. Cum ex eo, de pœnitent. & remiss. in summo Pontifice, ad indulgentias concedendas, esse plenitudinem potestatis. Denique, constat re ipsa frequentissimè summos Pontifices indulgentias plenarias concessisse.

De Episcopis, ac Metropolitanis, res est etiam extra controuersia, posse illos in sua diecessi; istos, in sua provincia indulgentias tribuere: sic tamen ut indulgentiam vnius anni, in die dedicationis Ecclesie, vel quadraginta dierum, aliis temporibus, deiniuntis pœnitentiis non excedant. Ita enim habemus cap. Cum ex eo, & cap. Nostro, de pœnit. & remiss. & cap. indulgentiaz, eodem in 6. Nec minus certum est, non requiri potestatem ordinis, sed solam potestatem iurisdictionis, ad indulgentias concedendas. Proinde, poterit Pontifex Maximus, vel Episcopus indulgentias concedere, etiam si non dum sit facis ordinibus insignitus, ut docet S. Thomas in 4. dist. 20. qu. 1. ar. 4. q. 2. Neque amittitur haec potestas per peccatum letale, ut idem S. Thomas docet in eodem art. 4. q. 4.

De legatis Apostolicis, posse eos concedere ex commissione speciali, vel generali summi Pontificis indulgentias in omni loco, ad quem sua legatio se extendit, nemo dubitat. Summum pœnitentiarium posse concedere centum dies indulgentias, testatur Petrus Paludanus in 4. dist. 20. qu. 4. ar. 2. quod idem de aliis Cardinibus testatur Nauarrus, in tract. de Iubileo, notab. 31. n. 17. quamuis id magis consuetudine, quam lege nitatur. Atque haec quidem videntur esse certa, & rata. Nunc de ijs, quæ dubia sunt, breuiter differemus. PRIMVM igitur de Concilio generali quæri potest, an possit plenarias indulgentias dare, id enim affirmat Felinus in sarm. de indulgent. num. 28. Dominicus à Soto in 4. dist. 21. qu. 1. ar. 4. Nauarrus de Iubileo, notab. 31. nu. 2. & Cordubensis q. 12. de indulg. propofl. 8. Quamvis autem neminem legerim, qui expressè doccat, Concilium generale non posse id facere, tamen videntur hoc sentire omnes alij auctores, qui scribunt, ad solum Pontificem summum spectare potestatem concedendi plenarias indul-

gentias, & de Concilio generali nihil dicunt. & sane verissima mihi esse videtur posterior hæc sententia: nam nullum huius rei exemplum habemus, nisi Concilij Basileensis, sess. 14. quod Concilium eo tempore schismaticum erat, neque eius decreta, & multò minus exempla, certam fidem faciunt. Concilium autē Constantiense, sess. 17. prope finem, indulgentias concedit non plenarias, sed solum centum, vel quadraginta dierum, quod recte poterat facere, cum in eo Concilio essent multi non solum Episcopi, & Archiepiscopi, sed etiam Cardinales. Præterea, primus qui docuit à Consilio generali concedi posse plenarias indulgentias, & quem Felinus alijque secuti sunt, Panormitanus fuit, in serm. habitu in synodo Basileensi, ut Felinus refert. Quid autem mirum, si Panormitanus hoc docuit in eo loco, ubi Concilium supra Papam esse clamabant omnes? Postremo, Concilium generale, secluso Papa, non habet Papalem auctoritatem, nec formaliter, nec eminenter, nec villo alio modo, ut rectissime Caietanus docet & probat, tract. 1. de auctoritate Papa & Concilij, cap. 11. & 12. & tract. 2. cap. 6. & nos etiam docuimus, & probauimus in lib. 2. de Consilijs, cap. 16. Non igitur potest Concilium, secluso Papa, ea facere, quæ propria ad summum Pontificem pertinent, sed ea solum, ad quæ se extendit Episcopalis auctoritas. Constat autem non posse Episcopos, etiam multis simul coniunctos, indulgentiam dare, nisi vnius anni, vel quadraginta dierum, ut expressè habetur cap. Cum ex eo, de pœnitent. & remiss. & cap. indulgentiaz, eodem in 6.

Altera dubitatio est de iure, quo Episcopi possunt indulgentias clargiri: Aliqui enim existimant, Episcopos iure divino id posse: Alij negant. Sed haec quæstio ex alia pendet, utrum iurisdictionem Episcopi accipiant à Deo immediatè, an vero per summum Pontificem? quam questionem nos explicuimus in lib. 4. de summo Pontifice, cap. 23. & duobus sequentibus: neque est cur hoc loco eadem repetamus. Igitur, iuxta ea quæ loco notato diximus, existimamus Episcopos à summo Pontifice iurisdictionem omnem, ac per hoc potestatem

indulgentias conferendi accipere. cuius rei argumentum est etiam, quod videamus, à summo Pontifice restrictam & limitatam Episcopis hanc potestatem fuisse: neque dubium est, quin ab eodem penitus tolli, vel etiā augeri & extendi possit. Quod si à Deo immediatè illa haberent, posset quidem summus Pontifex interdicere illis usum eius potestatis, tamen si obstinatè ea vt vellent, non posset summus Pontifex impedire, quod minus ratum esset, quod illi fecissent: quemadmodum cùm Pontifex aliqui Episcopo interdicit, ne vtratur facultate, quā habet à Deo, conferendi sacramentum confirmationis, vel ordinis: peccat quidem Episcopus non obtemperans Pontifici Maximo, tamen collatio illa sacramenti, confirmationis, vel ordinis rata est: neque videtur posse reddi vlla ratio cur possit summus Pontifex efficere, vt indulgentia ab Episcopo concessa non sit rata, & non possit idem efficere de collatione sacramenti confirmationis, vel ordinis, nisi quia priorem potestatem habent Episcopi à Pontifice, posteriorem à Deo.

Tertia quæstio est de Abbatibus, parochis, aliisque sacerdotibus, an possint indulgentias tribuere. Nam Abbes iurisdictionem habent in suis monachos, nō secus ac Episcopi in populum. Solēt etiam tum Abbes, tum alij ordinum religiosorum præpositi communicare cum aliis merita, & satisfactiones suorū ordinum: quod nihil esse videtur aliud, nisi indulgentias quasdā tribuere. Denique Angelus in summa, verbo, indulgentia, nū. 5. & Bartholom. Fumus in summa, verbo, indulgentia, nū. 2. docent, omnes parochos, aliquaque sacerdotes, qui ius habet confessiones audiendi, posse in ipso sacramento cōfessionis indulgentias cōcedere, remittendo id, quod superest expiandum, quando minor pœnitentia iniungitur, quā vt sufficiat ad totam pœnam peccatis debitatam, exhauiendam. & adducunt pro hac lentientia Innocentium in comment. cap. cum ex eo, de pœnit. & remiss. Pauoritatum iī cap. Sicut dignum. de homic. volunt. & alios Iuris anonici interpretes. At sententia communis contrarium docet, nullos omnino sacerdotes, Episcopis inferiores, posse iure communis tribuere

indulgentias, sed solum ex commissione Pontificis Maximi, vel Episcoporum: nam extat expressus textus iuris, cap. Accedentibus, de excessi prælatorum, vbi habetur non licere Abbatis, neque aliis quibuscumque inferioris ordinis, quām episcopalibus, indulgentias concedere.

Præterea, S. Thomas in 4. d. 20. qu. 1. ar. 4. qu. 1. pulchre docet, nullos esse absolute prælatos, nisi Episcopos. ipsi enim sunt rectores integri populi, & quasi reges in parvo regno, atque ita præfunt hominibus omnium ordinum, et atrum, lexum, conditionum: Abbes autem sunt quasi patres vnius familie, ac dominus, & præfunt solis monachis. Parochi quoque non præfunt, nisi vni paroeciae, quasi vni familiae. potestas autem dispensandi thesaurum Ecclesie, non conuenit, nisi veris prælati, qui sunt principes populi. Dei.

Quare, cùm tam Abbes ipsi, quām Parochi, aliquique omnes, sive clerici, sive laici, sive regulares, sive seculares, aliquo modo subiiciantur Episcopo, participes fieri possunt indulgentias ab Episcopo in commune propositæ, vt docet Paludanus in 4. d. 20. qu. 4. art. 3. conclu. 1. sicut etiam tenentur, licet alias regulares vt plurimū sint exempti, dies festos ab Episcopo toti ciuitati inditos obseruare. Verum tamen est, quod si opus iniunctum ab Episcopo pro indulgentia consequenda, non possit impleti à regularibus absque præpositi facultate, tenentur eam facultatem à præposito petere, si velint indulgentiae participes fieri: nō enim debet regularis observantia, propter adsequendas indulgentias violari, vel relaxari, vt monet S. Thomas in 4. d. 20. qu. 1. ar. 5. qu. 2. Neque his repugnat communicatio illa meritorum, vel satisfactionum, quas præpositi ordinum religiosorum bene merentibus de ipso ordine concedere solent. Illa enim communicatio non est indulgentia, vt perspicuum est: tum quia nō absolvit à pœnitentia iniuncta a sacerdote in sacramento pœnitentiae, tum quia non communicat merita, vel satisfactiones iam præteritas, cùm illæ (si superflue fuerint) in thesauro receditæ sint, sed solum futuras post illam communicationem: tum quia

ista cōmunicatio magna ex parte prodest per modum imprestationis , quod non conuenit indulgentijs. orant enim religiosi assidue pro sua congregatione , pro amicis & benefactoribus, & pro alijs, vel personis, vel necessitatibus ad intentionem prepositorum. Neque Innocentius, aut panormitanus, ab Angelo & Bartholomeo allegati , loquuntur de indulgentiis, sed solum dicunt, posse parochum, & alios confessarios iniungere poenitentiam minorem, quam Canones praescribant, si eis videatur ita esse faciendum iustis de causis: sed hoc non est dare indulgentiam, quia quod minus illi iniungunt, expiandum erit, vel in hac vita per opera poenitentiae spōte assumpta, vel in purgatorio. Vide Siluestrum, verbo, indulgentia, n. 12. Cordubensem de indulgent. qu. 12. & Nauarrum de Iubile, notab. 31. nu. 9.

CAP VT DVODECIMVM.

An requiratur causa iusta, ut indulgentia sit rata.

Dlsruimus de auctoritate, nunc de causa differendum est, nam haec duo requiri diximus, ut indulgentia rite concedatur. Ac ut sciungamus certa ab incertis, Conuenit PRIMO inter omnes scriptores, sine iusta causa ratam esse indulgentiae concessionem, quo ad ea, quæ pendent ex solo iure Ecclesiastico, qualia sunt priuilegia eligendi confessarium, qui possit etiam à referatis peccatis absoluere , & alia id genus. docet Nauarrus de Iubile, notab. 15. nu. 11. & 12. & Dominicus à Soto in 4. dist. 21. qu. 2. art. 3. conclu. 2. & ratio est, quoniam cum summus Pontifex dispensat in iure Ecclesiastico, dispensatio est rata, etiam si non adiut causa iusta: satis enim est, si constet cum voluisse dispensare, cum id totum ab eius arbitrio, & voluntate dependent.

S E C U N D O, conuenit inter omnes, sine iusta causa indulgentiam non esse ratam, quod attinet ad expiandum reatum poenæ coram Deo, vel in hac vita, vel in alia.

alia. docet S. Thomas. S. Bonaventura, Durandus, Gabriel, & alij in 4. d. 20. & recentiores omnes. Ratio vero est quoniam hęc poena expianda est iure diuino, non potest autem summus Pontifex sine iusta causa dispensare in ijs, quæ aliquo modo pertinent ad ius diuinum, quoniam minister Dei est, non dominus. Id quod etiam videmus accidere in dispensatione iuramenti, & voti: relaxat enim obligationem nomine Dei, quando causam habet eiusmodi, ut credibile sit id placitum Domino. Quod si pro arbitrio, sine villa iusta causa dispensaret, Deus non habet ratam dispensationem. Præterea, summus Pontifex non solum non est supra ius diuinum, ut possit illud pro arbitrio tollere: sed neque est Dominus, sed dispensator thesauri spiritualis: dispensator autem fidelis, & prudens esse debet; alioqui non dispensator sed dissipator dicendus erit. Quare Clemens V. I. in extauaganti. Vnigenitus. cum scribit, summum Pontificem posse thesaurum spiritualem dispensare, addit, *iustitia ex causis.* & post finem Consilij Constantiensis in constitutione Martini V. interrogari iubentur suspecti de fide, an credant, summum Pontificem indulgentiam iustis de causis posse cōcedere. & semper in litteris indulgentiarum exprimitur causa, cur indulgentiae concedantur. Denique, cur dicuntur in concilio Lateranensi generali sub Innocentio III. indulgentiae quædam non solum indiscretæ, sed etiam superflue, nisi quia oiciose, inanæ, & irritæ sunt? de quibus recte dici potest illud S. Cypriani, in serm. de lapis, *Irrita pax perniciosa dantibus, et nihil accipientibus profutura.*

TERTIO, conuenit inter omnes, ad iustum catissimum non requiri, ut opus iniunctum sit in se ita satisfactorium, ut planè compenset debitum poenæ, quod remittitur per indulgentiam: tunc enim indulgentia non effet remissio, sed commutatio, vel redemptio. Quæstio igitur in eo solum versatur, an ad iustam causam requiratur proportio aliqua operis iniuncti cum indulgentia, ita ut pro maiori indulgentia maior causa requiratur, an vero possit pro opere minimo dati indulgentia maxima? De quare duas sunt opiniones: **P R I O R** est co-

rum, qui docent non requiri proportionem villam, sed satis esse, si causa sit pia, id est, modò non concedatur indulgentia pro opere malo, vel pro opere merè temporali, aut pro opere vano, & nihil ad diuinam gloriam pertinente, sed pro quoconque opere, quod ad honorem Dei, vel Ecclesie utilitatem cedat; indulgentia rata erit. ita docuit S. Thomas in 4. d. 20. qu. 1. art. 3. qu. 2. Durandus, & Paludanus in eadem dist. 20. q. 4. S. Antoninus 1. p. tit. 10. cap. 3. § 1. Ioannes de Turcremata in comment. dist. 1. de pœnit. can. *Quis aliquando ff.* Item in Leuitico. q. 4. Glossa in extrauagantem Bonifacij V I I I. Antiquorum, de pœnit. & remiss. Silvester in summa, verbo, indulgentia. num. 19. Ioannes Tabiesis verbo, indulgentia. nu 10. & noster Gregorius de Valentia in tract. de indulg. cap. 7. Rationes huius sententiæ ducuntur fere omnes ab vsu Ecclesie: nam videmus pro eadē causa dari indulgentias aliquando maiores, aliquando minores. Item videmus interdum pro causa leuissima dari indulgentias maximas, vt cum datur indulgentia plenaria omnibus, qui ante fores Basilice S. Petri adstant, dum summus Pontifex in die Paschæ populo solemniter benedicit. Ad hæc, si indulgentia sine causa satis magna concessæ, non essent ratae, Christianus populus à pastoribus suis grauerter deciperetur, quod nō videtur vlo medo adserendum. Præterea communne pronunciatum Theologorum est, indulgentias tantum valere, quantum sonant: igitur, si pro leuissima causa indulgentia maximè in litteris Pontificijs dari significetur, indulgentia illa rata esse debebit. Denique, indulgentiæ non nituntur ista causa operis iniuncti, quamvis hæc etiam adesse debeat sub thesauro infinito meritorum Christi, & sanctorum, quæ est causa sufficiens, imò superans & transcendens omnem indulgentiæ condonatiōnem.

Posterior sententia est aliorum, qui contendunt, ad iustum causam requiri aliquid, nō solum pium & utile, sed etiam quod proportionem habeat cum indulgentia, ita vt non sit ratum, si detur pro causa leuissima indulgentia maxima: ita docet ex veteribus Scho-

lasticis S. Bonaventura in 4. d. 20. parte 2. q. vlt. Richardus in eadē dist. 20. q. vlt. Augustinus de Anconai in summa de potestate Ecclesiæ; qu. 10. ar. 4. & s. Joan. Gerson in tract. de absolutione sacramentali, Gabriel in supplem. 4. dist. 45. q. 3. ar. 1. & in Canonem Missæ, Lect. 57. Ex auctoribus nostri seculi idem docuit Hadrianus Papa in 4. in tract. de indulg. Card. Caietanus in tract. de causa indulgentiæ & in alio tract. ad Iulium Medicem; cap. 8. Ioā. Maior in 4. dist. 20 q. 2. Martinus Ledesmius p. 2. 4. sent. q. 17. ar 2 Dominicus à Soto, in 4. d. 21. q. 2. art. 2. Petrus à Soto Lect. 2. de indulg. Nauarrus de Iubile, notab 15. num. 3. & 4. Cordubensis q. 20. de indulg. His addi possunt Innocetius in cap. Quod autem de pœnit. & remiss. & Felinus in serm. de indulgentiis. Huius posterioris sententiæ rationes hæ sunt. Prima, quoniam videntur abuti vocabulis, qui dicūt, requiri iustam causam ad cōcessiōnem indulgentiarum, & tamen volunt pro opere quoquæ etiam leuitissimo concedi posse indulgentiam maximam. Quomodo enim iusta causa dici potest, que nullam habet proportionem cum effetu? Secunda quoniam nō solum infidelis dispensator dicitur, qui nulli de causa donat bona domini sui, sed etiā qui pro re minima profundit, ac prodigit thesauros preciosos eiusdem dominisui. Tertia, quoniam si pro quoconque pia causa concessæ indulgentia ratae essent, nullæ dici possent superfluxæ, vel indiscretæ: cum semper sit in promtu aliqua pia causa, que allegari possit. Quarta, quoniam non est dissimilis indulgentiæ largitio dispensationi votorum: in votis autem conuenient omnes, non posse dispensari nisi pro maxima causa, quæ magis placat Dño, quam ipsa impletio voti. Quinta, quoniam si esset vera ea sententia, posset summus Pontifex in momento liberare omnes animas purgatorij: quia posset dici, non deesse causam piam, cum ad gloriam Dei pertineat, vt tot animæ citissimè olent ad celum, vbi perpetuò Deum laudabunt. Possunt fortasse conciliari hæ sententiæ aliquo modo: sed absolute posterior vt est communior, ita etiam verior mihi esse videtur. Scđ vt magis res explicetur, obseruandum est

P R I M U M, ad causam iustam ut plurimum duo requiri: primò, finem aliquem pium, ac Deo gratum, cuius asequutio magis placet Deo, quam penitentialis satisfactio, quæ per indulgentiam relaxatur: is enim fidelis & prudens est dispensator cœlestis thesauri, qui fideliter egit causam domini sui, & iuxta eius voluntatem operatur. Secundò, opus aliquod, per quod reuera finis ille probabiliter obtineri possit: nam si finis quidem valde placeat Deo, sed per opus iniunctum nullo modo valeat obtineri, non videtur iusta causa dandæ indulgentie. Ut exempli gratia, si detur indulgentia plenaria ijs, qui semel recitant orationem Dominicam pro conuersione hæreticorum, causa non videbitur iusta; quoniam tametsi conuersio hæreticorum res est maxima, & Deo gravior, quam penitentialis satisfactio multorum fidelium: tamen non est probabile, convertendos hereticos per eam solam breuissimamque orationem. Quo modo etiam si detur indulgentia ijs, qui numquam vnum exponent pro recuperanda Hierosolyma, non videbitur iusta causa tanta indulgentie, quia opus illud non est eiusmodi, ut per ipsum Hierosolyma recuperari possit. Observandum est S E C V N D O, non requiri ad proportionem causæ cum indulgentia, ut opus iniunctum sit in se valde meritorium, vel satisfactorium, vel difficile, & laboriosum: quamvis haec etiam spectari debant; sed requiri, ut sit medium aptū, atque utile ad cōsequendum finem, cuius gratia conceditur indulgentia. Itaque fieri potest, ut per opus in se satis leue & facile magna indulgentia acquiri possit; quoniam opus illud leue, ac facile, est medium ad finem Deo gratissimum adsequendum. Talis est exempli gratia, adstantia illa præ foribus Basilice S. Petri Romæ, dum summus Pontifex solemni ceremonia populo benedit: illam enim adstantiam prior opinio tem leuissimam & causam minimam appellabat: talis enim est, si per se absolute consideretur. At eandem adstantiam posterior opinio magnam causam & iustum esse dicere, quoniam frequenter illa populi, eo tempore, medium est aptum, & vnde ad protestationem fidei de ea

pote Ecclesiæ, atque ad honorem sedis Apostolice, qui est finis illius indulgentie. Observandum est T E R T I O, nō eodem modo iudicandum esse de causa indulgentie, cum datur vni alicui particulari, & cum datur in communione multis: nam cum datur vni particulari, oportet ut opus iniunctum illi soli, sit proportionatum fini, cuius gratia datur indulgentia, at cum datur in communione multis, non est necesse, ut opus singulorum, sed tantum ut opus omnium simil sit proportionatum fini: atque hinc accidere potest, ut indulgentia maxima sit iustissima, etiamsi opus iniunctum singulis videatur leue. Exempli causa, si necesse sit adificari Basilicam, vel xenodochium, & detur indulgentia, septem, vel decē annorum, vel etiam plenaria conferentibus certam auri sumمام: si recipiatur opus singulorum, nō videbitur causa iusta, sed tamen si tota summa ab omnibus collata consideretur, iam erit iusta causa, quia poterit ijs sumptibus adificari Basilica vel xenodochium, quæ adificatio erit gratior Deo, & utilior Ecclesiæ, quam penitentialis satisfactio, quæ per indulgentiam relaxatur. Observandum est Q U A R T O, supradictum obsecplerunque in causa iusta duo cōtingi: finem & immediam ad finem: quoniam aliquando solus finis sat est: videtur, sine vllis mediis, id est, sine aliquo opere iniuncto: quando videlicet finis non pendet ab aliquo opere, per se sufficit ad indulgentiam iustam efficiendam. Sic olim ad petitionem martyrum (quæ super ex Tertuliano, & Cypriano probauimus) dabatur una indulgentia, sive aliquo opere iniuncto, quia iudicabat Ecclesia satis magnam causam esse, petitionem martyrum, ut videlicet homines ad martyrum accenderentur, cum videnter tantum fieri martyrum preces. Vocantur autem in his locis martyres, qui in carcerebus inclusi, & iam aliquid passi fuerant ob confessionem fidelis & consummationem martyrij expectabant. Quomodo etiam in articulo mortis, hominibus bene meritis de Ecclesia, dantur aliquando indulgentie, neque opus nullum iniungitur, quia videtur causa esse satis iusta, ipsa necessitas extrema, cōiuncta cum præcedentibus meriti

tis, ita legitur Gregorius V I I . indulgentias sine vlo
iniuncto opere dedisse. lib. 1. Epist. 34.lib.2. Epist. 61. &
lib.6.Epist.15. Itaque sine opere iniuncto concedi potest:
aliquando indulgentia, sine causa verò, eaque iusta, &
rationabili, nunquam potest. Obseruandum est V L T I -
mo, iustum quidem semper causam requiri, sed nō es-
se subditorum iudicare: utrumcausa sit iusta, vel in-
iusta: debent enim simpliciter existimare, iustum esse.
Nihilominus tamen sicut probandum nō est, quod ali-
qui pio zelo, sed nimio fortasse, de indulgentijs quibus-
dam leuibus de causis cōcessis obloquuntur, quod faciunt
Ioan. Gerlon in tract. de absolutione sacramen-
tali, Dominicus à Soto in 4. d. 21. qu.2.art. 2. cōclu. 5. &
Andreas Vega in Concilium Tridentinum, lib. 13. cap.
vlt. si claudandus merito est Clemens VI I I . Pontifex
Maximus, qui nū sedet; quod decretum Concilij Late-
ranensis sub Innocentio III. de moderandis indiscretis
indulgencijs, & decretum Concilij Tridentini, sess. 25.
de reuocandis indulgentijs, ad veterem, & probatam
Ecclesiæ consuetudinem executioni mandare studet.
Veteres enim parcissimos fuisse in indulgentijs confe-
rendis, notissimum est. Siquidem Sergius II. (vt citau-
mus cap. 3.) trium tantum annorum indulgentiam de-
dit, & Paschalis II. quadraginta solum dierum. Testa-
tur quoque Innocentius III. cap. Cūm ex eo, de penit.
& remissi Apostolicam sedem solitam esse ordinariō
nō extendere indulgentias vltra condonationem pen-
itentiarū vnius anni, vel quadraginta dictum. & iuxta
hoc Innocentij dictum Nicolaus IV. in indulgentijs va-
riis, quas concessit Ecclesiæ S. Praxedis, quæ leguntur
in introitu capelle S. Zenonis, nunquam excedit annū
vnum, vel dies quadraginta. Denique, S. Thomas in 4.
d. 20. q. 1. ar. 3. qu. 2. ad 4. scibit, venientibus ad limina
Apostolorum ex regionibus ultramatinis dari indul-
gentiam quinque annorum: ex regionibus vlttamati-
nis, trium annorum: ex alijs locis vicinioribus, vnius
anni duntaxat.

Ex his ad argumenta pro priore opinione facile re-
spondere potest. Ad illud, quod propter eundem causam den-

tur indulgentia, modò maiores, modò minores, responderi po-
test, id posse accidere duplice de causa: aliquando enim
datur indulgentia minor, quam pro magnitudine causa
dari posset, & hoc modo datur, pro eadem causa, mo-
dò maior, modò minor indulgentia, & numquam su-
perat indulgentiae magnitudo magnitudinem causæ. Po-
test etiam fieri, vt idem opus bonum sit vno tempore
magis proportionatum fini, cuius gratia darur indul-
gentia, & magis vtile, vel necessarium, quam alio tempo-
re, vvigente magna necessitate, eadē eleemosyna plus
confert ad subsidium pauperum, quam si ea caritas an-
nonæ non vigeret: & imminentे grauissimo periculo
eadem oratio cum codem ieiunio, & eleemosyna ina-
gis necessaria erit ad placandum Deum, quam si illud
Periculum non imminaret. Ex quo sequitur, vt idem sit
opus bonum secundum se, sed ex accidente diuersum,
& causa reuera non sit eadem, & ideo non sit mirum, si
datur varia indulgentia pro illo opere, quod vno
tempore maiorem causam, alio tempore minorem of-
fert.

Ad aliud, quod pro causa leuissima dentur indulgentie ma-
xime, iam suprà responsum est, id fieri, quoniam causa,
qua est in se leuissima, si attendatur labor, aut sumptus,
aut aliquid eiusmodi, sèpè maxima est, si consideretur
proportio ad finem, ad quem obtainendam indulgentia
Proponuntur.

Ad tertium illud, de populi deceptione, respondemus vt
plurimum nullū esse deceptionis periculum, quoniam
non existimamus indulgentias, à fide Apostolica, sine
iusta causa dari, tamen sicut potest fieri, vt aliquando
indulgentia non sortiatur effectum ob defectum eius,
qui illam suscipit, vel ob defectum auctoritatis in eo,
qui illam concedit: ita non debet videri absurdum, si ali-
quando idem accidat ob defectum causæ: & Christia-
nus populus non ignorat ad fidem pertinere, quod sit in
Ecclesia potestas indulgentias concedendi, non autem
quod in particulari non possit fieri, vt indulgentiavel
nō sit rata, vel non profit. & ideo sic accipiunt pruden-
tes Christiani Pontificias indulgentias, vt simili etiam

studeant dignos p̄enitentia fructus ferre, ac pro suis peccatis Domino satisfacere.

Ad quartum de illo communi pronunciato, *Indulgencie tantum valent quantum sonant respondemus, pronuntiatum illud verissimum else, sed intelligi de indulgentia, cui non desunt necessariae conditiones, auctoritas in cōcedente, caritas in suscipiente, & iustitia ac pietas in causa.* Fuit autem celebris apud veteres Scholasticos quæstio illa, an indulgentia tantum valeat, quantum sonet, vel quantum ab Ecclesia prædicantur? propter non nullos errores, qui tunc vigebant. cum alijs dicerent, indulgentias non valere nisi pro mensura devotionis: alijs tantum valere, quantum opus iniunctum esse ad satisfacendum prodeat: alijs tantum valere coram Ecclesia, nō coram Deo. Qui errores à S. Thoma alijsque veteribus confutati, extinti iam sunt.

Ad postremum, de thesauro meritorum Christi & sanctorum, qui dicuntur esse vera causa indulgentiarum, respondemus, thesaurum meritorum Christi, & sanctorum, else veram causam cur indulgentia concedi possint: sed præter istam causam requirialiam, quæ moueat ad dispensandum thesaurū hoc tempore potius, quam alio, & nunc magis, nūc minus liberaliter, non enim debent Pontifices relaxare p̄enitentialem satisfactionem, neque recurrere ad thesaurum, nisi quando iudicant id else necessarium, vel utile ad gloriā Dei, & animarū salutem.

CAPVT XIII.

De dispositione suscipientis indulgentias.

IN eo qui cupit reuera fructum, ex indulgentijs capere, Duo requiri diximus, vt sit in statu gratiæ, & vt perficiat id, quod pro indulgentia fuerit iniunctum. Et quidem exigunt statum gratiæ docent communiter Theologi in 4. dist. 20 & ratio est apertissima, quoniam indulgentia, cum remittat reatum poenit temporali relictum post remissionem culpæ, sine dubio requirit, vt culpa sit iam remissa, ac per hoc translatus sit ha-

mo, per infusionem gratiæ & caritatis, de statu peccati in statum filiorum Dei. Præterea, nulla ratio patitur, vt pena remittatur ei, qui adhuc hæret in culpa, vel debitum illi condonetur nomine Dei, qui adhuc est auersus à Deo, & hostis, ac inimicus. Denique nomen ipsum indulgentiæ, vt initio diximus, sonat paternam facilitatem in filios, quæ non debet esse communis cum seruis, maximè fugitiuis, quales sunt omnes, qui Deo deserto, Diabolum sequuntur. Pari ratione exigi, vt opus iniunctum perficiatur, conuenit inter omnes. vt patet ex S. Thoma in 4. dist. 20. qu. 1. ar. 5. qu. 3. & ex alijs, Sed his positiis tanquam certis & exploratis, multæ supersunt, quæstiones. PRIMA est, an requiratur statutum gratiæ, solum eo tempore, quo percipitur indulgentia, an etiam cum perficiuntur opera iniuncta vel, etiam cum primum indulgentia pronunciantur, aut earum litteræ recipiuntur: nam Caetanus, tract. 10 q. 2. & tract. 15. cap. 9. Petrus de Soto, lect. 3, de indulg., & alijs, contendunt non requiri statutum gratiæ, cum indulgentiæ publicantur, vel litteræ indulgentiarum recipiuntur, nisi forte id est tempus publicationis & perceptionis, vt cum in facello Pontificio dantur indulgentiæ omnibus, qui diuinis officijs in eo loco interfuerunt: tamen requiri statutum gratiæ, non solum cum indulgentia percipitur, sed etiam cum perficiuntur opus iniunctum. Ratio huius sententiae est, tumquæ in ipsis litteris Pontificijs, vt plurimum exprimitur, indulgentias cōcedi ijs, qui verè p̄enitentes Ecclesiam visitauerint, aut tale, vel tale opus fecerint: tū etiam, quia indulgentia non adquiritur, nisi per opera viua, verè meritoria & satisfactoria, qualia non sunt, nisi ea, quæ fiunt in statu gratiæ.

Alij tamen grauissimi auctores, vt Petrus Paludanus in 4. d. 2. qu. 4. ar. 3. concl. 1. S. Antoninus. i. p. tit. 10. cap. 3. §. 5. in fine, & Antonius Cordubensis qu. 24. de indulg. & alijs contrasentient, non requiri statutum gratiæ, nisi cum ipsa indulgentia percipienda est. Ratio posterioris huius sententiae est, quia indulgentia non nititur nostrâ satisfactione, sed Christi, & ideo nō videretur necessarium, vt opus iniunctum sit opus viuum, & satisfactorium.

Deinde quia Bonifacius V I I . i a extrauganti, Antiquorum, dicit, se concedere indulgentiam ijs, qui visitabunt Ecclesias, pœnitentes & confessi, vel qui pœnitentebunt, & confitebuntur. Ex his sententijs prior sine dubio tuior est, vt S. Antoninus etiam notauit: est etiam certa, quando opus iniunctum in litteris Pontificis expresse iubetur perfici in statu gratia, vt cum in extrauganti, V nigenitus, de pœnit. & remiss. item in constitutionibus de inductione Iubilei, Clementis V I I . Iulij I I I . & Gregorij X I I I . expreſſe habetur, vt qui indulgentiam consequi volunt, verè pœnitentes, & confessi, visitent Ecclesias, orent, &c. Denique, verior mihi esse videretur (etiam si in litteris Pontificijs id non exprimitur) quando opus iniunctum tale est, vt non conferat ad finem, nisi fiat in statu gratia, vt si finis indulgentia sit, placare Deum Christiano populo, & ideo iniungantur preces, ieunia, elemosynæ, visitationes Ecclesiarū, & similia: cum Deus non placetur per opera mortua, necessarium esse videtur, vt opera illa fiant in statu gratia, alioqui nihil conferant ad finem, & proinde non est intentio concedentis, vt indulgentiam lucentur, qui in statu peccati illa opera faciunt. At posterior opinio vera esse videretur, quando opus iniunctum vtile est ad finem, pro quo datur indulgentia, etiam si non fiat in statu gratia. Ut exempli gratia, si finis indulgentia sit ædificatione Besilicæ, vel subuentio pauperum, aut recuperatio Hierosolymæ, & propter ista dentur indulgentiae contribuentibus pecunias vel arima, quia non minus ad finem cōducunt pecuniæ illæ velarma, si deatur ab homine peccatore, quam à iusto, probabile est, prodesse illa opera, etiam si facta sint in statu peccati, modo is qui ea fecit, sit in statu gratia, quando re ipsa percipit indulgentiam.

Altera quæſtio est, vtrum non solum requiratur status gratia ad indulgentiam obtinendam, sed etiam carentia omnis culpæ venialis? Sed facilis responsio est, si distinctione utramur: nam vel quæſtio est de tempore, quo perficiuntur opera iniuncta: vel de tempore, quo percipitur fructus indulgentiæ. Si de priore tempore

re quæſtio sit, rursus alia distinctione opus est, nam, vel peccatum veniale vitiat opus bonū iniunctum, vt si quis oret, vel ieunet ex vana gloria: vel non vitiat, sed per accidens ei coniungitur, vt si quis, dum elemosynam facit vel Ecclesiam visitat, loquatur verbum aliquod ociosum. Quod si bonum opus non vitietur, certum est non impedit fructum indulgentiæ. Si vero bonum opus vitietur, ita vt ipsum efficiatur veniale peccatum, tum sine dubio impedit fructus indulgentiæ, si opus illud erat faciendum ad placandum Deum, vel satisfaciendum pro peccato: non enim per peccatum veniale placatur Deus, neque satisfit Deo. Et hæc est sententia Hadriani in 4. tract. de indulgen. concl. 4. & Petri de Soto Lect. 3. de indulg. quod si opus faciendum non erat ad placandum Deum, neque ad satisfaciendum, sed solùm ad subuentiōne pauperum, vel alium finem, qui potest obtineri, etiam si opus non fiat in statu gratia, tum non impedit fructus indulgentiæ, quamvis opus peccato veniali fuerit vitiatum.

At si de posteriore tempore quæſtio sit, respondēdem erit, non impedit fructum indulgentiæ, si quis eo tempore habeat vel committat veniale peccatum, nisi quod ad remissionem pœnae debitæ propter illam culpam veniale: non enim dimittitur pœna, nisi prius dimissa fuerit culpa. Nulla autem ratio est, cur non possit percipi fructus indulgentiæ, quoad remissionem pœnae debitæ propter alias culpas sive letales, sive veniales: iam remissas, etiam si culpa aliqua venialis adhuc hæreat in anima: nam peccatum veniale non impedit statum gratia, qui requiritur ad hoc, vt hominē sit capax indulgentiæ.

Tertio quæſtio est de confessione, quæ vt plurimum requiratur vt pars operis iniuncti, an exigatur semper in re, an vero sufficiat in proposito? Responsio facilis est: nam quando in forma indulgentiæ diserte ponitur, vt qui eam lucrari cupiunt, confiteantur peccata sua intra tot dies; tunc sine dubio exigitur confessio in re, quoniam ponitur in forma indulgentiæ, vt cōfessio quedam, sive vt pars operis iniuncti, & non solùm

ad hoc, ut homo transferatur de statu peccati ad statu gratiae. Quando autem in forma indulgentiae non inungit expressè opus confessionis, sed simpliciter dicitur concedi indulgentiam verè pénitentibus & confessis, tum non videatur requiri confessio, ut pars operis iniuncti, sed solum ut homo sit in statu gratiae. & ideo si quis non habeat peccata letalia, non necessariò confiteri tenebitur, & si habeat peccata letalia, probabile est, sufficere illi contritionem, cum proposito confitendi: nam per hæc adipiscetur statum gratiae. ita docent Paludanus in 4. d. 20. qu. 4. art. 2. Silvester, verbo, indulgentia, nu. 20. Panormitanus in cap. omnis virtusque, de penit. & remiss. Felinus in serm. de indulgentiis, nu. 21. & alij. Tutiū rāmen & probabiliū videtur, requiri confessionem in te, & non solum in voto, quotiescumque dicitur, indulgentiam concedi pénitentibus & confessis, ut docet S. Antoninus 1. p. tit. 10. cap. 3. Hadrianus in 4. sentent. tract. de indulg. Caietanus tract. 15. de indulg. cap. 10. Nauarrus de Jubile, notab. 18. num. 1. & Glossa in extrauagantem, *Antiquorum*. de penit. & remiss.

Quarta quæstio est, an percipiat indulgentiam, qui non perficit omnia opera iniuncta, sed aliqua tantum, ob inopiam, vel morbum, vel aliâ iustâ causâ impeditus. Responsio communis est S. Thomæ, Durandi, & aliorum in 4. d. 20. non percipi indulgentiam, nisi ab iis, qui integrè omnia opera iniuncta perficiunt: concessio enim conditionata non valet, nisi conditio impleatur. Atque in hanc quoque sententiā allegari solet dictum illud commune, indulgentiae tantum valent, quantum sonant: nam summi Pontifices, quando volunt percipi indulgentiam ab iis, qui legitimè impediti non perficiunt omnia opera iniuncta, addere solent, ut confessarii comiutent opera iniuncta in alia pia opera, vel disertis. verbis explicant, obtineri indulgentiam ab iis, qui inchoârunt opera iniuncta, & perficere non potuerunt, ut habetur in extrauaganti, Vnigenitus, & in aliis similibus, in quibus annus iubilei publicatur.

Quinta quæstio est: An requiratur alia dispositio in

suscipiente indulgentias præter statum gratiae, & adimplitionem operum iniunctorum? Nam Card. Caietanus in tract. 10. qui est de suscipiéibus indulgentias, qu. 1. docet, requiri tertiam conditionem, ut videlicet, qui vult consequi indulgentias, habeat propositum satisfaciendi Deo propriis laboribus, quod poterit, iis autem, qui nolunt pro se ipsi satisfacere, cum possint, negat prædicasse indulgentias. ex quo etiam colligit, paucos admodum reuera frui Pontificiis indulgentiis, ex tanto numero adeuntiū Ecclesias, temporibus stationum, aliarūmque similiūm indulgentiarum. Quæ sententia utilis est, & pia, sed fortasse non vera, præsertim cum sit contraria communi aliorum doctrinæ, ut ipse etiam Caietanus fatetur. nec enim legi ullum auctorem, qui Caietanum sequatur, præter Bartholomæum Fatum in summa, quæ Armilla dicitur, verbo, indulg. nu. 13. Nec video quemadmodum summi Pontifices non deciperent populos, si indulgentias cum ea conditione proponere vellent, quam nunquam explicarent. Neque argumenta Caietani talia sunt, ut soli non possint, ille enim sificationatur. Qui non vult satisfacere Deo per se, cum possit, indignus est cui applicetur aliena satisfactio. At non intendit Ecclesia conferre hoc beneficium indulgentiae in indignos, sicut non prosunt indulgentiis, qui nolunt per se satisfacere, cum possint. Propositionem argumenti probat Caietanus his rationibus. Primo, quia non decet ab amico petere, ut pro te satisfaciat, cum ipse possit per te satisfacere. Secundo, quia in Repub. bene instituta, non sunt dispensanda bona communia, pro liberandis illis ciuibus ære alieno, qui per se suum æs alienum dissoluere possunt. Tertio, quia in forma indulgentiae addi solet, verè pénitentibus indulgentias tribui: non sunt autem verè pénitentes, qui recusant facere fructus dignos pénitentiae. Quartò, quia dantur indulgentiae de iniunctis pénitentibus à sacerdote: veligitur, qui iniunctam pénitentiam accepit, id fecit animo eam perficiendi, & sic habemus quod volumus: vel animo fallendi, & indignissimus est, qui ex fallacia sua luctum reportet. Respondemus, cum qui non vult per se satisfac-

cerecum possit, non esse indignum, sed tantum non dignum, cui aliena satisfactio applicetur. Ecclesia autem non intendit conferre hoc beneficium in indignos: sed benè potest velle conferre in non dignos, quoniam indulgentia ex misericordia, & liberalitate datur, non ex iustitia & meritis. Ad primam rationem respondemus, non fieri iniuriam amico, quia non petitur eius satisfactio ex iustitia, sed ex gratia, & petitur satisfactio, quæ non est ei necessaria, sed omnino superuacanea. Ad secundam respondeo, dispensatorem bonorum communium in Reipub. benè institutam, non dissoluere sine causa æs alienum eorum ciuitatem, qui soluendo sunt per se: tamen posse dari causam, cur utile sit Reipublicæ, ex communi arario soluere debita eorum, qui per se illa soluere potuissent. Ad tertiam respondeo, verè pœnitentes dici eos, qui contritionem habent cum proposito satisfaciendi, nisi aliunde pro eis satisfiat. Ad quartam respondeo, plerunque indulgentias dari de non iniunctis, ut supra probauimus, & eos qui indulgentias querunt, velle perficere pœnitentiam iniunctam, sed nolle alium laborem sponte sumere pro reliqua pena expienda, si possint per indulgentias ab ea liberari. Adde etiam, quod hi indulgentia nō darentur nisi de iniunctis, possent homines iniunctam pœnitentiam accipere animo persicendi, nisi possint alia ratione ab eo reatu liberati.

CAPVT X I I I .

De Indulgencij, quæ accipiuntur pro defunctis.

DE indulgentiis, quibus iuuantur animæ defunctorum, sex questiones sunt. Prima, an possint. Secunda, an per modum absolutionis dati possint. Tertia, quid sit dati indulgentias defunctis per modum suffragij. Quarta, an ex iustitia, an ex misericordia liberentur anime, quibus indulgentia applicantur. Quinta, quid requiratur, ut indulgentia possint defunctis. Sexta, an

indulgencij possint in particulari certis animabus, an solum omnia in communi.

Quod ad primam questionem attinet, haeretici omnes, tum recentiores, tum antiquiores, qui purgatoriū negauerunt, consequenter etiam suffragia & indulgentias mortuis prodefesse negauerūt. Ex Catholicis, Ostiēsis in summa lib. 5. tit. de remissionibus, nu. 9. & Gabr. Lect. 57. in Canonem Misæ, docuerunt, indulgentias defunctis non prodefesse: sed Gabriel citò correxit errorē, ut perspicuum est ex additione ad eandem lectiōnem. Res autem certissima est, & apud Catholicos indubitate, indulgentiis iuuari posse animas, quæ in purgatorio pœnas luunt. Id quod primum probari potest ratione deducta ex scripturis, Conciliis, & Patribus. Constat enim animas defunctorum posse iuuari suffragiis viuentium, id est, elemosynis, precibus, ieiuniis, sacrificiis missarum, aliisque piis operibus, ut copioso ostensum est à nobis in lib. 1. de purgatorio, ferè toto. & lib. 2. cap. 15. quæ non sunt hoc loco repetenda. Et quamvis suffragia defunctis per modum imprecationis possint, ac præfertim preces, & oblatio sacrificij: tamen nulla ratio reddi potest, cur non possint etiam per modum satisfactionis, ac præcipue ieiunia, & elemosynæ. Nam hæc opera satisfactoria esse, satis à nobis probatum est in 4. lib. de pœnitent. & in libris de operibus bonis in particuliari, & defunctos, quibus hæc suffragia à vivis applicantur, satisfactione indigere, non dubium est. Constat præterea, illam esse rationem, cur suffragia viuentium prodefesse possint defunctis: quia fideles defuncti ita coniuncti sunt cum fidelibus viuentibus, eiusdem fidei, & caritatis vinculo, ut vnam Ecclesiam, & vnum corpus efficiant. Nequæ enim (inquit S. Augustinus lib. 20. de cœitate Dei, cap. 9.) Piorum anime defunctorum ab Ecclesia separantur, quæ est regnum Christi. Ex his duobus fundamētis aperte colligitur, posse etiam priuatos homines offerre Deo pro defunctis, tanquam membris eiusdem corporis, satisfactiones suas, ieiunia, elemosynas, peregrinationes, & similia opera laboriosa. Quod si priuati homines possint applicare defunctis, tanquam mem-

80 Cap. 14. De Indulgentiis. Lib. I.

bris eiusdem corporis, satisfactiones suas, cur non potest summus Pontifex applicare eisdem satisfactiones Christi, & sanctorum, quæ sunt in thesauro spirituali, cuius ipse dispensator est? Præterea, idem probatur ex usu ecclæ: constat enim, Paschalem summum Pontificem ante annos 700. concessisse indulgentiam pro defunctis, quæ habetur in Ecclesia S. Præxedis in introitu capellæ S. Zenonis, cuius indulgentia meminit etiam Gabriel loco notato, sed non recte vocat Paschasiūm V. cùm sit reuera Paschasiūs primus. Multi etiam Pontifices alij, vt ibidem refert Gabriel pro defunctis indulgentias concesserunt. Denique consentiunt Theologi, vt S. Thomas in 4.d.45. qu.2. ar.3. qu.2 S. Bonauentura in 4.d.10.p.2. qu.5. Richardus d.20. ar.3. qu.3. & alij. nec non Canonistæ, vt Innocentius in cap. Quod autem, de pœnit. & remiss. Felinus in serm. de indulg. & alij. Neque ijs repugnat quod Ioan. Maior in 4.d. 20 qu.2. dicat, multos Theologos contra sentire: nam loquitur de indulgentia per modum absolutionis iudicaz. lis, non de indulgentia absolutæ.

Altera questio difficultior est, de modo, quo indulgentiæ defunctis prodesse possunt, an videlicet summus Pontifex posset animas defunctorum, quæ sunt in purgatorio, iudicialeiter absoluere, vt facit cum hominibus viuentibus, dum indulgentias eis concedit. Nam Michaël Medina, disput. 7. cap. 34. & disput. 6. cap. 41. de indulgentijs, contendit, animas defunctorum, quæ sunt in purgatorio, pertinere ad iurisdictionem summi Pontificis, & posse ab eo indulgentias percipere per modum absolutionis. Sed contraria sentiunt ferè omnes alij scriptores. vt S. Bonauentura, Richardus, Gabriel, & Ioan. Maior locis citatis, qui postremus auctor testatur, suo tempore à schola Parisiensi fuisse damnatam sententiam contrariam: item Caietanus, tract. 15. cap. 5. Dominicus à Soto in 4.d.21. qu. 2. ar.1. concl 3. Petrus de Soto lect., de indulgentijs. Nauarrus de Iubileo, notab. 2. num. 6. Antonius Cordubensis, qu.15. de indulg. & alij & probatur hæc sententia posterior. Primo, quoniam. S. Leo in Epist. ad Rusticum Narbonensem Episcopum, & ha-

betur

Cap. 14. De Indulgentiis. Lib. I.

81

betur apud Gratianum 24. qu. 2. can. 1. sic ait: *De communiōne primatis, & vita funclis, eorum causa iudicio Dei reservanda est. & Gelasius Papa in Epist. ad Faustum, & in altera ad Episcopos Dardaniarum, vt est apud eudem Gratianum 24. q. 2. can. legatur. & can. Nec quisquam, disertis verbis docet, homines mortuos, quia sunt in diuino iudicio constituti, non posse ab Ecclesia iudicari. Secundò, quia non potest Ecclesia mortuorum animas citare, non potest earum causam cognoscere, non potest eas cogere ad obedientiam: non igitur potest absoluere, vel ligare. Tertiò, Pontifex non habet auctoritatē nisi in oves quas pascendas suscepit, iuxta illud Ioan. 21. *Pasc oves meas.* At animæ defunctorum non possunt pasci à Pontifice, cùm non possint ab eo doctrinam, vel sacramenta, vel leges & iura percipere: non igitur sunt ei subiectæ, ac proinde non possunt ab eo ligari, vel solvi. Quartò, quoniam Pontifices ordinariè cùm extendunt indulgentias ad mortuos, adducunt particulam, *per modum suffragij.* vt perspicuum est ex constitutionibus Alexandri VI. Clementis VII. Iulij III. & Gregorij XIII. de iudicio Iubilei. Refert etiam Gabriel in additione ad lectio- nem 57. super Canonem, se videlicet declarationem Sixti IV. quod indulgentiæ prosint defunctis *per modum suffragij;* quod, vt mox dicemus, opponitur ei, quod est, *per modum absolutionis.* At Obiiciunt aliqui verba Domini, Matth. 16. *Quodcumque solneris super terram, erit solutum & in celis,* & probant illud. *super terram,* non referri ad eos, qui solvuntur, sed ad eum qui soluit, vt sensus sit: *Quodcumque solneris tu super terram degens, erit solutum a me, qui sum in celis.* Præterea dicunt, defunctos qui sunt in purgatorio, adhuc esse viatores, & auxilio egentes, ac proinde videri esse subiectos Pôtificis iurisdictioni. Denique, ostendunt ex can. sanct. 24. q. 2. lxpè ab Ecclesia excommunicari defunctos, & rursus absolvit ab excommunicatione: ex quo sequi videtur, vt propriè sint Ecclesiæ iudicio subiecti. Sed facilis est responso: Nam ad prium dici posset, Gelasium (cuius magna est in Ecclesia auctoritas) exposuisse illud, *super terram,* vt referatur ad eos, qui solvuntur, non ad eum, qui soluit, vt patet.*

F

ex can. legatur, iam citato. Sed esto, referri possit ad eū, qui soluit, nihil tamen ex eo sequitur: quia debet intelligi de solutione circa eos, qui sunt ei subiecti. alioquin posset summus Pontifex ligare, & soluere eos etiā, qui sunt in celo, vel in gehenna, si vniuersaliter accipiantur ligandi, vel soluendi potestas. Ad secundum responderi potest, non omnes viatores esse propriè subiectos Pontifici, sed solum eos, qui sunt oves visibiles huius ovis, & membra huius visibilis Ecclesie. Quod autem defuncti, qui in purgatorio degunt, aliquo modo sint viatores, & egentes auxilio Ecclesie, & cum ipsa Ecclesia visibili invisiibiliter coniuncti per fidem & caritatem, facit, ut possint ab Ecclesia nostra iuuari, & indulgentiis frui, non ut subditi per modum absolutionis, sed ut amici absentes, per modum suffragij. Ad tertium respondemus, defunctos ab Ecclesia posse excommunicari, & ab excommunicatione absolvi, solum quoad ea, quæ à viuentibus fieri debent: nam cùm defunctus excommunicatur, id sit, quia post mortem detegitur eius pertinacia in heresi, aut aliquid eiusmodi, & id solum ex illa excommunicatione sequitur, ut pro ipso non fiant suffragia, non sepeliantur in loco sacro, & similia. & contrà, si detegatur aliquis per errorē excommunicatus, & ideo absolviatur, effectus absolutionis erit, ut pro ipso ore tur, & sacrificetur, ciusque cadaver honorifice sepeliatur. Itaque excommunicatione, vel absolutio defunctorum, est potius declaratio sententiae, quæ ferenda fuisset, si meritum eorum non latuisset, quam noua aliqua pena, quæ ad animas ipsas pertingat. Quod autem legitur in 2. libro Dialogorum S. Gregorij, cap. 23, de sanctis monialibus à B. Benedicto excommunicatis, quæ de sepulchris exire videbantur, & de Ecclesia recedere, quando inter missarum solemnia Diaconus clamabat: *Qui nos communiant, recedant:* inter miracula referendum videtur. Volut enim Deus eo signo demonstrare, quanti facienda sunt admonitiones sanctorum: nam alioqui S. Benedictus non eas excommunicauerat, sed solum excommunicationem minatus fuerat, ut S. Gregorius ibidem di-

cit. Præterea, non eas excommunicavit post mortem, sed in vita (si tamen ea excommunicatio dicenda sit) neque eas propriè per sententiam postea absoluit, sed per intercessionem, mittendo oblationem, quæ pro eis Domino offerretur. At (inquires) S. Gregorius ibidem ut ostendat, non esse mirum, si S. Benedictus potuit in carne mortali degens de spiritibus defunctorum iudicare, allegauit illud Euangeliū, *Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in celo.* Respondeo, S. Gregorium, argumentum à simili ducere voluisse: nam quemadmodum diuinâ potestate sibi collatâ possunt Prælati, cùm sint homines in carne mortali degentes, iudicare de rebus spiritualibus: ita potuit S. Benedictus in carne adhuc mortali degens, extraordinario priuilegio sibi collato à Deo, ligatas tenere, vel soluere animas ecarum, quibus, dum viuerent, excommunicationis sententiam fuerat comminatus. Neque credibile est, S. Gregorium S. Leonī repugnare voluisse, qui in Epist. ad Rusticum iam citata, disertis verbis docet, non posse ab Ecclesia solvi eos, qui communione priuati de hac vita recesserunt, cùm iam sint in diuino iudicio constituti.

Tertia quæstio est, quid significet illud, *per modum suffragij:* cùm Pontifices dicunt, indulgentias valere defunctis per modum suffragij, non desunt, qui existimant, indulgentias prodesse defunctis per modum suffragij, quia prouult eis suffragia, id est, missæ preces, & alia pia opera, quæ Pontifex iniungit, cùm indulgentias tribuit? Sed hoc non est indulgentias prodesse: nā etiam si Pontifex ea opera non inungeret, valerent illa suffragia ad refrigerium defunctorum. Itaque frustra darentur indulgentiae defunctis, si nihil adderent præter valorem suffragiorum. neque Pontifices dicent, indulgentias prodesse per modum suffragij, sed dicent cum Ostiensi, indulgentias non prodesse defunctis vi indulgentiæ, sed solum vi suffragiorum adiunctorum. Alij existimârunt, indulgentias defunctis prodesse per modum suffragij, quia tametsi ipsæ indulgentiae reuera prosint, prouult tamen per suffragia viuentibus imperata: Pontifex enim applicat satisfactiones Christi, & sanctorum ex thesauro,

tam viuentibus, quam defunctis: sed viuentibus applicat per opera ipsis viuentibus iniuncta, defunctis vero per opera eisdem viuentibus imperata: quæ opera cum sicut nomine defunctorum, suffragia quadam defunctorum dici possunt. Sed neque hæc sententia rationem idoneam reddit illorum verborum: neque enim hoc est, indulgentias prodesse per modum suffragij, sed est prodesse per ipsa suffragia. Vera igitur sententia est, indulgentias prodesse per modum suffragij, quia non prosumt per modum absolutionis iuridicæ, sed per modum solutionis, quo modo prosumt suffragia, quæ vel publicè, vel priuationi, pro defunctis fieri solent. Sed cum suffragia tribus modis defunctorum viuent, per modum meriti de congruo, per modum impetrationis, & per modum satisfactionis: indulgentia autem non sunt nisi satisfactionia, intelligendum est, indulgentias dari defunctis per modum suffragij tam satisfactioni. Itaque, quemadmodum cum quis dat elemosynam, vel ieiunat, vel peregrinatur ad loca sancta, pro defunctis, non absolvit defunctos à reatu poenitentiae, sed offert Deo satisfactionem illam pro defunctis, ut Deus eam acceptans, libereret defunctos à debita poena, quam luituri erant: Sic, Pontifex non absolvit animas defunctorum, sed offert Deo ex thesauro satisfactionum, quantum necesse est ad eas liberandas: & Deus acceptans alienam satisfactionem communicat animabus defunctorum, eas liberat à reatu illo poenitentiae. Sed hoc interest inter suffragia, & indulgentias, quod non suffragia offerantur, non requiritur aliqua iurisdictio: sed ut indulgentia dentur, requiritur iurisdictio: quia non potest thesaurum dispensesare, nisi qui habet claves Ecclesiasticas. Præterea, qui offert suffragia, nescit an id quod offert, sufficiat ad animam liberandam, vel solum refrigerandam: at Pontifex potest offerre ex thesauro illo infinito, quantum requiritur ad satisfaciendum integrè pro reatu cuiuscunque poena: & ideo dicitur dare indulgentiam plenariam, atque animas liberare per modum suffragij, quia offert quantum ad plenam satisfactionem satis est. Vide Caetanum tract. 16. de indulg. qu. 6. & Cordubensem q. 15. de indulgentia.

Quarta questio, difficillima omnium, ea est, utrum ex iustitia, sive certa lege, & ex condigno proficiat indulgentia defunctis, an solum ex benignitate Dei, & ex congruo? Aliqui docent, indulgentias ex condigno, sive ex iustitia defunctis prodesse. Ita enim scribit Dominicus à Soto in 4. d. 21. quest. 2. art. 3. quem sequitur Nauarrus de Jubileo, notab. 22. nu. 20. Ratio coru est, quoniam potest unus viuens pro alio viuente ex condigno satis facere: igitur potest etiam viuens pro mortuo satisfactione ex condigno, eadem enim est ratio utriusque satisfactionis, uno videlicet, quæ est inter membra eiusdem corporis Ecclesie: nam viuens pro viuente satisfacit ex condigno, quia sunt membra eiusdem corporis, glutino fidei & caritatis unita: at etiam mortui, quin purgatorio degunt, membra sunt eiusdem corporis, glutino fidei & caritatis unita. Quod si priuatorum suffragia ex condigno defunctis prosumt, quatenus satisfactiones sunt, certè multò magis satisfactiones Christi, & sanctorum, iisdem mortuis fidelibus, à capite Ecclesie, id est, à Pontifice Maximo applicatae, proderunt ex condigno.

Alij contra sentiunt, indulgentias, quæ defunctis dantur, nisi misericordia, & benignitate Dei, ac per hoc ex congruo, non ex condigno eis prodesse. Ita docet Caetanus tract. 16. quest. 5. quem sequuntur Petrus de Soto, lect. 13 de indulgentiis, & Antonius Cordubensis, quest. 15. de indulgentiis. Neque significare volunt hi auctores, dubium, aut incertum esse dogma Ecclesiasticum, de indulgentiis defunctorum, immo affirmant, certum esse, & indubitatum, quod indulgentia recte dentur, vel suscipiantur pro defunctis, quodque illis prodesset possint, & re ipsa proficiat, vel ad refrigerium, vel ad plenam liberationem, sed quibus, quando, & quantum diuinæ pietati placuerit: quo modo etiam pro mortuis recte fundi preces, eisque prodesse, fides Catholica docet: & tamen non ex condigno, sed ex congruo, non ex iustitia, sed ex misericordia nos impetrare confidimus, quicquid à Domino petimus, ut vel ex ipsa forma precum intelligi potest. Rationes huius sententiae

sunt hæc. Prima, quoniam non videtur certum, posse viuentes pro viuentibus satisfacere ex condigno, quod erat fundamentum prioris opinionis: contrarium enim docent Ioan. Medina cod. de satisfactione, qu. 5. & Cor. dubensis quæst. 5. de Indulg. Vno enim fidei & caritatis, quo colligantur inter se viua membra Ecclesiæ, facit quidem ut possimus inuicem adiuuare, & bona nostra communicare, & vnuus pro alio saltem ex congruo satisfacere, sed non videtur facere, vt teneatur Deus ex iustitia acceptare vnuus satisfactionem pro altero, nisi ostendatur de hacre pactum, vel promissio aliqua ipsius Dei: quamuis possit Deus, & soleat acceptare ex benignitate sua. & confirmatur à simili: nam in foto extero non tenetur iudex acceptare, vt vnuus flagelletur, vel ad triremes amanderetur pro alio, etiamsi illi non solum sint coniuncti, vt Christiani, sed etiam vt ciues, vel vt consanguinei. Denique, videtur esse proprium solius Christi, posse pro aliis ex condigno, vt mereri, ita etiam satisfacere: quoniam est caput corporis Ecclesiæ, & dum pro nobis satisfecit, pro corpore suo satisfecit. Secundaria, quoniam etiam certum esset, posse in præsenzia vita vnum pro alio ex condigno satisfacere, tamen non videtur eadem ratio de satisfactione pro defunctis: hic enim possimus soluere poenam eiusdem generis, vt nostro ieiunio, vel eleemosynæ satisfacere pro alio, quicquid ieiunij, vel eleemosynæ poenam subiturus erat: at poenam quibus iam addictæ sunt animæ in purgatorio, sunt alterius generis: & ideo, sicut non tenetur iudex remittere poenam corporalem vni alicui reo, propter multam pecuniarium, quam alius offert: ita, non videtur generi Deum, ex iustitia admittere satisfactiones huiusvitæ pro remissione peccatarum purgatorij, ad quas animæ illæ iam sunt addictæ. Sed si id hat, vt certo fieri credimus, ex benignitate Dei fieri credibile est. Tertiaria ratio, quoniam ipse animæ, vt ex historiis grauium auctorum colligimus, hoc ipsum declarasse videntur. Nam Petrus Damiani in Epist. 5. ad Dominicum, cap. 4. scribit, animam Benedicti Pontificis Romani in purgatorio constitutam apparuisse, Deo permittente, cuidam

atque ab eo petiisse, vt suffragia pro ipsa fierent, & addidisse, se per ea suffragia liberandam, quando hoc misericordia diuina decreuerit. Petrus quoque Cluniacensis in libro de miraculis, cap. 10. scribit, animam defuncti apparuisse alicui, & postulatis suffragijs adieciisse, per ineffabilem misericordiam Dei se liberandam, si ei per suffragia subuentum fuisset. & cap. 27. scribit, aliam animam similiter apparentem, & suffragia postulantem adieciisse, conditoris mediante clementiâ, se per ea suffragia liberandam. Quod si suffragia nituntur pietate diuina, & indulgentiæ defunctis non dantur, nisi per modum suffragij, certè sequi videtur, vt etiam indulgentiæ ex diuina pietate defunctis prosint. Ex his sententijs neutrām reprobare audeo, videtur enim prior admodum pia, posterior verò valde rationabilis.


Quinta quæstio est, quid requiratur ad hoc, vt indulgentiæ defunctis prosint. Et quidem certum est, P R I M V M auctoritatem requiri, eamque summam, id est, Apostoliceæ sedis non enim Episcopi, aliquæ Prælati, summo Pontifice inferiores, indulgentias defunctis cōcedere possunt, vt Nauarrus docet de Iubileo, notab, 21. num. 4. quoniam solus Christi Vicarius habet potestatem disp̄sandi thesaurum Ecclesiæ absolute; Episcopi enim solum possunt applicare subditis suis, secundum mensuram sibi ab Apostolica sede determinatam. SECUNDО certum est, requiri caussam iustum, vt S. Thomas docet, in 4. d. 45. qu. 2. ar. 3. qu. 2. Non enim potest summus Pontifex pro arbitrio liberare animas à poenit. purgatorijs: neque sufficit, pro causa, utilitas illarum animarum, vel gloria Dei, quæ redūdaret ex animarum illarum liberatione: nam si illa sufficeret, Christus ipse iam omnes animas liberaffet. Itaque requiritur causa aliqua particularis, pertinens ad honorem Dei, & Ecclesiæ utilitatem: sicut de indulgentijs pro viuentibus diximus, ita vt summus Pontifex arbitretur, gratiorem esse Deo rem illam, cuius gratiâ indulgentia cōceduntur, quam executionem iustitiæ, quæ exercetur in expiâ dis animabus purgatoriij. TERTIO requiritur, vt qui pro defunctis indulgentias suscipi, adimpleat opus in-

iunctum:nam vt S. Thomas, loco notato, & alij Doctores scribunt, indulgentiae primariò, & directè non dantur, nisi viuentibus, qui possunt opera iniuncta perficere: defunctis autem datur secundariò, & indirectè, quatenus viuentes pro mortuis opera iniuncta perficiunt: ex quo etiam requiritur, vt qui opera illa perficit, sit in statu gratiæ, si opera ipsa id requirant, vt diximus supra, de opere viuentibus iniuncto. Nam si opus iniunctum id non requirat, probabiliter dici potest, prodeesse defunctis indulgentias, etiam si is, qui pro defunctis eas suscipit, non sit in statu gratiæ. Sed omnino tutius est, vt qui cupit mortuis indulgentiam obtinere, prius det operam, vt ipse indulgentiam à culpa per sacramentum confessionis obtineat. Q[uod] V[er] A[r] T[er] O[ste]N[ti]L requiritur, ex sententia Caetani, tract. 16. qu. 5. de indulg. vt defunctis non solum sit in statu gratiæ, & in purgatorijs locis degat, sed etiā, dum viueret, fuerit deuotus clauis Ecclesiæ, mortuosque suffragijs iuare studenter, & pro suis peccatis satisfacere non neglexerit, ita enim intelligit Caetanus verba illa S. Augustini, lib. de cura pro mortuis cap. 1. & in Enchiridio cap. 109. *Suffragia non prodeesse omnibus mortuis, sed illis tantum, qui in hac vita meruerunt, ut sibi prodeesse possent.* Sed hæc Caetani sententia, vt est utilis & pia, qui excitat viuentes ad opera bona, ita videtur minus vera, & ob omnibus passim refellitur: Nam S. Augustinus, locis notatis, non excludit à suffragijs, etiam particularibus, vllas animas ex ijs, quæ degunt in purgatorio, sed solum animas damnatas ad æternas penas inferorum dicit enim eas tantum esse capaces suffragiorum, quæ dum viuerent, id meruerunt, quia videlicet in gratia Dei, & caritate perseverarunt: caritas enim est fundamentum communionis inter Ecclesiæ membra, & non aliqua peculiaris deuotio ad Ecclesiæ claves, vel aliquid huiusmodi.

Postrema quæstio est, an indulgentiae prosint illis, pro quibus in particulari suscipiuntur, an omnibus in communi? Prepositius quidam antiquus auctor, vt refert S. Thomas in 4. d. 45. qu. 2. at. 4. docebat, suffragia Ecclesiæ semper prodeesse defunctis fidelibus in communi, & illis

magis, qui liberationi propinquiores erant, atque ad hoc persuadendum adducebat similitudinem lucernæ, quæ si accendatur in aula regis pro ipso rege, non tamē lucet soli regi, sed omnibus, qui adsunt, & illis magis, qui habent oculos meliores. Adducebat quoque similitudinem ex libro aliquo, qui forte legatur ad mensam regis, ex quo non minorem fructum percipiunt alij qui adsunt, quam rex ipse, & nonnulli fortè lôgè maiorem, quamvis propriè regi liber legatur. Quod Prepositius de suffragijs dixit idem sine dubio, de indulgentijs intellecti, quæ iuuât defunctos per modum suffragij. Sed responsio communis Doctorum est, tam suffragia, quam indulgentias prodeesse omnibus defunctis, quoad gaudium quoddam accidentarium: caritas enim facit omnia communia, in hoc senso, quod omnes, qui sunt prædicti caritatem, gaudient de bonis aliorum, ac si propria essent: Sed quoad satisfactionem & liberationem à peccatis, suffragia Ecclesiæ communia prodeesse omnibus in communi, sed suffragia particularia, & indulgentias, quæ pro certis animabus suscipiuntur, non prodeesse nisi illis, quibus ex intentione viuentium applicantur. Atque hoc esse verissimum, perspicuum est primò, ex ipsis Pontificijs concessionibus nam Paschalis primus, indulgentiam ita concessit, vt qui pro anima patris, vel alterius particularis personæ defunctæ, tot missas celebraverit in cappella S. Zenonis, quæ est in Ecclesia S. Praxedis: animas illas de purgatorijs pœnis eripiat. Item Alexander VI. Clemens VII alijque Pontifices in constitutionibus de indictione Iubilei, difteris verbis dicunt, indulgentias illas anni Iubilei, extendi per modum suffragij ad animas patris, vel mattis, vel alterius personæ particularis pro quibus suscipiuntur. Secundò, quoniam hic est sensus totius Ecclesiæ, omniumque fidelium. Tertiò, quoniam S. Augustinus in lib. de cura pro mortuis, cap. 4. scribit, Ecclesiam suffragia quædam communia transmittere ad animas defunctorum, vt quibus desunt particularia à consanguineis, vel amicis, non desint aliqua à communim patre, quæ est Ecclesia. Quartò denique, quoniam nulla ratio est, cursatisfactiones vni alicui animæ

90 Cap. 14. De Indulgencijis. Lib. I.
per intentionem satisfacientis applicatae, aut illi non
prosint magis, quam alijs aut atij vlo modo prosint. Ne
que similitudines illæ Prepositiui aliquid efficiunt; non
enim similes sunt indulgentia, vel suffragia particularia
lucernæ, vel lectioni, sed potius summa pecu-
niaria, quæ ita datur in liberationem ali-
cuius debitoris ab ære alieno, ut per
camnon possint debitores alij
liberari.



Cap. 3. De Indulgencijis. Lib. II. 91
R. P. ROBERTI BELLARMINI
Politiani, è Societate Iesu.

DE INDVL- GENTIIS LIBER SECUNDVS

Præfatio, & Ordo Disputationis.

Differimus hactenus de indulgentijs schola-
stico more, tum ut Catholicus satisfac-
tremus. tū ut future disputationis fun-
damenta iaceremus. Voluimus autem
quæstiones Scholasticas, à disputatione
aduersus hereticos separare, ne cogerentur Catholici, aut
heretici omnia legere, sed liberum esset unicuique quod
vellet eligere. Igitur respondebimus PRIMIJS,
qua Martinus Lutherus aduersus indulgentias in affer-
tione articulorum suorū scripsit. in quare breviores eri-
mus, quoniam sunt ea omnia à Ioanne Roffensi, beata me-
moria viro, diligentissime confutata. DEINDE, ex-
cutiemus ea, quæ Ioannes Caluinus in institutione sua
doctrinæ Catholicæ de indulgentijs obiecit. TERTIO,
breviter refutabimus nugas Tilmani Heshusij. AD
EXTREMVM respondebimus Martino Kemnitio, qui
prater ceteros copiose de indulgentijs disputauit, in exa-
mine postrema fissionis Concilij Tridentini.

CAPVT PRIMVM.

Refutantur argumenta Lutheri contra indulgentias.
Martinus Lutherus, hæresiarcha nostri seculi, à
reprehensione indulgentiarum sectam suam
auspicatus est, & quod mirum videri poterit, ita per

quosdam gradus ad summum impietatis ascendit, ut non animaduertitur; maiori se licentia aditum patetecisse, quam ea esset, ob cuius repressionem cum Catholicis Doctoribus contendere, atque altercari, & libris, & sermonibus cœpit: nam cum Albertus Card. & Episcopus Moguntinus, præpositus esset à Leone X. Pontifice Maximo, indulgentijs quibusdam per Germaniam prædicandis, scriptis ad eum Lutherus Epistolam, in qua notabat errorē illorum, qui vñque adeò indulgentijs confidebant, ut securos se de salute sempiterna esse arbitrarentur, si nummum argenteum in arcam, iuxta prescriptum indulgentiæ, conieciissent. Refellit autem hanc nimiam confidentiam eo potissimum argumento, quod ne ipse quidem habitus gratiæ iustificantis, à Deo cordibus nostris infusus, certos nos reddere possit de salute æterna obtainenda, cum Apostolus iubeat, ut cum timore, & tremore salutem nostram operemur. Deinde, paulò post, longius progressus, edidit Resolutiones de indulgentiis, & mox libellum pro iisdem resolutionibus, in quibus docuit, indulgentias esse pias fraudes matris Ecclesiæ, quæ promissione indulgentiarum excitat filios suos ad opera bona, cum tamen indulgentiæ non remittant penam debitam in iudicio Dei, sed solum in iudicio Ecclesiastico. & simili addidit, thesaurum meritorum Christi non esse in potestate Pontificum, neque expendendum in re tam vili, ut est expiatio à pena temporaria. Ita progressus est à reprehensione abusu ad reprehensionem indulgentiarum, sed neque hic substitit: nam cum Leo X. Pontifex hanc nouam Lutheri doctrinam improbat; scriptis ille continuò librum de Captivitate Babylonica, in cuius libri principio docuit, indulgentias non esse pias fraudes matris Ecclesiæ, sed meras Pontificum imposturas. Addidit etiam mox librum aliud, in quo afferuit, ac defendit omnes articulos à Leone X. improbatos, atque in eo libro adfirmavit, indulgentias nihil esse, & si quid essent, non fore viles, sed perniciosas: cum liberent homines ab operibus bonis: non esse necessarias, vel expetendas, nisi publicis peccatoribus, inertibus & desidiosis, quibus pu-

blica pœnitentia esset imposta, quam peragere nollent. Denique, adseruit, nullum esse purgatorium, nullam requiri satisfactionem post culpam remissam, sola fide homines iustificari, & liberari ab omni debito culpæ & pœna. Itaque incidit in eum abusum, quem initio reprehendit, vel potius in alium longè maiorem. ægrè ferebat enim initio, quod homines iniecto in arcum argenteo numo, & indulgentia suscepit, securos se de salute æterna esse confiderent. Ipse autem etiam sine numero argenteo, securos omnes reddidit de iustificatione, & salute: neque ullus vanquam tam amplam indulgentiam promulgauit, quam Lutherus, qui sine ullo pœnitentiæ labore, sine ullis operibus bonis, culpas omnes & pœnas, sola fide remisit: si tamen ea indulgentia, & non potius licentia, & verè impia fraus & impostura dicenda est. E vero, quæ proferrat suum dogma stabilandum, in assertione articuli 17. & sequentium, tam sunt inepta, & parum inter se connexa, ut vix ad argumenti formam teuocari possint.

P R I M A igitur obiectio eiusmodi est: *Merita Christi sunt res sacre, ex viæ, cum corda iustificant, indulgentie autem non iustificant, sed solum remittunt debitum pœna temporalis: igitur indulgentie non possunt fundari in thesauro meritorum Christi.* Responsio. Merita Christi sunt res viæ, & sacræ, sed non solum iustificant corda, verum etiam satisfactoria sunt pro reatu pœnae, tum sempiternæ, tum temporariae. Quocirca non est mirum, si in meritis Christi fundari possint, non solum sacramenta, quæ iustificant abluiunt maculas culpæ, sed etiam indulgentiæ, quæ applicando satisfactionem Christi, expiant reatum pœnae. Porro, Christi merita, seu potius Christi passionem, non solum fuisse meritoriam, sed etiam satisfactoriam, probamus ex eo, quod scriptis Isaías cap. 53. Verè langores nostros ipse tulit, ex dolores nostros ipse portauit & S. Ioannes in priore Epistola, cap. 2. *Ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.* Lutherus vero non probauit, Christi passionem non esse satisfactoriam, quod tamen probare debuit, si quid efficere voluit.

Secunda obiectione: Blasphemia est, rem ita sacram, ut sunt merita Christi, in sordidum opus mortis poneat: at pena temporalis, est sordidum opus mortis: igitur blasphemia est, Christi merita collocare in expiatione penae temporalis. **Responsio.** Quare Lutherus vocet sordidum mortis opus, temporalem peccnam, non facile diuinarem, nisi forte, quia reatus penae fructus est peccati, quod est mors animæ, ita nominare placuerit. Sed quemque sit causa huius appellationis, certè non est sordidum, sed gloriosum, liberare hominem à sordido mortis opere. Nam quid sordidius, & deterior peccato? & tamen non est sordidum Christo, sed valde honorificum, esse agnum Dei, qui tollit peccata mundi. multò igitur minus sordidum erit, expiare reatum penæ, cum non sit sordidum, expiare reatum culpæ. **Quare non est blasphemia,** sed gloria prædicatio dicere, Christi merita sacrosancta eius esse virtutis, ut omnia peccata & peccatorum reatus omnes eluere, & expiare valeant.

Tertio obiectione: Merita Christi sunt omnibus necessaria ad salutem, & ideo tenentur omnes querere, ut sibi ea merita applicentur: At indulgentias non sunt necessaria ad salutem, neque tenentur Christiani villo precepto ad eas suscipiendas: non igitur fundantur indulgentiae in meritis Christi. **Responsio.** Merita Christi partim sunt omnibus necessaria, partim non necessaria, sed utilia. atque hoc posteriore modo ad fundamentum indulgentiarum pertinent. Nam quod attinet ad gratiam iustificationis obtinendam, sine qua nemo salvus esse potest, sunt Christi merita omnibus necessaria, & ideo tenentur omnes diuino precepto curare, ut sibi ea merita per baptismum, vel, si post baptismum à gratia Dei excederint, per sacramentum penitentiae applicentur. & hoc modo fatetur, non pertinere ad fundamentum indulgentiæ, Christi merita. At si quis post gratiam reconciliationis adeptam, adhuc sit reus luendæ penæ temporalis, is non necessariò eget meritis Christi, ut per ea reatus illi simpliciter condonetur: non quod sine meritis Christi possit reatus penæ simpliciter condonari, sed quia poterit ipse non requirere tantam liberalitatem, contentus ipse suis laboribus, & poenis, vel in hac vita, vel in pur-

gatorio satisfacere Deo, cooperante semper Christi merito, & gratia, tamen utilissimum illi erit, si Christi merita ita sibi per indulgentias applicentur, ut sine propria satisfactione, continuò reatus ille solvatur. & hoc modo negari non potest, quin merita Christi pertinent ad thesaurum, & fundamentum indulgentiarum. quamuis ut nemo cogitur suscipere indulgentias, ita nemo cogatur dare operam, ut debitum temporalis poenæ, Christi passione, & meritis, sine labore proprio compensetur.

Quarta obiectione: Nullis scripture sacre testimonij thesauri indulgentiarum comprobari potest, sed sola constitutione Clementis VI. quæ incipit, *Vnigenitus. Non igitur satis firma sunt, quæ de indulgentiis traduntur.* **Responsio.** Iam suprà ostendimus, in priore libro, indulgentiarum thesaurum non carere fundamento scripturarum sanctorum. Sed quamvis nulla testimonia scripturarum haberemus, non propterea sola Clementis constitutione niteremus: neque enim Clemens ex proprio capite thesaurum excoxit, sed ex antiqua traditione, ex Ecclesiæ sensu, ex Theologorum communi doctrina, ex consuetudine veterum Pontificum didicit, quod de thesauro docuit, & auctoritate Apostolica confirmavit. Denique, etiamsi nihil certi de thesauro indulgentiarum (quod tamen minimè concedimus) ante constitutionem Clementis habuissimus, satis tamen certi redderemur de thesauri huius veritate ex Clementis Pont. Max. declaratione. Ipsu enim toti Ecclesiæ datum à Deo magistrum & doctorem esse scimus, cum illius sedem teneat, cui propriè dictum est; *Pasce oves meas. Ioan. 21.* sed de hac re satis multa in alijs nostris libris, ac presertim lib. 4. de summo Pontifice, cap. 3. scripta extant, que hoc loco repretendana non sunt.

Quinta obiectione: *Pene, que peccatum sequuntur, non possunt villo modo remitti, sed velimus, nolimus, toleranda sunt igitur indulgentie, que dicuntur esse remissiones penarum, nihil omnino sunt.* Probat Lutherus antecedens huius argumenti ex eo, quod poena peccati, Adamo, & toti generi humano inficta, est labor, & mox: quam poenâ certum

est per indulgentias tolli non posse. Sic etiam Deus in psal. 88. dicit, *Si peccauerint filii tui, visitabo in virga iniuriantes eorum.* At Papa hanc virginam per indulgentias auertere non potest. Sic Apostolus ad Hebreos 12. dicit, *nos à Deo disciplinam accipere.* Et 1. Corinth. II. dicit, *nos à Deo indicari, & corripi, vt non cum hoc mundo damnamur.* istam vero disciplinam & correptionem indulgentia non tollunt. Responso. In libro superiori demonstrauimus, per indulgentias non remitti poenias naturales, id est, quæ sequuntur originale peccatum, & toti generi humano sunt communes: sed poenias illas duntaxat, quæ sequuntur peccata personalia, & eas non omnes, sed eas tantum, quarum sumus rei in foro pœnitentiariori, non autem eas, quas debemus in foro externo. Porro, poena, quarum fit mentio in psalmo 88. & in Epistolis ad Corinthios, & ad Hebreos, ad forum externum pertinent: infliguntur enim à Deo tamquam iudice, in externo, & criminali foro. Nam si non potest indulgentia tollere poenam, qua prætor aliquem multauit ob furrum, vel homicidium, quanto minus tollere poterit eam, quam Deus ipse aliqui decrevit? Quam igitur, inquietus, poenam tollit indulgentia? Illam, quæ in foro pœnitentiariori infligitur, quæ voluntarie adimpletur, ad quam implendam non cogimur, nisi timore Dei, & stimulo conscientiæ. Hæc enim est, per quam Domino satisfacimus, & cui succedit, nisi in presenti, Domino satisfiat, purgatorijs poena. Quamvis illud etiam negari non debeat, satisfieri quoque Deo per flagella ab ipso immissa, quando libenti animo tolerantur, sicut etiam interdum per poenam sponte suscep tam præuenimus manum Dei, & flagella eius auertimus, vt exemplum Ninivitarum docet, quod habetur apud Iohannam Prophetam, capite postremo.

S E X T A O B I E C T I O : *Indulgentie dicuntur remittere pœnitentias: at ille sunt opera bona, videlicet ieiunia, eleemosynæ, preces, & similia: legitur indulgentia noxiæ sunt, non salutares, & à bonis operibus nos impedianc.* Responso. Indulgentiæ remittunt pœnitentias iniunctas non quatenus sunt opera bona, sed quatenus debitum eas implendi retardaret nostrum ingressum in vitam eternam, si forte ante illarum

rum impletionem de vita nos exire contingere. Itaque Ecclesia, dum largitur indulgentias, non prohibet studium pœnitentiarum, immo ad illud nos horratur, & excitat; sed à reatu illo nos liberat, quo, ut diximus, impediri possemus à regno cælorum citius obtinendo. proinde, verè salutares, & nullo modo noxiæ dicendæ sunt indulgentiæ. Atque hæc est summa obiectionum Lutheri: nam ad singula eius verba satis accurate Roffensis respondit, vt non sit opus aliquid addere.

CAP V T S E C V N D V M.

Respondetur ad ea, que aduersus indulgentias Ioannes Calvinius obiecit in libro institutionis,
cap. 9. num. 38.

VEnio nunc ad obiectiones IOANNIS CALVINI. Et quoniam nemo, quod sciam, eius sententias ex proposito discurriendas suscepit: respondebo ad omnia, quæ scriptis in institutione, cap. 9. à nu. 38. vsque ad 44. in quem locum concessit, quæ de indulgentijs dicenda sibi esse iudicauit.

Initio igitur, nu. 38. more suo conuitijs, & mendacijs ludit. Primum enim scribit, non multum sibi laborandum esse in indulgentijs refellendis, cum ex sponte sua, atque argumentis Lutheri, tanquam fortissimis arietibus concussæ, ad inclinationem spectare incipient. Deinde addit, eas tamdiu saluas constituisse, quoniam tam alti errorum nocte immersi fuerunt aliquot seculis homines, vt cum viderent, per indulgentias sibi emungi pecunias, quæ in scorta, & lenones absumerentur, & à quæstuaris se palam deludi: tamen indulgentias summa veneracione exciperent, venerarentur, adorarent. Adiungit postremò, vbi orbis sibi sapere aliquid permisit, indulgentias paulatim frigere, & congelascere coepisse. Sed primum Calvini pronuntiatum adeò falsum esse constat, vt nunquam maior fuerit indulgentiarum frequentia, nunquam maiori deuotio, nunquam tam ardenter à populis Catholicis expetitæ fuerint, quam ab

eo tempore, quo à Luthero exagitari cœperunt. Hinc enim Tridentinum Concilium, sесt. 25. de indulgentijs moderandis decretum edidit. & Clemens VIII. Pontifex Maximus, qui nunc Ecclesiam regit, nimirum desiderium indulgentiarum, & piam penitentium importunitatem reprimendam censuit. Argumenta vero Lutheri adeò levia, insuffla, inepta sunt, ut non videatur negligenter causam istam agere potuisse, si ex animo prauaticari voluisset. Certe à doctis hominibus ita ridentur, ut per ea non euerit, sed constitui indulgentias arbitrentur. At persuasit tamen Lutherus multis. Ita est, sed persuasit etiam alia multò absurdiora, quia viam latam aperuit, per quam carnales homines libenter ingrediuntur. quo modo etiam Mahumethes sine miraculis, sine sapientia, sine probitate vita, nouam suam secūtam, quod licentiam magnam carni, ac sensibus daret, innumerabilibus hæmiaibus persuasit.

Alterum Calvini pronunciatum in duobus peccat. Primum enim tribuit errorum noctem aliquot seculis in quibus doctrina de indulgentijs celebrior in Ecclesia fuisse videtur, videlicet ab anno millesimo, ad millesimum quingentesimum. At certè, secula ista, ut caruerunt luce lingarum Latinæ, & Græce: ita luce doctrinæ, & sanctitatem mirificè fulserunt, ut nullis anterioribus seculis cedere videantur. Argumento esse possunt Concilia celeberrima, singulis his postremis seculis acta, Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensia, Florentina. Item viri sancti, miraculis clarissimi, Bernardus, Dominicus, Franciscus, Antonius, Petrus Martyr, Vincentius, Bernardinus, Nicolaus Tolentinus, & alij quām plurimi. Denique, viri doctissimi, Anselmus, Hugo, & Richardus Victorini, Alexander, Albertus, Thomas, Bouaventura, Scorus, Henricus, Durandus, aliquo propè innumerabiles, ut omittam Iureconsultos, Medicos, Historicos, qui scriptis suis, ista secula egregie illustrarunt. Deinde, Calvinus, abusus quaestuariorum in ipsos Pontifices refert, cum apertum constet, à Pontificibus semper fuisse damnatos: ut perspicuum est ex decretis Innocentij III. in Concilio

Lateranensi: Innocentij V. in Concilio Lugdunensi: & Clementis, ut in Concilio Viennensi. At vt intelligat Caluinianus, quā immetitō de hac re, Calvinus Pontifices reprehenderit, referam ad verbum partem decreti Clementis V. & Consilij Oecumenici Viennensis: *Abusibus, (ita decretum incipit) quas nonnulli eleemosynarum questores in suis proponunt predicationibus, ut simplices decipiant & aurum, subtili, vel fallaci potius ingenio exterveant ab eisdem: cùm in animarum cedat periculum, & scandalum plurimum, viam prout nobis possibile, precludere cupientes, iuxta statuta Concilij generalis, duximus prohibendū distille, &c. & infrā: Ad hæc, cùm aliqui ex huīsmodi quaestoribus, sc̄nt ad nostrā audiencem est perlatum, non sine multa temeritatis audacia, & deceptione multiplici animarum, indulgentias populo, motu suo proprio, de facto concedant, super votis dispensent, male ablata incerta (data sibi aliqua pecunie quātitate) remittant: tertiū, am quartam partē de penitentis iniunctis relaxent, animastres, vel plures parentum, vel amicorum illorum, qui eleemosynas eis cōferant, de purgatorio (ut ad seruit mendaciter) extrahant, & ad gaudia paradisi perducant: benefactoriis locorū quorū questores existunt, remissionem plenariam peccatorum indulgentiae, & aliqui ex ipsis eos à pena, & culpa (ut eorū verbis utamur) absolvant: Nos abusus huīsmodi, per quos censura vilescit Ecclesiastica, & clauis Ecclesiæ auctoritas ducitur in contemptum, omnimode abolerere volunt, ea, per quoscumque questores fieri, vel attentari de cetero, districtus inhibemus. Non igitur, ut Calvinus mentitur, a Papa, & suis bulligerulis, questuoso[n]dinationes de salute animarum exercebantur; pauculis numis, salutis pretium taxabatur; ac specie pecunia, quæ in scorta, & lenones, & commissationes turpiter insumentur, emungebantur. Sed hæc omnia, tanquam manifesti abusus, à Pontificibus, & Concilijs Catholicis reprehendebantur, & prohibebantur: ut etiam hoc tempore reprehenduntur, & prohibentur.*

Tertium Calvini pronunciatum, caussam veram aperit omnium malorum, quæ Germaniæ, & totius Septentrionis magnam partem miserè perdidérunt. Dicit enim, cùm orbis sibi sapere aliquid permisit, tunc demum cœpisse indulgentias frigere, & congelascere;

donec tandem euaneat. Quid enim est, orbis sibi sapere aliquid permisit, nisi priuati homines sapere voluerunt, contra præceptum Apostoli, Roman. 12. plusquam sapere reponteret. Item, nullo mittente, nullo vocante, officium sibi docendi sumpererunt. Oues, contemptis pastoribus, ad noua pascua progredi, equi, fessoribus excusis, per deuia currere decreuerunt. Hæc igitur noua præsumptio, qua vñusquisque, Luthero auctore, iudicem se cōtrouersiarum omnium fecit, ac Paltiores, & Rectores à Deo positos in ecclesia, iuxta Apostolum ad Ephes. 4. audire contempsit: hæc, inquam, est, quæ dissidijs, & hæresibus Septentrionem repleteuit. Sed illud tamen, vt initidò diximus, falsum est, indulgentias frigere, & conge-
lascere cœpisse, cum orbis sibi aliquid sapere permisit, quamvis enim serpente antiquo male oculos aperi-
ente, seductis ab hereticis, non solum indulgentiæ, sed
omnia bona opera, & ipsa fides vera, & Catholica, a-
pud Lutheranos esse desierint: tamen apud Catholico-
cos, indulgentiæ, quæ antiquis temporibus frigere vi-
debanrū, post exortam Lutheri sectam, quasi per anti-
peristasm recalescere, reuirescere, ac retrolare cœper-
runt, tantumque abest, vt periculum sit, ne euaneant, vt
potius de moderandis, & intra certos terminos coercen-
dis, cogitandum fuerit. Sed iam ad argumenta venia-
mus.

CAPVT TERTIVM.

*Respondetur ad obiectiones Caluinii num 39.
cap. 9. Instit.*

IN sequenti numero, siue, vt iste vocare solet, sectio-
ne, Caluinus profitetur, ipsas indulgentias, etiam ab-
steras omnilabc, id est, si nullo abutu feedentur, nihil
esse aliud, nisi sanguinis Christi prophanationem, Sa-
tanæque ludibrium quo, Christianum populum à Dei
gratia, à vita, quæ est in Christo, abducant, & à vera sa-
luti via auertant. Grauissima hæc est indulgentiarum
accusatio, quam si Caluinus solidis argumentis com-

probare queat, sine dubio causam obtinebit. Audiamus
igitur probationem: Quomodo enim, inquit, poterat fædus
prophanari Christi sanguin, quam dum negatur, sufficere ad pec-
catorum remissionem, ad reconciliationem, ad satisfactionem, nisi
velut arescentis, & exhausti defectus aliunde suppleatur, & suf-
ficiatur? Sed hoc non tam argumentum, quam mendaciū
est. Nullus enim Catholicorum scriptit, Christi sanguinem
non sufficere ad peccatorum remissionem, ad re-
conciliationem, ad satisfactionem, nisi defectus eius
aliundè suppleatur. Debuisse sanè, vel vnum aliquem
adlegare, qui ita sentiret. Nequa soñim nemo Catholicorum
id scriptit, sed neque scribere potuit: cum ipse
Clemens VI. Pontifex, in constitutione de thesauro in-
dulgentiarum, quem propriè Caluinus oppugnat, &
omnes Theologi affirment, Christi sanguinem adeò
pretij esse infiniti, vt vel vna eius gutta sufficere potuerit
ad omnia totius mundi crimina expianda. Quod au-
tem Caluinum fecellit, id fuit, quod Catholici docent,
in thesauro indulgentiarum contineri non solum Chri-
sti merita, sed etiam sanctorum. Sed non ideo adiungimus
meritis Christi, merita sanctorum, quasi illa non
sufficient, sed vt merita sanctorum, quæ illis superfuerunt,
non sint otiosa, vt sancti hoc honore gaudeant, vt
efficacitas meritorum Christi magis eluceat, quæ non
solum per se possunt expiare peccata, & reatus pecca-
torum, sed etiam efficere, vt merita sanctorum vim ha-
beant expiandi reatum penæ temporalis. Quæ est etiam
ratio, cur Deus volerit, vt vñusquisque nostrum pro-
priis meritis coronam vitæ sibi acquirat, iuxta illud A-
postoli 1. Timoth. 2. Non coronabitur, nisi quilegitime cer-
tauerit: non quod Christi merita non sufficient, sed quia
id nobis utilius, & Christo gloriösus est quemadmo-
dum etiam idem Deus instituit, vt secundæ causæ non
sint otiosæ, sed cum ipsa prima caussa ad res producen-
das conueniant, quamvis prima caussa, sine secundis,
res omnes, quæ facilè, ac perfectè efficere potuisset.

Pergit Caluinus, & ex varijs scripturarum testimo-
nijs probare nititur, Christi sanguinem prophana-
ti, silli sanctorum merita adiungantur: Christo, inqui,

lex, & Prophetæ omnes (teste Petro Act. 10) testimonii perhibet, quod per ipsum accipienda sit remissio peccatorum indulgentie remissionem peccatorum per Petrum, Paulum & Martyres larguntur. Sanguis Christi emundat nos à peccato (inquit Iohannes, 1.) indulgentie sanguinem Martyrum faciunt peccatorum ablutionem. Christus (inquit Paulus 2. Corinth. 5.) qui peccatum non noverat, factus pro nobis est peccatum, id est, peccati satisfactione, ut iustitia Dei efficeremur in illo: Indulgencie peccatorum satisfactionem in sanguine martyrum reponunt. Clamat Paulus, & Corinthius testificabatur. I. Corinth. 1. solum Christum pro ipsis crucifixum, & mortuum esse: Indulgencie pronunciant, Paulus, & alios pro nobis mortuos. Alibi dicit, Christus acquisivisse Ecclesiam suo sanguine, Act. 20. Indulgencie alind pretio acquisitionis in sanguine Martyrum statuant. Una oblatione Christus consummavit in perpetua sanctificatione, ait Apostolus Hebr. 10. Indulgencie reclamant, & Martyribus perfici sanctificationem, que alioquin non sufficeret. Iohannes dicit, Apoc. 7. Sanctos omnes laniferas stolas in sanguine agnorum: Indulgencie docent lauare stolas in sanguine sanctorum. Hæc ille. Cui, Respondemus, testimonia scripturarum verissima esse, sed perperam allegari; loquuntur enim de remissione culparum, ac præsertim letalis, id est, de iustificatione impij, & reconciliatione, per quam ex peccatoribus efficiunt iusti, quam accipimus in sacramentis, Baptismi, vel Pœnitentia, vbi nullum locum habent merita sanctorum. Porrò, indulgentie non remittunt culpam, neque letalem, neque venialem, sed solam penitentiam, eamque temporatiam, cuius reatus inueniri potest in hominibus iustificatis, sanctificatis, ablutis, sicut inueniebatur in Davide, cui post confessionem peccati, dictum est à Prophetâ Nathan. 1. Reg. 13. Dominus transstulit peccatum tuum, non morieris. Veruntamen, quoniam blasphemare fecisti inimicos nomine Domini, filius, qui natus est tibi, morieris. Non igitur indulgentie tribuunt sanctis id, quod scripturae allegatae tribuunt Christo. Ac vt id placuerit, excutiam breuiter singula testimonia à Caluino adducta. In Actis cap. 10. loquitur S. Petrus de remissione peccati, quæ habetur per fidem, & sacramenta, scilicet qua nemo latus esse potest: nam ideo dictum est Cornelio ab Angelo: Accersi Simonem, qui cognominatum

Petrus, qui loqueretur tibi verbâ in quibus saluus eris tu, & universa domus tua. Neque obstat, quod Cornelius in eodem loco dicitur fuisse vir iustus, & timens Deum, etiam antequam Petrum audiret. Nam, vt scribit S. Augustinus in lib. 1. ad Simplicianum, qu. 2. Iustus erat Cornelius iustitia quadam inchoata, & imperfecta, sed non poterat saluus esse, nisi crederet in Christum, & per baptismum remitterentur ei peccata & ipse in corporaretur Ecclesiæ. Nam, vt idem Augustinus loquitur lib. 1. de prædict. l. & c. 7. si potuisset Cornelius sine fide Christi saluus esse, non ad eum edicendum missus quisisset archiepiscopus Petrus. De hac igitur remissione loquitur idem Apostolus, cum ait: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, quod per ipsum accipienda sit remissio peccatorum, de qua remissione falso Caluinus dicit, indulgentie remissionem peccatorum per Petrum, & Paulum, & Martyres larguntur: cum iam sepe sit dictum, culpas per indulgentias non remitti.

In Epistola 1. cap. 1. S. Iohannes cum dicit: Sanguis eius emundat nos à peccato, loquitur de remissione culparum, quæ maculam propriè gignit in anima: macula enim est, quæ ablutione tollitur, non pœna, quæ debitorem, non solidum facit. Itaque falso Caluinus addit: indulgentie sanguinem Martyrum faciunt peccatorum ablutionem. Non enim ablutionem culpa, sed solutionem pro debito pœna, indulgentijs Catholicis tribuunt.

In Epist. 1. ad Corinth. c. 5. Apostolus Paulus, posteaquam dixit, Christum factum esse peccatum, iste est, hostiam pro peccato adiunxit, ut nos efficeremur iustitia Dei in illo. Ex quo intelligimus, eum loqui de remissione peccati, per quam iustificamur, & ex impijs efficiamur pii, quem effectum nemo unquam Catholicorum, indulgentijs attribuit. Quare Caluinus cum scribit, indulgentie peccatorum (satisfactionem in sanguine Martyrum reponunt, vel loquitur de satisfactione pro culpa, & pœna sempiterna, & falso Catholicis imponit, quod ex eorum sententia, indulgentie satisfactionem peccatorum in sanguine Martyrum reponant: vel loquitur de satisfactione pro pœna temporali, & falso indulgentias verbis Apostoli Pauli opponit, cum Apostolus de satisfactione pro cul-

pa intelligendus sit.

In Epist. i.ad Corinth cap. i idem Apostolus, cùm testificatur, & clamat, solum Christum crucifixum esse pro nobis, loquitur sine vlo dubio, de passione Christi, quatenus ea per baptismum applicata iustificat, & reconciliat. Ideo enim duo illa coniungit: *Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizatis estis?* In quo sensu nemo Catholicorum ferret, quod Caluinus dicit, *indulgentie pronunciant, Paulum, & alios pro nobis mortuos.*

In actis cap. 20, cùm idem Apostolus scribit, *Christum proprio sanguine Ecclesiam acquisuisse*, manifeste loquitur de pretio sanguinis, quo redimimur de captiuitate Diaboli, & per fidem, & baptismum adiungitur ad Ecclesiam, tunc enim edificatur, & acquiritur Ecclesia, cùm per fidem, & sacramenta homines incorporantur Ecclesiaz. In quo sensu falsò Caluinus dicit, *indulgentie aliud premium acquisitionis in sanguine Martyrum statuunt.*

In Epistola ad Hebr. cap. 10. cùm idem Apostolus scribit, *Christum unica oblatione consummasse in perpetuum sanctificato*, significat, Christum unica oblatione corporis sui in Cruce, sufficiens premium obtulisse, quo possint omnes homines redimi ab omni iniquitate, & ita redimi, vt ipsa redemptio perpetua esse possit, cui redemptioni non repugnat, vt homines sic redempti, hoc est, iustificati, & reconciliati, reatum aliquem pœnæ temporalis habeant, pro quo soluendo, indulgentijs opus habent. sicut enim culpæ veniales, sine quibus hæc vita non ducitur, non impediunt redemptionem, iustificationem & sanctificationem: Ita nec reatus pœnæ temporalis eam impediunt. Proinde, falsò Caluinus adiungit, *indulgentie reclamant, à Martyribus perfici sanctificationem, que alioquin non sufficeret.* Nam Catholici neque dicunt, indulgentijs perfici sanctificationem, & multò minus affirmant, Christi sanctificationem non sufficere. Sed non est hoc primum, quod falsò Catholicis Caluinus attribuit.

In Apocalypsi, cap. 7 cùm Ioannes dicit, omnes sanctos lauasse stolas in sanguine Agni: nemo dubitate potest, quin loquatur de iustificatione à culpa, tum origi-

nali, tum actuali, quæ, vt supræ diximus, propriè maculâ gignit. Quare falsò Caluinus addit, *indulgentie docent lavare stolas in sanguine sanctorum.* Siquidem indulgentiae Catholicæ nihil tale docent, neque vñquam docuerunt. Videmus igitur, agmen illud argumentorum Caluinianorum, tot scripturarum telis armatum, plus ostentationis, quam soliditatis habuisse: nam cùm totum, vel ex falsis, vel ex veris ad rem non facientibus constaret, cùm ad manus ventum est, & minus signa collata, vera ad rem non facientia pugnare noluerunt, falsa verò facile hostibus terga verterunt.

C A P V T Q V A R T V M.

Respondetur ad objectionem Caluinii ex cap. 6. In ist. num. 40.

I Am verò in sectione 40. dicit Caluinus argumentum à testimonijs sanctorum, Parvum, Leonis, & Augustini: *Præclare, inquit, aduersus hæc sacrilegia, Leo Episcopus Romanus in Epist. 81. ad Palestinos loquitur. Quamus multorum sanctorum in conspectu domini pretiosa mors fuerit: nullius tamen in fonte occiso, propitatio fuit mundi. Accepere iusti, non dedere coronas, sed de fortitudine fidelium nata sunt exempla patientie, non donec iustitia. Singulares quippe illorum mortes fuerunt, nec alterius quispia in debitu no sine persoluit: cùm unus extiterit Dominus Christus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam resuscitati.* Nec minus apposite S. Augustinus tract. 84. in Ioannem: *Etsi fratres, inquit, pro fratribus moriamur, nullius tamen sanguis Martyris in remissionem peccatorum funditur: quod fecit Christus pro nobis: neque in hoc, quod dimitemur, sed quod gratularemur, contulit nobis. Item lib. 4. ad Bonifacium, cap. 4. Sicut solus filius Dei factus est filius hominis, ut nos secum filios Dei faceret: ita pro nobis solus suscepit sine malis meritis pœna, ut nos per ipsum sine bonis meritis conqueremur indebitam gratiam.* Hoc argumentum Caluinii non minus speciosum, nec magis solidum est, quam superius. Vera sunt omnia, quæ a SS. Patribus, Leone, & Augustino dicuntur, sed ad rem præsentem nihil omni-

no faciunt. Quid enim S. Leo dicit? solius Christi morte, mundi propitiatione fuisse, neque sanctorum mortibus ullam partam eius propitiationis esse tribuendam. Verissimum est: nam ipse etiam sancti de mundo aliquando fuerunt, & Christi morte redempti, de mundo exire coepereunt. neque nos indulgentijs id adscribimus, vt mundum recöclicant Deo, sed vt eos, qui iam de mundo per Christum educti, & Deo Patri reconciliati sunt, iuuent, vt à reatu pœnæ temporalis, si quo forte adhuc tenetur obstricti, faciliter liberentur. Quid præterea S. Leo dicit? Accepisse iustos, non dedisse coronas, & hoc nos quoque libentissime confitemur: neq; enim merita, quibus præmia, & coronæ respondent, per indulgentias habere nos credimus. Qui postea idem Leo adiungit? ex fidelium fortitudine nata esse exempla patientia, non dona iustitia. Et hoc nihil verius: nam dona iustitia non potest dare, nisi qui iustificat impium. Impium vero iustificare non potest, nisi ille, qui peccatum non fecit, & cuius passio pretij fuit infinita, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Solus ipse caput exultens corporis Ecclesie, suis omnibus membris gratiam, & gloriam comparavit. Neque nullus Catholicorum docuit vñquam, per indulgentias acquiri dona iustitiae, vel, quod est idem, quemquam ex impio iustum fieri. Quid postremò S. Leo nos moneret singulares aliorum mortes fuisse, neque quemquam alterius debitum suo fine soluisse: vñ esse Christum, in quo omnes mortui, omnes sunt etiam suscipiti. Id verò quis nostrum vñquam negavit? certe vñusquisque dum moritur, debitum proprium soluit, quod in Adamo contraxit. Solus Christus, qui debitum moriendi non habuit, pro omnibus mortuus est, vt mortem moriendo destrueret, & vitam resurgendo repararet. Neque ista inter se pugnat, quod per Christi mortem à debito moris liberati sumus, & tamen vñquisque nostrum moriendo debitum soluat, quod in Adamo contraxit. Si quidem, mortis debitum non erat solum vt moreremur, sed vt in morte perpetuo maneremus. Christus autem, qui, vt Apostolus ait, ad Thimoth. I, destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & incorru-

ptionem, id nobis morte suâ contulit, vt licet ad tempus moriantur, tamè ad vitam renocati, perpetuò cum ipso vivamus. Neque verò aliquid horum indulgentijs trahimus, aut sanctorum mortibus, vt Calvinus credi voluit. Sed, quemadmodum nos verissima esse fatemur omnia, quæ S. Leo in Epistola allegata posuit: Sic ipse vicissim non negasset, si de his rebus differendi illi se occasio obtulisset, sanctorum passiones alijs Ecclesiæ membris applicari posse ad solum reatum pœnæ temporariae dissoluendum. propositum enim S. Leoni ea Epistola fuit, demonstrate necessitatem vera carnis in Christo, aduersum heresim Eutychetis, quæ paulò ante suborta fuerat. Itaque docet S. Leo, veram in Christo fuisse carnem, quoniam sine vera carne, verè mortuus non potuisset. Quod si Christus verè mortuus non esset, nos quoque redempti, ac recöcillati Deo non essemus, cum nullius alterius hominis, quamvis innocentis, & sancti mors propitatio mundi esse potuerit. Hæc est sancti Leonis ratiocinatio, quæ solidissima est, si agatur, vt verè agitur, de redemptione à captiuitate Diaboli, de propitiatione peccati letalis, & de satisfactione pro reatu, ac debito moris æternæ. At si quis contendat, eandem ratiocinationem extendere ad sacrificationem pro reatu pœnæ temporariae, nihil efficiet, & cōtra ipsum Leonem disputabit, qui serm. I. de ieiunio decimi mensis, in Epist. 79. ad Nicatam, & 91. ad Theodorum, & 92. ad Ruficium sape repeatit, per opera bona satisficer Deo, pœnas peccatorum redimi, placari deum, &c. Et quemadmodum non negat S. Leo, imò verò palam affirmat posse vñm quemque suis operibus satisfacere Deo pro reatu pœnæ temporalis, quamvis solius Christi mors reconciliatio fuerit mundi: sic etiam non negaret, propter vinculum caritatis, & sanctorum cōmunionem, posse vñius satisfactionem alteri applicari pro solutione reatus pœnæ temporalis, atque hoc solum est, quod per indulgentias fieri Catholicci docent. Nunc ad S. Augustini testimonia, eadem responsio dari potest. Loquitur enim S. Augustinus, vt verba ipsa clamant, de remissione peccatorum, quam in iustificatione accipimus, cū

ad gratiam Dei sine ullis nostris bonis meritis peruenimus, quām remissionem, ut (sēpē iam diximus) nemo Catholicorum ab indulgentiis, vel à sanctis expectat, sed omnes in unum Christum integrē referunt. Quid igitur iam habet Caluinus? optima testimonia protulit, sed nihil, nisi aërem verberauit.

CAPUT QUINTVM.

Refelluntur ea, que caluinus habet. cap. 9.
Instit. num. 41. C^o 42.

Pergit Caluinus, & sectione 41. refellere conatur rationem Catholicorum, qua thesauro indulgentiarum ab illis astrui dicit. proponit autem eam ratione his verbis: *Agnoscant, an non hec sint sua placita: Martyres plus morte sua Deo præstissime, ac meritos esse, quām sibi opus esset: tantāque illis meritorum largitatem superfuisse, qua in alios redundaret.* Ne igitur supervacuum sit tantum bonum, commiseriorum sanguinem, sanguini Christi, ex utroque thesauro Ecclesia cōfici ad remissionem, & satisfactionem peccatorum. Atque ita accipendum, quod ait Paulus Colossi. 1. Supplex in corpore meo ea, que desunt passionum Christi pro corpore eius, quod est Ecclesia. Hæc ille, qui non omnino fideler rationem Catholicorum proposuit, vt planè negare possimus, illa nostra esse placita, neque enim docemus, martyres morte suā plus Deo præstissime, quām sibi opus esset absolutè, sed quām sibi opus esset ad satisfactionem pro reatu pœnæ temporalis, quod quidem adeò verum est, vt cœcus sit oporteat, qui id non videat. Certè Ioannes. Baptista tam innocēter vitam duxerat, vt nullo modo ad expianda peccata sua, passionis, & mortis illius acerbitate indigeret, proinde plus Deo præstitit morte suā, quām sibi ad peccata expianda opus esset. quod idē de Apostolis, multisque aliis Maryribus dici potest: nā si peccatorum etiam maximorum, & plurimorum reatus, vnicā Martyris passione purgatur, pro quibus alio quidiū in igne pœna luenda fuerat, ut S. Cyprianus scri-

bit lib. 2. Epist. 4. ad Anonianum: profectò, quilegium, & paucorum delictorum est reus, & tamen pro Christo, potest varia tormenta vitam ponit, morte suā plus Deo præstat, quām sibi ad reatum pœnæ temporariæ peccatis suis debitæ dissoluendum, opus esset. Præterea, quod Caluinus addit, nos dicere, sanctos plus esse meritos apud Deum, quam sibi necesse esset, & meritorum largitatem ita illis superfuisse, vt in alios redundaret: non agnoscimus vt nostra placita, sed vt ipsius commenta. Nos enim, vt concedimus, satisfactiones multis sanctorum superfuisse, quod modò satis evidenter ostendimus: ita negamus superfuisse merita, vel ipsa merita in alios redundare. de qua re in libro priore satis multa diximus. Sed facilè agnoscimus Caluno, quod vel ob imperitiam, vel ob negligentiam, vel etiam vt caussam Catholicorum odiosam redderet, non fideliter nostra proposuit. Illud videamus, an qui non integrè fundementum indulgentiarum retulit, illud saltem solidè refutauerit. Sic igitur pergit loco notato. *Quid hoc est, nisi Christo nomen relinquere, ceterum vulgarem sanctulum facere, qui in turba rīz dignoscatur?* Vnum, vnum illum predicari debet, unum proponi, unum nominari, vnum respici, cum de obtinenda peccatorum remissione, expiatione, sanctificatione agitur. At non ita est, non vulgaris sanctulus, sed sanctus sanctorum, ex thesauro indulgentiarum, Christus agnoscitur, non enim sanctorum passiones, Christi passionibus miscentur in thesauro, quod Christi passiones per se non sufficient, sed vt ostendatur excellentia passionum Christi, quæ non solum expiare queunt reatus peccatorum, sed etiam aliis vim expandi communicare. Itaque, ita miscentur in thesauro passionibus Christi, passiones sanctorum, vt Christi passiones omneculpam, originalē, & actualem, latalem, & veniale, & omnem pœnam, sempiternam, & temporariam expiare valeant, idque totum per se, etiam si nullæ admiserentur passiones sanctorum, quæ sanctorum passiones sine Christi passionibus nihil possunt, & cum Christi passionibus solas pœnas temporarias expiare possunt. Non igitur vnum de turba, sed Regem martyrum, & sanctorum omnium,

110 Cap. 5. De indulgentiis. Lib. II.
Christum facinus: illūmque vnum, vt simpliciter, & absoluē redemptorem, propitiatorem, & saluatorem prædicamus, nominamus, proponimus, atque respici-mus: Quòd si solum nomen Christo relinquit, qui san-
tos quoquo modo illi adiungit: quid respondebimus Apostolo, quise Christi adiutorem facit: i. Cor. 3. & saluatoris officium sibi vindicat. i. Cor. 9. & illuminatore omnium hominum se dicit, Ephes. 3. An ignorabat Apostolus, Christum non egero humano adiutorio, & ipsum solum esse Saluatorem omnium hominum, & ipsu-s eundem, & solum eis lucem veram, quæ illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum? An volebat Christum, vulgarem sanctulum facere, vt in turba vir dignosceretur? Quemadmodum igitur Apostolus, dum sibi officium adiungandi Christum, saluandique, & illuminandi homines desumit, nullam Christo facit iniuriam: quia Christus ipse Paulum sibi adiutorem eis voluit, dignatione, non necessitate: & si Christus, & Paulus saluant, & illuminant homines, Paulus à Christo virtutem saluandi, & illuminandi accepit, non Christus à Paulo. Sic etiam, dum nos sanctis tribuimus officium satisfaciendi pro pœni temporalibus aliorum, non facimus Christo iniuriam, quoniam, vt dictum est, virtutem satisfaciendi ab ipso Christo, sancti accipiunt, non absolute, & simpliciter, sed pro modulo sibi communicato. Addit postremò Caluinus in eadem sectione: Sed audiamus eorum enthymemata. Ne sine fructu effusus sit sanguis martyrum, in commune Ecclesiæ lucrum conseratur. Ita ne? an vero nullus erat fructus, glorificare Deum per mortem? veritati eius suo sanguine subscribere? testificari presentia vita & contemptu, meliorem se vitam querere? fidem Ecclesiæ suā constantiā confirmare, hostium autem pertinaciam frangere? At nos talia enthymemata nunquam fecimus, neque est difficile, conficta à se argumenta dissoluere. Extant libri permulti Catholicorum, vbi de indulgentiis accuratè disseritur, & in nullo eorum inuenietur, passiones sanctorum sine fructu futuras, si in thesauro non reponantur. Id solum dicunt, passiones sanctorum non absolute, sed vt satisfactorias sine fructu futuras, si neque illis ipsi egeant, neque aliis

111 Cap. 5. De Indulgentiis. Lib. II.
applicentur, quamvis alioqui multis aliis nominibus glorioſas Deo, honorificas ipsiſ, & utiles Ecclesiæ fuisse non dubium fit.

Porrò, ad testimonium Apostoli ex Epist. ad coloss. cap. 1. quod Caluinus à Catholicis adferri dixit, respon-debit ipse in sectione sequenti, quæ est quadragesima se-cunda: ac multis verbis docet, Apostoli verba: *Supplex que defunt paſſionibus Christi, &c.* non significare, Christi paſſionibus aliquid defuisse ad vim satisfaciendi pro peccatis, sed Christi membra, nempe fideles omnes, exerceri oportere variis afflictionibus, idque pro Ecclesiæ, id est, pro Ecclesiæ edificatione, & profectu. Sed quamvis hic sensus, quem Caluinus amplectitur, sit etiam à multis ex nostris obſeruatus, & approbatus: ta-men nos in libro superiori ostendimus, præter eum sen-sum, posse Apostolica illa verba commodè recipere alios sensus, atque cum praesertim, qui ad theſaurum indulgentiarum ſtabiliendum conſert. Quem quidem ſenſum ſibi non probari Caluinus, ſignificat, ſed cum refellere ſolido aliquo argumen-to, nec potuit, nec tem-tauit.

C A P V T S E X T V M.

Reſpondetur ad ea, quæ Caluinus profert, cap. 9.
Inſtitut. num. 43.

P Oſtremam obiectionem Caluinus, in sectione, ſue numero 43. petit à comparatione indulgentiarum, cum Euangeliō, ſic autem loquitur: *Qui docuit Papam, plumbo, & membrana gratiam Iesu Christi includere, quam Dominus verbo Euangeliū dispensari voluit?* ſanè autem mendace Dei Euangeliū eſſe oportet, aut mendaces indulgentias. Nam Euangeliō, Chriftiū, cum omni aſſumptiō bonorum caſeſtū, cum omnibus ſuā meritis, omni ſuā iuſtiā, ſapientiā, gratiā, nullā exceptione nobis offerri, testis est Paulus, qui 2. Corinth. 5. dicit, depositum eſſe apud ministros verbum reconciliationis, quòd hac legationis formā fungantur, ſen̄ Chriſto per ipſos horante,

obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum, qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, ut efficeremur iustitia Dei in illo. Contrà, indulgentie demensum aliquod gratie ex armario Pape reclusum, plumbo, membrane, loco etiam affigunt, à verbo Dei auellunt. Hæc omnia per partes singillatim refellenda sunt, ne queratur Caluinus, aliquid à nobis temere prætermissem. Quod igitur reprehendit, gratiam Dei, plumbo, & membranæ includi: Respondeo, non aliter à Pontifice Maximo gratiam Dei, plumbo, & membranæ aliquando includi, quām Apostoli, & Prophetæ, litteris & chartæ mysteriis salutis incluserint. Nam quæ admodum scripta Apostolorum, & Prophetarum, signa sunt rerum cœlestium, quæ nobis vel reuelantur, vel promittuntur: sic etiam literæ pontificiæ suis, legitimis signilis manuæ, signa sunt, ita plumbum & membrana, signa sunt remissionis, quam Pontifex pro potestate à Deo acceptâ concedit iis, qui ea, quæ ab ipso præcipiuntur, impleuerint. At non hoc, inquires, reprehèdit Caluinus, quod remissio aliquo modo, plumbo, & membranæ, ut instrumentis quibusdam, includatur: sed quod litteris ea remissio includatur, quam Dominus verbo Euangelijs dispensari voluit. Quæro igitur à Caluno, an existimet verbo Euangelijs, voce solum prolatâ, an etiam scripto gratiam illam remissionis dispensari posse. Certe, si velitis sibi constare, concedere debet, verbo Euangelijs non solum per sermonem, sed etiam per scripturam dispensari. Ipse enim tum alibi sçpè, tum in hoc loco docet, remissionem peccatorum per exhortationem, sive concionem fieri: idèo enim allegat verba illa: *posuit in nobis verbum reconciliationis, tanquam Deo exhortante per nos obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.* At exhortatio, & concio non solum verbo, sed etiam scripto fieri potest: Ipse enim Apostolus, cùm illa dicebat, quæ Caluinus citat, per Epistolam scriptam Corinthiis prædicabat. & ipse idem tot exhortationes, & quidem grauissimas fecit, quot Epistles scripsit. Vnde, Thessalonicensibus dicebat: *Ne terremini, neque per sermonem, neque per Epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini, &c.* Itaque, quo modo potest remissio annunciarri verbo, ita potest

potest annunciarri scripto; ac per hoc potest litteris, ac membranæ includi. Atque hæc dicta sunt à nobis, vt ex principiis propriis Caluinum refelleremus. Nos enim nō credimus, verbum reconciliationis nihil esse aliud, nisi concionem, neque existimamus, vt Caluinianis somniāt, potestatem remittendi, vel retinendi peccata, ad concionem esse referendam: scimus enim, conciones fieri ad fideles, & infideles, iustos, & peccatores, pœnitentes, & impœnitentes: peccata autem non remitti, nisi fidelibus peccatoribus pœnitentibus. De qua re satis multa dicta sunt à nobis, in libris de pœnitentia. Neque admittimus, remissionem peccatorum sacramentalem, debere, aut posse plumbo, & membranæ includi, sed tantum eam remissionem, quæ fieri potest extra sacramentum, qualis est absolutio à censuris Ecclesiasticis, & absolutio à reatu pœnæ temporalis, quæ datur per indulgentias. Neque hoc est, gratiam Dei, plumbo, & membranæ propriè includi, vt Caluinus dicit: sed est voluntatem eius, qui potestatem habet indulgentias largiendi, declarare litteris, sigillo munitis, vt solent alia multa declarari, quæ à voluntate Principis dependent.

Iam verò quod Caluinus adiungit, *aut mendax esse Dei Euangeliū, aut mendaces indulgentias, non integrum propositionem continent;* deest enim tertium membrum, aut Caluinus nescit, quid loquatur: Euangeliū enim non dicit, vt Caluinus interpretatur, in omni reconciliatione nobis offerri Christum, cum omni affluentia cœlestium bonorum, ita vt semper remittatur omnis reatus culpe, & pœnæ, tam sempiternæ, quām temporaria: si enim Euangeliū hoc doceret, pugnaret utique cum indulgentiæ. Et quia mendax Euangeliū esse non potest, id planè sequeretur, vt mendaces essent indulgentiæ. At Euangeliū dicit, in prima quidem reconciliatione, quæ fit in baptismo, hominem renouari Io. 3. & Tit. 3. Christo commori, & consepteliri, & resurge-re in nouam creaturam. Rom. 6. ac proinde nihil expiandum remanere, neque egere huiusmodi homines vllâ aliâ indulgentiâ, si forte continuò post baptismum, eos

de hac vita migrare contigerit. Cæterum, in secunda reconciliatione, quæ sit per sacramentum pœnitentia, Euangelium dicit, Christum offerri pœnitenti cum affluentia bonorum quidem cœlestium, sed non tantâ, ut continuò remittatur omnis reatus culpa, & pœna: sed ut post remissionem omnem culpam, & pœnam sempiternam, remaneat, pœnitentia, & satisfactio peragenda pro temporaria pœna expianda. Non enim reconciliationis hæc secunda, est regeneratio, & renouatio, sed est quasi medicinalis curatio, & baptismus quidam laboriosus, & secunda tabula post naufragium, ut sancti Patres passim docent, quos citauimus in libris, de pœnitentia. Quare, cùm in secunda reconciliatione, secundum Euangelium, relinquatur sæpenumero reatus aliquis pœna temporalis expiandus, locum suum habere possunt indulgentiæ, neque cum Euangeliu vñl ratio ne pugnant. Sed videamus, quomodo probauerit Calvinus, Euangelium in omni reconciliatione offerre nobis Christum cum omni affluentia bonorum cœlestium, ita ut semper tam copiosa merita eius applicentur, ut nihil omnino remaneat expiandum. Certè, nihil attulit, nisi testimonium Apostolicum, 2. Corinth. 5. Posuit in nobis verbum reconciliationis, &c. At in eo testimonio nulla sit mentio totius affluentia cœlestium bonorum neque applicationis omnium meritorum Christi, sed solum ex eo loco habemus, nos reconciliari Deo per ministerium seruorum Dei, qui ab illo potestate habent, quique legatione funguntur pro Christo: & per quos Deus nos exhortatur, ut reconciliemur, quandoquidem, Christus, qui peccatum non fecit, factus est pro nobis peccatum: id est, victima salutaris ad expianda peccata, ut nos efficiamus iustitia Dei in illo, id est, per ipsum verè, proprièque iustificemur. Sed quād latè pateat ea reconciliationis, & an ea semper relaxet omnem culpam, & pœnam, an aliquando solam culpam, & pœnam æternam, Apostolus non dicit, & ex aliis locis tum scripturæ, tum Patrum, satis aperte colligimus, post remissionem culpam, restare pœna temporalis reatum, vel propriis laboribus soluendum, vel per indulgentias condonandum: Non

igitur Euangelium est mendax, neque mendaces sunt indulgentiæ, sed Calvinus Euangelium mendaciter alle-gauit.

Pergit in ea sectione Calvinus, ac docet, vnde origo indulgentiarum fluxerit: Si quin, inquit, originem requiratur, hinc videtur hic abusus emanasse, quod cum iniungentur olim severiores satisfactiones pœnitentibus, quam ut ab omnibus fieri possent, qui pœnitentiâ sibi impositâ, grauari se ultra modum sentiebant, petebant ab Ecclesia relaxationem. Remissio, queratib⁹ fiebat, indulgentia vocabatur. Vbi autem satisfactiones ad Deum transulerint, ac compensationes esse dixerunt, quibus sedem in hac homines à iudicio Dei, simul etiam indulgentias eò traxerunt, & essent expiatoria remedia, que nos pœnu debitis liberent. Illas vero, quas retulimus, blasphemias tantâ impudentiâ confinxerūt, ut nullum pretextum habere queant.

In his verbis Tria quædam Calvinus affirmat, quæ nullo testimonio, nullâ ratione probare potuit. Neque enim ex historia antiquitat⁹, sed ex Lutheri somniis hauit, quæcumque hoc loco effutit. Primum igitur ait, iniungi solitas olim severiores satisfactiones, quam ut ab omnibus fieri possent, & relaxationem eorum, quibus supra modum grauati erant, indulgentiam esse nominatam. Quæro, ubi hoc legere, vbi didicerit? mitum silentium. Nos contrà legimus in antiquis Conciliis, indulgentias concedi solitas, non iis, qui se supra modum grauatos dicentes: sed qui pœnitentiam iniunctam, aliquanto tempore, studiose, libenterque peregerant. Concilium Ancyranum, can. 4. alias 5. Penes Episcopos, inquit, erit potestas, modum conversationis eorum (pœnitentiam) probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus adiuvare. Ante omnia vero, precedens eorum vita, & posterior inquiratur, ita eis impertiatur humanitas. & clarius, cap. 12. Modus pœnitentia in Episcoporum sit arbitrio, ut secundum conversationem pœnitentium, possint & extendere tardantibus, & minuere studiose festinantibus. Concilium Nicenum primū, can. 11, alias 12. cùm pœnitentiam lapsis præscripsisset annorum tredecim, addit: Ab omnibus vero illud præcipue obseruetur, ut animus eorum, & fructus pœnitentie attendatur: quicunque enim cum omni timore, & lacrimis perseruantibus,

Et operibus bonis conversionem suam non verbis solis, sed opere, & veritate, demonstrant, cum tempus statutum etiam ab iis fuerit impletum: nimirum primi tricennij, quæ inter audientes futuri erant, & orationibus, iam cœperint communicare, licebit Episcopo humano circos circa eos aliquid cogitare, id est, minuere aliquid de reliquo decem annis: qui vero indifferenter habuerint lapsum, & sufficere sibi, quod Ecclesiam introierint, arbitrantur isti omnino tempora statuta complebunt. Vbi clarissime vides, indulgentias dari diligentibus, negari negligentibus. Neque solum non est verum, quod Caluinus dicit, sed nec vlo modo verisimile: nam nec SS. illi Patres, satisfactiones iniunxissent feueriores, quam par esset, nec si forte aliquis supra modum grauatus fuisset, illum per indulgentiam, sed per iustitiam ab illo onere subleuassent. Quæ enim indulgentia est, demere onus iniuste impositum? Deinde affirmat idem Caluinus, satisfactiones illas pœnitentiarias postea ad Deum fuisse translatas, & inde factum esse, ut indulgentia credenteretur esse remedia expiatoria, quæ nos à pœnis meritis liberent. Hic etiam querimus, ut ostendant Caluiniani, quando satisfactiones pœnitentiariae non pertinuerint ad expiandas pœnas, iudicio Dei debitas. Nos enim legimus in antiquissimis patribus, per satisfactiones illas placati Deum, propitiari Deum, satisficeri Deo. Multa citauimus in libro de pœnitent. nonnulla etiam in lib. superiore, nunc vnius Cypriani testimonio contentus ero. Is igitur in serm. de lapsis, exhortans ad pœnitentia opera illos, qui iam resipuerant, & pœnitentiam agere cœperant, sed intercessione Martyrum cupabant sibi condonari reliquam pœnitentiam, inter alia sic loquitur: *Pœnitentia criminis minor non sit. Putasne tu Domnum citò posse placari, quem verbis perfidis abnusisti, cui patrimonium preponere maluisti, cuius templum sacrilegè contagi ne maculasti?* Et infra: *Pœnitenti, operanti, roganti potest de menter ignorare, potest in acceptum referre, quicquid pro talibus & petierint martyres, & fecerint sacerdotes, vel si quis plus ē (Deum videlicet) suis satisfactionibus moserit, si eius iram, si indignantur offendit iusta deprecatione placauerit, dat ille & armis tursum, quibus vietus armetur.* Et infra: *Quis sic Deo*

*sifecerit, quis pœnitentia facti sui, qui pudore delicti, plus & virtutis, & fides de ipso lapsus sui dolore conceperit, exaudiens, & adiutor a Domino, quam contristauerat nuper, letam faciet Ecclesiam, nec iam solā Dei veniam merebitur, sed coronam. Ex his habemus, nō semel, sed bis, terce repetitum, per labores pœnitentiaœ satisficeri Deo, & placari Deum. Non igitur nouum est, vt Caluinus videri volebat satisfactiones ad Deū referri. Sed quoniā radix totius Lutherani & Caluiniani erroris in eo posita est, quod negant, post remissionem culpam remanere pœnae temporalis reatum expiadū in hac vita, vel in alia, adducam aliud Cyprianum, quo manifeste docetur, etiam post hanc vitam remanere eiusmodi reatum. Sic igitur loquitur in Epist. 2. lib. 4. Conferens gloriam martyrij, quo reatus omnis continuo purgatur, & tollitur cum aliis generibus mortis, quæ non habent eam vim: *Aliud, inquit, est ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcorem non extra inde, donec reddat nouissimum quadrantem, aliud statim fidem, & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari dignoscere, aliud peccata omnia passione purgasse.* Haec ille, quæ si à Caluino auis maduersa, & credita fuissent, nunquam negasset, post remissionem culpam manere debitum luenda pœnae ac per hoc satisfactionem esse necessariam, & indulgentias, quæ satisfactionem condonant, liberare a meritis pœnis.*

Vltimo loco Caluinus dicit, nullo pœnitentiū excusari posse blasphemias suprà recitatas de satisfactionib⁹ factorum martyrum, quæ cum satisfactionibus Christi misceantur. sed nos contra existimamus, nullo pœnitentiū excusari posse Caluini temeritatem, qui propter aliqua testimonia perperam intellecta, ut suprà demonstrauimus, totam Ecclesiam reprehendit, & tam peruerso iudicio de his rebus censet, ut blasphemias vocet, quæ vera gloriam Dei continent maximam, nisi forte credendum sit, Christum eum honorem inuidere martyribus, quem ipse illis contulit. Sed de his satis, neque enim verbis, sed rationibus dimicare proposui.

CAPVT SEPTIMVM.

Refelluntur obiectiones Tilmanni Heshusij.

Tilmannus Heshusius in libro, quem inscriptit de sexcentis erroribus Pontificiorum, cùm multò iustius inscribi possit, de sexcentis mendaciis Lutheranorum, tit. 32. qui est de indulgentiis, quadruplici nomine exterminandas esse contendit: quod labefactent, ut ipse loquitur, quatuor præcipua capita doctrinæ cœlestis, videlicet de officio, & merito Iesu Christi: de vera penitentia, de sola fide iustificante, & de potestate clauium, tam autem frigidè, & insulſe probat, quæ dicit, ut nullo negotio refelli possint.

Quod enim ad Primum caput attinet, ponit hoc principium: *Christus sanguine suo expiavit peccata mundi.* id que probat ex illis verbis: *Hic est sanguis novi testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum.* Matth. 26. Item ex illis: *filius hominis venit in hunc mundum, non ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redēptionem.* (Grecè ἀντρος,) pro multis. Matth. 10. Item ex illis: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris,* &c. 1. Ioan. 2. Item ex illis: *In quo habemus redēptionem per sanguinem ipsius.* Ephes. 1. Itē ex illis: *Deus posuit in eo iniustitates omnium nostrum.* Isa. 53. Denique ex illis: *Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi.* Ioan. 1. Ex his testimoniorum nudè recitatis, concludit his verbis: *Cum ergo tam caro pretio redempti, & Patri recordati simus, que est illa impudenteria, & contumelia in Filium Dei, quod impostor ille promisit pro numerata pecunia, remissionem & meritarum panarum indulgentiam?* Et cum Christus satisficerit Patri pro rotius mundi peccatis, blasphemum est mendacium, quod singunt Pontificij, oportere fidèles pro suis peccatis satisfacere, sublatō errore de satisfactione spōte euaneſci figurémentū de indulgentiis. Hæc est prima Heshusij demonstratio, id est, antiqua Lutheranorum cantilena, millies à Catholicis refutata: fatemur enim, Christum pro nobis, & pro toto mundo integrè, imò plenissimè, Deo Patri satisficerit,

ut scripture allegataz, aliaque permulta nos docent: sed negamus, inde sequi, non debere fidèles pro suis peccatis, id est, pro reatu pœna temporalis expiādo, Domino satisfacere. sicut etiam fatemur, Christum nobis gratiā, & gloriam sanguine suo acquisuisse, ac promeruisse: & tamen debemus gratiā per fidem, & sacramenta querere, & gloriam, quasi palmam & brauium, certando, & currendo promereri. Apostolus enim omnibus dicit: *Sir currite, ut comprehendatis.* 1. Cor 9 & de se. *Bonum certamen certavi, cursum consummani, fidem seruavi, ideoque reposita est mihi corona iustitiae.* 2. Tim 4. Ratio autem horum omnium est, quoniam premium redēptionis, & satisfactionis à Christo persolutum, non prodest nisi ijs, quibus per certa media, sive instrumenta applicatur, quod etiam adversarij confitentur, & si negarent, nullam cauſam reddere possent, cur Pagani, Mahometani, Iudæi, ceterique infideles pereant, cùm Christus pro toto mundo satisficerit, & omnibus hominibus, & gratiam, & gloriam promeruerit. Itaque, præter illud principium, quod Heshusius ponit, Christum satisfecisse pro peccatis nostris, pondendum est hoc aliquid, eam satisfactionem nemini prodesse, nisi per certa media, & instrumenta applicetur, & tum remanet controuersia, quæ sint illa media. quam controuersiam Heshusius hoc loco non attigit, & ideo nihil omnino suis clamoribus efficit. Nos enim existimamus, premium sanguinis Christi, ijs qui ab infidelitate primū conuertuntur, applicari per fidem, & baptismū ijs autem, qui post baptismum, ad peccata redeunt, & crux à peccatis conuertuntur ad Deum, applicari per sacramentum penitentia, cuius partes sunt contritio, confessio, & satisfactio, Heshusius contra existimat, solā fidē applicari, vel certe per fidem, & baptismum. Sed nihil horum probat, nec probare potest, pleni sunt enim libri, tum Prophetarum, tum Apostolorum, tum etiam sanctorum Patrum testimonij, pro satisfactione, quam Deus, post remissam culpam, à nobis requirit. Et quemadmodum non est contumelia, vel blasphemia in Christum, dicere, premium sanguinis eius non prodesse infidelibus, nisi per fidem, & baptismum illis appli-

etur: ita non est cōtumelia, vel blasphemia, dicere, fide-
libus p̄c̄nitentib⁹ non prodesse, nisi per sacramentum
p̄c̄nitentiaē ac per hoc, per contritionem, confessionem,
& satisfactionem applicetur. Admissa autem necessitate
satisfactionis, dogma de indulgentijs facillimē consti-
tuitur. Nam, sicut premium sanguinis Christi non prodesse
ad remissionem culpaē, & p̄c̄nē seniternā, nisi per fidē,
& sacramentum applicetur: ita, sine villa Christi contu-
melia dici potest, idem premium non semper prodesse ad
remissionem totius p̄c̄nē temporalis, nisi per opera p̄c̄-
nitentiaē, vel per indulgentias applicetur. Quod autem
diximus, per opera p̄c̄nitentiaē, id est, per nostram satis-
factionem, premium sanguinis Domini, id est, eius satis-
factionem nobis applicari, non sic intelligimus, quasi
nostra satisfactio non sit veri nominis satisfactio, nam,
& vera satisfactio est, ut in lib. 4. de P̄c̄nitentia, demon-
strauimus, & simul tamen cum ea, & per eam Christi sa-
tisfactio nobis applicatur. Neque nostra satisfactio,
Christi satisfactioni adiungitur, quod illa per se non suf-
ficeret, sed quia voluit ipse nobis etiam gratiam satisfa-
ciendi tribuere, ut efficacitas sanguinis ipsius magis splen-
desceret, dum non solum ipse satisfaceret, sed etiam
membris suis virtutem satisfaciendi communicaret.

Porro, quod addit Heshusius, Pontisicem, pro numerata pecunia, peccata remittere, atque indulgentiam dare, mera calumnia est: neque enim Pontifices pecunias vllas pro indulgentijs exigunt, sed iubent eos, qui indulgentias consequi cpiunt, orare, jejunare, elemosynas facere, vel in communio pauperibus, vel in certum aliquod pium opus, vt in Basilicæ ædificationem, sed illud est frequenter, & hoc tempore solùm in vñi, vt elemosynas pauperibus in communione erogari iubantur.

CAPVT OCTAVVM

*Refelluntur aliae obiectiones eiusdem Tilmanni
Heshusij.*

VEnio ad SECUNDUM CAPUT argumenti Hes-
husiani, sic igitur ille pergit: *Objurant, inquit, Ponti-
ficij necessariam doctrinam de penitentia, commento indulgen-
tiarum. Cum enim docent, homines, pro suis peccatis, vel in hac,
vel in futura vita satisfacere, aut etiam impositas satisfactiones
pecunia redimere posse, extenuant peccati magnitudinem, parui
faciunt iudicium Dei aduersus peccatum, infillant animis ho-
minum securitatem, atque ita vera contritionis fundamenta
enervunt.* Hac illa, qui sine dubio aliquid diceret, si nos
doceremus, pro culpa, & poena sempiterna posse à no-
bis Domino satisfieri, id verò non dicimus, atque ea de
causa Theologi nostri disputant, necessariam fuisse in-
carnationem Filij Dei, quoniam tanta est magnitudo
peccati, ut non potuerit vlla pura creatura, ex rigore
iustitiae, pro peccatis hominum satisfacere Deo. Id igi-
tur solum docemus, post culpari remissam, posse homi-
nem iustificatum per gratiam Dei, satisfacere, Deo pro
reatu poenae temporalis tantum. Quod non solum non
extenuat, sed amplificat, mitum in modum, tum pecca-
ti magnitudinem, tum iudicium Dei aduersus pecca-
tum. *Quis enim nō miretur diuini iudicij securitatem,*
& ipsius peccati molem, si cogitet, Deum ab ipsis, etiam
filij suis, & amicis, Christi sanguine iustificatis, & re-
conciliatis, adhuc repetere poenas, pro delictis, vel in
hac vita, vel etiam in futura? Sed qui sunt, qui nobis ob-
ijciunt, quod peccati grauitatem extenuemus, & iudi-
cium Dei parui faciamus. Nemp̄ Lutherani, qui vsque-
deo peccatum extenuant, iudicaque Dei contemnunt,
ut nihil ad expianda peccata exigi arbitratur, nisi ut
credant ea sibi à Deo non imputari. Vtri igitur magis
peccatum extenuant, & Dei iudicia parui pendunt, Ca-
tholici, qui præter fidem, contritionem, confessionem,
& satisfactionem necessariam esse docent ad peccata

purgáda, an Lutherani, qui sola fide, sine vlo pœnitentia labore, purgari peccata cōtendunt? Simile est, quod de securitate addit Heshusius: nam si Catholici dicēnt, per satisfactionem, vel indulgentias, homines reddi seuros de salute æterna etiam si contritionem de peccatis nullam habeant, ne à peccato ad Deum conuerti velint, rectissimè diceret Heshusius, per inanem istam securitatem eueri fundamenta contritionis, & pœnitentiaz. At, non hoc dicimus, sed cum B. Augustino in lib. 2. de ciuit. Dei, cap. 27, inter errores pernicioſíssimos numeramus sententiam illorum, qui dicebant, eleemosynas, & similia bona opera, sine vera conuersione, & pœnitentia, sufficere ad salutem. Et verbis diſertis omnes Theologi nostri tradunt, satisfactionem, & indulgentias non prodere, nisi ijs, qui per veram contritionem, & reconciliationem iustificati, in gratiam à Deo recepti sunt. Neque etiam tunc ijs securitatem salutis pollicemur per indulgentiam, nisi sub conditione, si videlicet adſita auctoritas in concedente, status gratia in ſuſcipiente, & pietas, atque rationabilitas, vt h̄c loquatur, in caufa. Absolutè autē, ſpem bonam, & fiduciam pollicemur, iuxta illud Apostoli 1. Tim. 3. *Qui bene ministraverint gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide, que est in Christo Iesu.* Est autem mirum, quod Heshusius securitatem nobis obijciat, cūm alioqui nos, vt plurimum reprehendant Lutherani, quod dubitationē, & metum persuadearum nostris, cūm ipſi contrā doceat ſuos, vt certissimē credant, ſe iustos eſe, & ſaluos fore, atque iplam fidem de propria iustitia, fidem iustificantem, & Catholicam eſe velint.

Supereft T E R T I V M C A P V T . argumenti Heshusij, quod his verbis ipſe perſequitur: *Sepelunt quoque doctrinam, inquit, de fide, ſeu fiducia in mediatorē Iesum Christum: ſi enim remiſſio pœnaru pecunia emi potest, non eſt necesse credere in filium Dei Iesum Christum.* Et tota scriptura clamat, qui nō credit in filium, vīta nō videbit, ſed in Dei manet super eum. Ioan. 3. Hæc videlicet eſt illa insolubilis demonstratio, ob quam ita ſe iactat, & triumphat Heshusius. Et quidem doctrinam de vera fide, & fiduciam in Christum non

solum nō ſepeliunt, ſed etiam eniteſcere, atque emittere faciunt indulgentiaz. Si quidem fundamen tum habet in theſauro meritorum Christi, & non proſunt niſi veris fidelibus, & per fidem veram, & viuam iuſtificatis. Quare, absurdā & inepta eſt illa conſequenția: Per indulgentias, vel per opera ſatisfactoria, quales ſunt eleemosynæ pecuniariez, redimuntur peccata ab ijs, qui credunt in Christū & meritis ipſius, ac ſatisfactione nituntur: igitur non eſt necesse credere in filium Dī Iesum Christum. Fateor tamen, per ſatisfactiones, & indulgentias, verè ſepeliri doctrinam de ſola fide, ſeu fiducia iuſtificante, quam fidem, ſeu fiduciam inanem, & falſam, & non tam iuſtificantem, quām ſub ſpe iuſtificationis animas deludentem, ac ſeducentem, eſſe, alibi demonstrauimus. Quod autem Heshusius dicit, pecuniā redimi pœnaru remiſſionem, ex Catholicorum ſententia, verum eſt in eo ſensu, quod Daniel Regem quendam admonuit, *peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum.* Daniel. 4. nimirū exiſtimamus, per eleemosynas, vt etiam per ieiunia, aliaque pia opera, præ fertim laborioſa, & pœnalia, remittit pœnas temporales, quæ remanent poit culpat remiſſam, vt & iam ſpediū eſt.

Quartum caput argumenti, quo probandum erat, per ſatisfactiones, & indulgentias labefactari doctrinam de potestate clauium, Heshusius non adſcripit, an obliuione, an alia de cauſa, incertum eſt: ſed hanc iacturam meliori compensatione resarcuit: adiunxit etiam aliq[ue] aduersus indulgentias pro defunctis. *Quod fingant, inquit, indulgentias per modum ſuffragij valere pro mortuis,* pugnat cum diſco Christi, qui non credit in filium, iam iudicatus eſt. Ioan. 3. Item: *Omnes nos maniſtari oportet ante tribunal Christi, ut referat uniusquisque ea, quæ gſiū in corpore, ſine bonis ſive malis.* 2. Cor. 5. Item: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Apoc. 14. *In felices ergo, & quibus nulle indulgentia proſuit, qui in Domino non moriuntur. Sanctorum meritis confidere, blaſphemū, & contumeliosum eſt in filium Dei.* Mirabilis ſane Dilactica Heshusij, per quā ſine medio termino, quid liber ex quo libertatē licet colligere. *Quin non credit in filio Dei, iam iudicatus*

124 Cap. 8. De Indulgentijs. Lib. II.
est: igitur indulgentie per modum suffragij defunctorum valere non possunt. Sanusne est, an delirat, qui ita colligit? Fatae inur, indulgentias nullo modo prodeesse ijs, qui sine fide in Christo decesserunt, qui iuxta verbum Domini, iudicati, id est condemnati sunt. At non inde sequitur, non prodeesse ijs, qui cum fide, spe, & caritate migrarunt. & adhuc tamen in locis purgatorijs degunt, de quibus sic loquitur S. Aug. hom. 16. ex libro 50. homiliarum: Qui temporalibus penitentia digna gesserunt, per ignem quendam purgatoriorum transibunt, de quo Apostol. inquit, saluus erit, sic tamen quasi per ignem. At, inquit Heshusius: Omnes stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque ea, que gessit in corpore, siue bonum, siue malum: non igitur aliquid mortuis profutus indulgentia, aliisque suffragia. Respondeo, mortuos quidem ea tantum recipere, que gesserunt in corpore, sed eos, qui in fide, spe, & caritate usque ad finem perseverarunt, id egisse in corpore, ut post mortem suffragijs, atque indulgentijs iuuari possent, contra autem eos, qui in peccatis letalibus usque ad mortem permanecerunt, id egisse in corpore, ut eis post mortem, neque indulgentiae, neque suffragia villa prodeissent. Sic enim loquitur. S. Aug. in Enchir. cap. 109. Neque negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevare, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosyna in Ecclesia fuit: sed eis haec profunt, qui, cum vivuerint, ut hec sibi prodesse possent, meruerunt. Est enim quidam vivendi modus nec tam bonus, ut non requiratur ista, nec tam malus, ut eis non profutus ista post mortem. & infra: Non igitur ista, que pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolice sunt aduersa sententiae, quia dictum est, omnes stabimus ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea, que, per corpora gessit. siue bonum, siue malum, quia etiam hoc meritum sibi quisque, cum in corpore viueret, comparauit, ut eis possent ista prodeesse. Non enim omnibus profunt: Et quare non omnibus profunt? nisi proper differentiam vite, quam quisque gessit in corpore? Hæc ille. Ad locum autem Apocalypsis, respondemus, eos qui in Domino, omni ex parte moriuntur, quales sunt martyres, quos eo loco præcipue Ioannes Apostol. consolatur, planè beatos esse, acque indulgentijs, aliisque suffragijs indigere;

Cap. -- De Indulgentijs. Lib. II. 125
ac de his hunc locum exponunt S. Ambrosius, Haymo, Ansbertus, & Richardus de S. Victore, eos autem, qui nulla ex parte in Domina moriuntur, quales sunt homines perditi, qui sine gratia Dei, & iustificatione dedunt, infelices omnino, ac miseris esse, neque indulgentias, aliaque suffragia eis prodeesse. Sed inter hos quidam sunt medijs, ut paullo antea, ex Augustino didicimus qui partim in Domino, partim non in Domino moriuntur: in Domino quidem, quia cum fide, spe, & caritate de hac vita dedecunt: non in Domino, quia maculae veniales, vel reatus pena temporalis adhaerent, ob quæ purgatione, atque expiatione indigeant. Isti igitur nec tam perfecti sunt, vt continuò requiescant à laboribus suis, neque suffragijs Ecclesiaz, vel indulgentiis opus habeant, nec tam sunt imperfecti, vt requiem, à poenis, & laboribus non expectent, vel ut indulgentijs, ac eleemosynis, aliisque suffragijs reuelari non possint. Neque mirabitur, nos dicere, aliquos mori partim in Domino, partim non in Domino, qui apud S. Augustinum, lib. 3. ad Bonifacium, cap. 3. legerit, homines eodem propter gratiam Dei, quam habent, esse filios Dei, propter peccata venialia, quibus non parent, esse filios huius seculi. Illa denique Heshusij postrema conclusio, Blasphemum, & contumeliosum esse in filium Dei, sanctorum meritis, fidere, vnde colligatur, omnino non video. Nam neque ex proximè dictis verbis nascitur, neque ad rem propositam ullo modo facit. Sed iam dictum est, secundum nouam Heshusij logicam, quid liber ex quolibet colligi posse, tantum autem abest, ut fidere sanctorum meritis, sit vel blasphemum, vel contumeliosum in Dei filium, ut sit filio Dei per honorificū, & gloriosum. quid enim sunt sancti, nisi palmites fructuosi eius nobilissimæ virtutis, que dicit in Euangelio. Ego sum vita, & palmites, & quoniam palmites omnem virtutem suam ex vite trahunt, certè omnis palmitum gloria in vitem redundat. Itaque cum sanctorum meritis cōfidimus, Christo confidimus, sine quo, illi nihil facere possunt. Neque ita confidimus sanctorum meritis, ut ab illis gratiam vel gloriam expemus, sed solum, ut sepe diximus, ut per eorum sati-

factiones nobis communicatas à reatu pœnæ temporali liberemur, vel eorum intercessione, à Deo per Christum varia beneficia consequamur.

CAPUT NON V M.

Respondeatur ad primum caput disputationis Martini Kemnitij de indulgentijs.

MARTINVS KEMNITIVS in quarta parte ex-minis Concilii Tridentini, discutiens decretem Consilii de indulgentiis, quod habetur in ultima sess. longissimam, id est, verbofissimam, more solito, de indulgentiis disputationem instituit, eam nos hoc loco refutare aggredimur, ac, Deo benè iuuante, non magno negotio fraudes eius & mendacia detecte, & argumenta, si quæ erunt alicuius momenti, breuiter, & dilucidè refellemus. Sed illud initio lectorum admonitum volo, nolle me tempus terere in recitandis iis, quæ Kemnitius, vt librum suum pleniorum faceret, ex libris Catholicorum descriptis, quæ plurima sunt, vt canones omnes pœnitentiales, quos ex Conciliis, ex Burchardo, & ex Gratiano in medium attulit. & alia id genus. Item, nolle me repetere refutationē aliorum errorum Lutheranorum, qui passim à Kemnitio inculcantur, quamvis ad rem præsentem non faciant. Saris enim multa tum in libris aliorum Catholicorum, tum etiam in nostris extant, vnde errores illi plenissimè confutentur. Denique, nolle me verbis sine necessitate contendere, neque conuicia, & contumelias, quibus Catholicos passim aspergit, referre & retorquere, quod longissimum esset, nisi aliquando eius nimia impudentia nos cogat aliquid dicere. Igitur, duo tantum in hac discussione Kemnitianæ disputationis præstare mihi propositum est, vt notem quæ falso Kemnitius nobis imponit, & argumentis eius aduersus indulgentias perspicue solidèque respondeam. In primo capite disputationis sua Kemnitius, id est, pag. 215. in editione Frantofordensi, in 8. statum quæstionis exponit, quid vide-

licet illud sit, quod nomine indulgentiæ in hac disputacione accipiatur. Vbi multa sunt, quæ perperam ab illo dicuntur, vt caussam Catholicorum odiosam reddat.

Primum miratur, cur Tridentinum Concilium, si Pontificias indulgentias non prorsus damnare, & abijcere volebat, non saltem earum mentionem sepelierit, vel approbationem suspenderit: cùm toti orbi, at quo adeo ipsis Pontificiis notum sit (vt ipse loquitur) impudentem, & impiam indulgentiarum nundinationem, à multis doctis, & piis virtus deploratam, & reprehensam fuisse. Sed non est cur miretur: nam Concilia Ecclesiæ Catholicæ, quale Tridentinum fuit, non solent dogmata quotannis mutare, vt Lutherani faciunt, neque circumferri omni vento doctrinæ. Concilia vetera Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, vt suprà ostendimus, indulgentias approbarunt, abusus, qui fortè irrepserant, condemnantur. Idem omnino Tridentinum Concilium fecit; neque tribuendæ sunt Ecclesiæ Catholicæ, si quæ irreputant ex cupiditate prauorum hominum corruptelæ in cultu religioso, præsertim cùm non solum pii, & docti viri, sed ipsa, etiam Concilia vigilent aduersus eiusmodi corruptelas. Neque id Kemnitius ignorare potest, cùm in hac ipsa disputatione, pag. 332. referat Decretum Cōcilii Lateranensis, & pag. 345. Decretum Concilii Viennensis aduersus abusus, qui in indulgentiarum prædicatione admisceri coepérant. & ipse idem, pag. 213. integrè recitet Decretum Concilii Tridentini, quo damnantur, & prohibentur superstitiones & abusus omnes, & nominatim praui quæstus, vnde plurimum in Christiano populo abusuum caussa fluxit. At non sunt tollendi boni vius, vt destruantur abusus: neque specie reformationis Ecclesia funditus cuertenda est, vt Lutherani, & Calviniani facere moluntur. sed non mentitur qui ait: Tu es Petrus & super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, & porte inferi non præualebunt adversus eam. Math. 16.

Secundo, Idem Kemnitius, pag. 218. dicit, ex sententia Catholicorum, temporalem pœnam, quæ remanet luenda, post remissionem culpam, in sacramento pœ-

nitentiae maiorem esse, quam ut à quoquā hominum in hac vita exoluī possit. Sed hoc falso nobis imponit, neque nullum scriptorem Catholicum inueniet, qui hoc dicat: Imò verò Catholicī Theologi docent, non solum posse hominem iustificatum satisfacere Deo pro debito poenae temporalis, sed etiam id posse ex cōdigno. Vide præter ceteros, Dominicū à soto in 4. sentent. dist. 19. qu. i. ar. 4. Porrò, falso ista dogmata nobis Kemnitius adscribit, ut videamur super falsis fundamentis inniti, cum docemus, in purgatorio poenas dari à spiritibus defunctorum, & tum in hac vita, tum in alia, indulgentias locum habere.

Tertio, ibidem Kemnitius dicit, Catholicos docere, diuinam iustitiam maiores adhuc poenas exigere, quæ in purgatorio luendæ sint, etiam si canonica penitentia in hac vita plenè exoluatur. Sed hoc etiam falso Catholicis imponi certissimum est: tunc enim solum maiores poenas Deus exigit, quando penitentia canonica iniuncta est minor, quam par eset: sed si iniungatur æqualis, ut plenè iniungi potest, & ea plenè exoluatur, nihil in purgatorio soluendum superesse, omnes Catholicī docent, ut videre est apud S. Thomam, aliosque Theologos in 4. dist. 10.

Quarto, Kemnitius pag. 119. dicit, satisfactiones ex thesauro Ecclesiæ per indulgentias applicari illis, qui eas, vel pecunia, vel alijs operibus redimunt, atque hæc esse Catholicorum, doctrinam & paulo infra dicit ex sententiā Catholicorū indulgentias licitantibus, & redimentibus dispensari. Sed hæc meræ sunt calumniae, & imposturæ, elemosynas quidem, aliaque pia opera Pontifex maximus solet iniungere, cum indulgentias tribuit, non tamen ut emantur indulgentiae: neque enim ea pecunia ad Pontificem, sed ad pauperes peruenit, sed ut exerceantur in operibus bonis Christi fideles, & ut aliorū liberalitate, misericordiæ inopiaz succurratur.

Quinto, In eadem pag. Kemnitius dicit, ex sententiā Catholicorum, thesaurum Ecclesiæ constare ex operibus bonis sanctorum, quæ ipsis ad promerendam, & consequendam salutem necessaria non erant, quæ vo-

antur opera supererogationis. Item, ex passionibꝫ eorumdem, quæ ipsis ad propria delicta purganda opus nō fuerant. Sed ut hoc postremum de passionibꝫ est vetum, ita illud de operibus supererogationis est falsum. Neque enim nullus Theologorum est, qui scriperit, thesauro Ecclesiæ contineri opera meritoria supererogationis. Illa enim opera, quamvis supererogationis fuerint, tamen suo præmio non caruerunt, atque ideo nulla ratio finit, ut alijs applicari possint. Vocant quidem aliqui opera supererogationis, passiones sanctorum, ut satisfactorias ipsis minimè necessarias; sed nos de re ipsa, non de nominis litigamus. Sed hæc non sine causa finguntur à Kemnitio: scilicet enim Lutherovalde odiisse opera supererogationis, ut ipsum etiam vocabulum ferre non possint. Inde igitur existimauit vel hoc ipso indulgentias fore inuisas, & execrandas, si ex operibus supererogationis sanctorum fluxisse dicerentur.

CAPUT DECIMVM.

*Respondetur ad secundum caput disputationis
Kemnitii.*

In secundo capite disputationis suæ, Kemnitius demonstrare conatur, indulgentias, ut à Catholicis accipiuntur, non habere fundamentum in scripturis, imò pugnare cum præcipuis capitibus doctrinæ Christianæ. Primum igitur profert multa scripturæ testimonia, quibus probat, per Christum nobis peccata remitti. Sed hæc non egent villa solutione, cum non pugnant aduersus indulgentias, neque à nobis negantur, & solum ad impendas paginas adferantur.

Secundo profert argumenta negantia, quod videat scripturæ non dicant, quod nostris operibus possimus Deo satisfacere, quod sint aliquæ poenæ purgatorij, quod sit thesaurus aliquis operum supererogationis, quod soli Petrus traditæ claves regni celorum, quod sacerdos absoluens debeat imponere penitentias, &

quod Bullæ indulgentiarum fieri debeant, &c. Et addit adeo hæc vera, ut Durandus, Antoninus, Roffensis, & Silvester fateantur, indulgentias non posse probari ex scripturis, sed ex sola Ecclesiæ Catholicæ auctoritate. Sed huius argumenti magna ex parte falsum est antecedens, & omnino mala consequentia. Falsum est, in scripturis nō haberi, quod operibus nostris possimus satis facere Deo, cum scriptū sit Dan. 4. *peccata tua eleemosynis redime*. Luc. 11. *Date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt vobis*. Proverb. 16. *Misericordia & veritate, redimitur iniquitas*. Falsum est, scripturas nihil habere de penitentiis purgatorii, cum scriptum sit 1. Cor. 3. *Ipse autem saluus erit, sic tamen, quasi per ignem*. & Luc. 12. *Non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem*. & Matth. 12. *qui dixerit verbum in spiritu sanctū, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro*. Falsum est, nihil in scripturis tradi de operibus supererogationis, quamvis, vt suprā diximus, nō pertineant hæc opera ad indulgentias, quid enim est, quod ait Dominus, Luc. 10. *Si quis supererogaveris, ego cùm reddero, reddam tibi*? Et nonne B. Paulus 1. Cor. 9. testatur se potuisse vivere quæcere ab ijs, quibus Euangelizabet, vt Apostoli ceteri quærebant, & tamen maluise proprijs manibus laborare, quod fuit opus supererogationis, interpretum omnium testimonio? Falsum est, in scripturis nihil dici de clauibus soli Petro traditis; cùm disertis verbis Dominus dicat, Matth. 16. *Beatus Simō Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in celis est, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiā meam, et portæ inferi non preualebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni celorum*, & quoniamque solueri super terram, erit solutum & in celis, & quoniamque ligaueris super terrā, erit ligatum & in celis. Falsum est, in scripturis non haberi, sacerdotem absoluente debere imponere penitentiam: nam cùm in scripturis sacerdos fiat iudex, qui debeat soluere, velligare, remittere vel retinere peccata; certe etiam debet ita reos absoluere, vt iustiū satishat; ac proinde soluere à culpa, & ligare ad penitentiam, pro modo culpa subeundam. Sed de his omnibus suis locis disserimus. Quod ultimò dicebatur de Bullis indulgen-

tiarum, non habetur quidem in scripturis in particula- ri, sed habetur in communi: dum enim tribuitur Pontifici maximo potestas ligandi, & soluendi, quicquid ligandum, soluendumque iudicauerit, nō dubium est, quia sit etiam eidem attributa potestas soluendi reatu penitentis post culpam remissam, & ea de re scriben- di litteras, quæ Bullæ vocantur, quibus ea confessio contineatur. Sed etiam si nihil horum scriptum esset, non tamen sequeretur, indulgentias non nisi auctoritate Ecclesiæ Romanae: possent enim nisi auctoritate di- uina, cognita per traditionem Apostolorum, quomodo alia non pauca, & præter cetera, numerum sacrorum librorum, ac præsertim Euangeliorum, non ex aliqua scriptura, sed traditione Apostolica, & Ecclesiæ au- toritate habemus. Neque enim Ecclesia usum indulgen- tiarum concedendarum per se excogitauit, sed à maio- ribus accepit. cuius rei signum est, quod non possunt Aduersarij, huius consuetudinis ullum assignare prin- cipium. Atque hoc sibi volunt Durandus, Roffensis, Antoninus, & Silvester, quos Kemnitius allegat, nimirum affirman, non haber in scripturis expressam mentio- nem indulgentiarum quamvis fundamenta non desint, vnde perspicue colligantur. Sed sufficere ad eas etiam sub hoc nomine defendendas, Ecclesiæ auctoritatem, quæ non tam constanter indulgentias prædicaret, & in Concilijs cœcumenicis approbarer, nisi diuinitus tradi- tam sibi potestatem huiusmodi, non ignoraret.

Sed Obiicit Kemnitius sanctum Augustinum, quilib- 3. contra litteras Petilianæ, cap. 6. ita scribit: *Siquis de qua- cinque re, que pertinet ad fidem vitamque nostram, si vel Angelus ē celo vobis annunciauerit, præterquam quod in scripturis le- galibus & Euægelicis accepisti, anathema sit*. Nos autē ipsum eundem sanctum Augustinum respondentem adduce- mus, ipse enim tract. 9. 8. in Ioann. scribit, illud (præter- quam) nō significare (plusquam) sed (contra quam). Nō ait Apostolus, inquit Augustinus, plus quam accepisti, sed præ- terquam quod accepisti. Nam, si illud diceret, sibi ipsi præindica- ret, qui cupiebat venire ad Thessalonicenses, vt suppleret que illorū fidei defuerunt: sed qui supplet, quod minus erat, addit, non quo- I ij

inerat, tollit, qui autem preterreditur regulam fidei, non accedit in via, sed recedit de via, &c. Non igitur anathema dicitur iis, qui credunt aliquid, quod non inveniuntur expressè scriptum in sacris litteris, sed iis, qui credunt aliquid, quod repugnat sacris litteris. Nam idem Augustinus, lib. 2 de Baptismo contra Donatistas, cap. 7. *Multa, inquit, non inveniuntur in litteris Apistarorum, neque in Concilio posteriorum, & tamen, quia custodiuntur per universam Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita, & commendata creduntur.* & lib. 4. cap. 24. *Quod universa tenet Ecclesia, nec Cöciliis institutum, sed semper retinet est, non nisi auctoritate Apostolica traditum, reliquias creduntur.* Denique lib. 1. contra Cresconium, cap. 33. *Quamuis, inquit, huius rei de scripturis canonici non preferatur exemplum, earundem tamè scripturarum, etiam in hac re à nobis tenetur veritas, cum hoc facimus quod universa iam placuit Ecclesia, quamvis ipsarum scripturarum commeditauctoritas, Ab hoc igitur loco depulsus kemnitius, aggreditur demonstrate, indulgentias repugnare scripturis. Non rhetorici, inquit, declamationibus, sed iusta tantu indicatione simpliciter per caput aperientium, & considerandum proponam, quemadmodum in indulgentiis pugnant, i. Contra meritum, & satisfactionem Christi. II. Cötra gratuitam & plenariam remissionem Dei. III. Cötra claves regni celorum. IV. Contra fidem. V. Contra doctrinam de bonis operibus. VI. Quod talis nundinatio in scriptura iamdudùs dñata sit.*

Ac Primum quidem Caput solo mendacio nititur: dicit enim nos docere, Christum culpam quidem nostram omnia, sed non totam pœnam peccatorum nostrorum, in se suscepisse. ac deinde probat id esse falsum ex scripturis, Isa. 33. Gal. 3. Deut. 18. At mendacium esse manifestum, à Catholicis doceri, Christum suscepisse purgandam omnem culpam, sed non omnem pœnam, vel ex eo potest intelligi, quod intelligentia ex nostra sententia nituntur thelauro passionis Christi, qui satisfecit Deo Patri plenissime pro reatu culpe, & pœna temporalis, & æternæ omnium peccatorum. Si per indulgentias dicimus applicari nobis satisfactionem Christi, pro reatu pœna, quomodo potuit in mente kemnitii cadere, nos dicere, Christum non satisfecisse pro pœna?

Secundum Caput, id est, pugnare indulgentias cum gratuita, & plenaria remissione Dei, probat ex scripturis, nihil ad rem nostram facientibus: adducit enim illa testimonia: *Qui credit in filium Dei, non iudicatur.* Ioan. 3. *Ei in iudicium non venit.* Ioan. 5. *peccatorum eius non recordabor.* Ezechiel. 18. *omnia peccata nostra projicit in profundi mari.* Michæl 7. & similia. Nam hæc testimonia probant quidem, reconciliari peccatorem Deo, sed an tota pœna, peccatis debita semper remittatur, non docent. Nos enim supra demonstrauimus ex lib. 2. Reg. cap. 11, dictum esset Davidi penitenti: *Dominus transfluit peccatum tuum,* & tamen expeditam ab eo pœnam, mortem filij quam vt auerteret David, ieiunavit, oravit, & fleuit, &c. Sed Kemnitius adducit similitudinem ab humana consuetudine. *Cuius, inquit, & manifestum est, si quis priuatus ita dimitteret offensam proximo, ut nibilominus vindictam aliqui expetere, & supplicium aliquod de ipso sumere vellet, talem, ut nō ex corde remisentem peccata, graniter à Christo reprehēdi.* *Quafidē igitur talem remissionem ipsi Deo tribueremus? Certe si culpam, hoc est, debitum omne remisit, non habet causam exquirendi pœnas.* At similitudo in ipsum retorqueri potest: nā qui iniuriam accepit, & vel in facultate, vel in fama, vel in ipsa persona laesus est, sic potest, ac solet ordinariē offensam dimittere, & in gratiam recipere cum, quilibet, vt ramen detrimentum compensati, & refarciri sibi velit. & quamvis priuati homines nullam interdum compensationem in iniuria querant, iudex tamen pœnam ab eo, qui iniuriam fecit, repetere, & vindictam sumere solet. Sic igitur Deus, qui non solū pars offensæ, sed etiam iudex est, remittit quidem culpam, cum penitentes in gratiam recipit, sed pœnam totam non semper remittit, vt exemplo Davidis ostendimus. Neque hoc repugnat illis verbis Domini, Matth. 18. *Omne debitus dimis' tibi, quoniam rogasti me, &c.* Nam omne debitus intelligitur omnis culpa, non omissis pœna: comparat enim Dominus, eo loco, peccata cum debito pecuniario, & loquitur de remissione offensarum, quatenus ex gignit inimicitias. Itaque exemplo suo Dominus, qui penitentibus peccata ita remittit, vt eos viceret in gratiam, & I. iii

amicitiam suam admittat, admonet homines, ut ex corde remittant iniurias proximis, eosque verè diligent, id enim significat illa sententia: *Sic & Pater meus faciet vobis si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Quibus verbis, ut S. Hieronimus in commentario docet, omnis simulatio fictæ pacis evertitur. Sed nihil impedit, ut diximus, quo minus satisfactionem iustam exigere possit, quia fatus est, etiam si eum, qui læsit, ex corde diligere, nec solum non lèdere, sed etiam protegere deinceps velit.*

Tertium Caput, quod videlicet indulgentiæ pugnent cum doctrina de clauibus regni cælorum, non probat Kemnitius, nisi verbis ludendo: *Christus, inquit, dicit quicquid solueritis, erit solutum, & quorum remiseritis peccata, erunt remissa. Romane indulgentie contradicunt, quicquid Christi claves soluunt, hoc Pontifex Romanus suis paenit retinet, & ligatum mittit ad paenas, vel in hac vita, vel in purgatorio exoluēdus. Hæc non sunt argumenta, sed nūge: nobis autem nō libet in re seria ludere. Porro, Christus non solum dixit quicquid solueritis, erit solutum. Sed etiam: quicquid ligaveritis, erit ligatum. Itaque Pontifex non ligat quod Christus soluit, sed, sicut potest soluere, ita potest ligare: ex hac potestate ligat ad penam subeundam, quos à culpa absolvit. Neque contrarium potuit. Kemnitius probare, nec poterit.*

Quartum caput, quod indulgentiæ pugnant contra fidem iustificantem, non probat kemnitius, nisi hoc argumento, quod scriptura, Rom. 3. & 4. & 11. & Ephes. 2. ita solam fidem in iustificationis negotio requirat, ut excludat etiam opera legis, quæ Deus ipse mandauit. Indulgenciæ verò iustificationem tribuant commentijs operibus, ut peregrinationibus, ad hanc, vel illam Ecclesiam visitandam. Sed hoc argumentum totum ex mendacijs, & imperitiis constat: nam, ut omitteram, quod non excluduntur à iustificatione opera bona, quæ nascentur ex fide, & gratia Dei: sed illa tantum, quæ fiunt solis viribus naturæ, ut in libris de iustificatione, docuimus. Non dicimus, per indulgentias homines iustificari, imò docemus, non dari indulgentias, nisi

iustificatis. Id quod vel à suo Patriarcha Lutheru Kemnitius discere potuisset. Lutherus enim hoc asserit, indulgentias non iustificare, & nos admisisimus, esse vetum. Præterea, cùm indulgentiæ ex Catholicorum sententia non iustificant, multò minus tribuere poslunt iustificationem operibus commentijs. Ad hæc, opera illa, quæ accepturis indulgentias iniunguntur, valde temerè commentitia à Kemnitio nominantur: peregrinationes enim ad loca sacra, orationis caussâ præcipi solent, quibus, ordinari, ieiunia, & eleemosynæ adiunguntur. Ista autem omnia multis scriptarum testimonij commendantur, ut præsertim. Tob. 12. Matth 5. & 6. & alibi pañim. Denique, istis ipsis operibus non tribuimus effectum indulgentiarum, quem falso iustificationem appellat Kemnitius: effectus enim indulgentiarum, est relaxatio pœnæ temporalis, qui effectus potissimum tribuitur meritis Christi, ut in libro superiori docuimus. Quare cùm omnia pene verba Kemnitiani argumenti falsa sint, certè non potest vlo modo esse vera conclusio.

Quintum caput, quod indulgentiæ pugnant cum operibus bonis, probat Kemnitius ex locis scripturar, quibus ipse censet refelli opinionem de operibus supererogationis, in qua opinione fundari existimat indulgentias. Locis sunt hi. Luc. 17. Cùm omnia feceritis, dicate, serui inutiles sumus, quia quod debuimus facere, fecimus. Matt. 25. dicentibus fatus virginibus, date nobis de oleo vestro, responderunt prudentes, ne forte non sufficiat nobis, & vobis, jite potius ad vendentes, & emite robis. Sed hoc argumentum nititur falsis principijs, non minus, quam præcedens. Neque enim fundamentum indulgentiarum ponitur à Catholicis, in operibus supererogationis sanctorum, sed in satisfactionibus, quæ ipsis necessariae non sunt: nam etiam opera imperata à Deo, satisfactoria esse possunt, & non necessaria ijs, à quibus fiunt in ratione satisfactionis. Si Tyrannus instet, ac supplicia, & mortem cōminetur, nisi fidem abneges, non est opus supererogationis, sed planè debitum, & necessarium. fidem non negare, sed confiteri, & perferte supplicium, & tamen, opus illud non solum est meritorium gloriae, sed etiam satisfactorium pro reatu pœnæ,

quem reatū fieri potest, vt non haberet, qui supplicia illa perficerbat. Nec tamen Kemnitius refellere potuit opera supererogationis, nisi de prauādo scripturas: Non enim Dominus ait, Luc. 17. *Cum feceritis omnia, dicite, serui inutiles sumus*: Sed ait: *cum feceritis haec omnia, que precepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus, quod debemus facere, fecimus*. Itaque illi dicuntur inutiles, qui nihil faciunt, nisi quod eis preceptum est, & quod facere debet. Ex quo sequitur, vt qui faciunt aliquid amplius, quām teneantur, vt qui se castrant propter regnum celorum, id est, perpetuam continentiam seruant, & qui dant omnia pauperibus, vel alia id genus non imperata faciunt, serui viles dici debet. Neque hæc mea, sed sancti Ambrosij explicatio est, qui in libro de Viduis, tractans hunc locum, sic ait: *Hoc virgo non dicit, nimisrum seruus inutilis sum, hoc non dicit ille, quibonâ sua vendit, sed quasi reposita expectat premia, sicut sanctus > postolus ait, Ecce nos reliquissim omnia, & secundum sum' te quid ergo erit nobis? non enim quasi inutilis seruus, quod debuit facere, fecisse se dicit, sed quasi utilis Domo, qui commissa fibita lenta, quesitus multiplicauerit viri, mercede fidei, atque virtutibz beneſibi conscius, meritorumque, securus expectat illud verò Matth. 25: *date nobis de olio vestro, & ne forte non sufficiat nobis, et vobis, non ad exclusionē operum supererogationis, neque communicationis satisfactionum pertinet, sed ad exclusionem communicationis iustitiae, & meritorum: significatur enim per eam parabolam, eos quibus in hac vita extincta fuerit lampas caritatis, & operum bonorum, & qui in eo statu de vita migrauerint, frustra imploratueros merita sanctorum. Nam vt dicitur Ezech. 18. *iustitia iusti super eum erit, et impietas impij erit super eum, & Gal. 6. unusquisque onus suum portabit, & Rom. 2. Redde Deus unicuique secundum opera sua, atque adhuc significandum, in ea parabola dicentibus fatui Virginibus, Domine, Domine aperi nobis, respondentur à Domino: Amen, Amen dico vobis, nescio vos.***

Alia testimonia Kemnitius adducit ad probandum, opera nostra non esse sine peccato, sed ea nihil ad propositum faciunt, & sunt à nobis omnia diligenter explicata in libro de iustificatione.

Sextum Caput, quod indulgentiæ sint expressè damnatae in scripturis sanctis, probat Kemnitius ex 2. Epistola B. Petri, capit 2. *In avaritia filii verbi de vobis negociabuntur. Item: libertatem alios pollicentur, cum ipsi sint servi corruptionis, & Act. 8. pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecuniâ parari. Ex his duobus locis concludit suum argumentum in hæc verba Kemnitius: *Hoc est ipsissimum indicium Spiritus sancti de indulgentijs Pontificis, quæ conclusio indicat, incredibilem fuisse ipsi Kemnitio libidinem maledicendi, etiam aduersus propriaam conscientiam. Nam ignorare non potest abusum quæstuariorum, quibus vtcunque accommodari possent verba sancti Petri, vt ea Caetanus accommodat, Romanis Pontificibus, adeò semper displicuisse, vt eos publicis constitutionibus damnauerint, & prohibuerint. Si quidem ipse idem Kemnitius referat ad verbum, Decreta de hacre Innocentij III. Clematis VI. & ipsius Synodi Tridentinæ, quæ igitur conscientia: quæ fronte: non solùm hoc loco, sed passim in tota disputatione, Romanis Pontificibus tribuit, quæ à Romanis Pontificibus damnata, atque interdicta fuisse, idem ipse testatur? Videat autem Kemnitius, ne verba sancti Petri in 2. Epistola, ad se, & Lutheranos ceteros pertineant. Certe S. Augustinus in libro de fide, & operibus, cap. 14. totâ hanc Epistolam, vt etiam Epistolam Iacobi, & Iude, aduersus eos scriptam esse dicit, qui affirmabant, sola fide homines saluari posse, quæ est hoc tempore hæresis Lutheranorum. & in codice libro, cap. 2. illa ipsa verba, quæ Kemnitius citat, cōtra eos pugnare dicit, qui libertatem pollicentur, id est, securitatem salutis, modò credant in Christum, vt idem explicat cap. 26. Atque hæc fortasse est causa, cur Lutherani, & ipse Kemnitius in examine 4. sessionis Concilij Tridentini, hanc Epistolam aut negent esse canonican, aut eius auctoritatem in dubium reuocent; quia vident, hæresim suam de sola fide iustificante, huius Epistolæ testimonij apertissime refutati. Illud verò quod Kemnitius addit, ex Actis Apostolorum cap. 8. *pecunia tua tecum sit in perditionem, quia existimasti, donum Dei pecunia parari.* Si ad indulgentias referatur,**

mera calumnia est: nam Catholicici non existimant, indulgentias pecunijs vendi, vel emi, sed elemosinas impereari ad aliquod opus pium, ut Basilicæ ædificationem, pauperum subventionem, captiuorum redemptionem, & similia, quod opus pium, sit causa iudgentiæ concedendæ, ut læpe diximus.

CAPVT VNDECIMVM

Respondetur ad tertium caput disputationis Kemnitij, & defenditur primum Argumentum Catholicorum.

IN tertio capite disputationis suæ, kemnitius profert in medium argumenta ex scripturis, quæ à non-nullis Catholicorum, pro indulgentijs fieri solent, atque ad ea respondere conatur, quamvis more suo, multa dicendo nihil dicat, eas responsones ordine refutabimus.

Primum Catholicorum argumentum sumi dicit abillis verbis Domini. Matt. 16. *Tibi dabo claves regni celorum,* & *quocunque solueris super terram, erit solutum & in celi,* &c. Aduersus hoc argumentum **O B I C I T P R I M O** kemnitius: *Soluere, & ligare nihil est aliud, nisi remittere, vel retinere peccata, ut habetur, Ioan. 20. Illa autem remissio, vel retractio exercetur in foro penitentie, & absolutionis, ut scholastici docent. Igitur, nihil hoc testimonium facit pro indulgentijs, quia scholasticæ foro penitentie & absolutionis, longe lateque distingunt.* **R E S P O N S I O.** Soluere, & ligare, quod habetur Matth. 16. multò latius patet, quam remittere, & retinere peccata, quod habetur Ioan. 20. Nam, in hoc posteriore loco, restringuntur verba ad peccata, in priore, non restringuntur, sed generatim dicitur: *Quocunque solueris super terram & ligaveris.* Et notum est, non solum soluere, cui remittuntur peccata, sed etiam eum, qui liberatur à quoquamque debito, vel legge, vel pacto, &c. *Quemadmodum*

non solum ligatur, cui retinentur peccata, sed etiam qui præcepto, vel iuramento, vel promissione, vel alia quacunque obligatione constringitur. Itaque etiam si probasset kemnitius, verba Domini, Ioan. 20, pertinere ad solum penitentiæ forum, non tamē n probasset hoc idem de verbis Domini. Matth. 16. verum neque illud probavit. Nam scholastici dicunt quidem, verba Ioan. 20. pertinere ad forum penitentiæ, sed non restringunt ad illud forum: Multi enim etiam ad remissionem, quæ sit in baptismio, ea verba referunt: alij generatim ad omnem remissionem, quæ sit in mysterio clavium, sive in sacramentis sive extra sacramentum, pertinere volunt. Mihi quidem valet probabile videtur, hunc locum pertinere solum ad potestatem ordinis, & ea de causa, non protulit, eum in priore libro, pro indulgentijs.

Secunda obiectio kemnitii: *Soluere & ligare ita opponuntur, ut quod solutum est, non sit amplius ligatum: Pontifex vero contra, fingit, quod in absolutione solutum est super terrâ, illud in foro, Pontificio, manere ex parte ligatum, & solvendū esse, non clave ministerij, sed Pontificij indulgentiarum nundinationibus.* **R E S P O N S I O.** Ingens profectò patientia necessaria est ei, qui kemnitio respondere velit, quis enim fecerat hominis importunitatem, qui tertio quoque verbo nundinationis obiicit, à quibus seuerissime prohibitas non ignorat? Deinde, quem non pigeat in eiusmodi nugis tempus terere? Quis enim vñquam dixit, in foro Pontificio ligatum manere, quod in absolutione solutum est super terram? Sed, cum in foro penitentiæ absolutio fiat a culpa, & à reatu penitentia, non autem à reatu totius penitentia temporalis, quod in eo foro ligatum mansit, id, non nundinatione, sed clave ministerij Pontificij per indulgentias relaxari dicimus. Hoc refellat, si potest, & non sibi fingat argumenta, quæ soluat.

Tertia obiectio: *Ministerium reconciliationis ita soluit peccata, ut penitentibus & credentibus annunciet condonata omnia delicta, Colossi 2. peccata non amplius imputari.* Rom. 4. & Gal. 3. *per Christum redemptos esse à maledicto legis, Gal. 3. quod maledictum, eternum, temporale est, Dent. 28. Pontificie vero indul-*

gentie, singunt peccata etiam post remissionem imputari, Et Christum non a tota legi maledictione credentes redemisse; Sed partem eius ex Pontifico thesauro redimendam esse. Responsio. Vetus cantilena haec est, & millies refutata, omittere erorem illum Kemnitij, & aliorum Lutheranorum, quod remittere peccata, sit annunciare remissa: quia ad hunc locum non pertinent. Condonata nobis omnia delicta per Christum Apostolus dicit, neque indulgentias contrarium dicunt: nam, condonata omnia, intelligi debet, quoad sufficientiam pretij a Christo persoluti: sed pretium illud applicari postea necesse est, ut etiam Lutherani fatentur, si efficaciter huic, vel illi delicta condonantur sint. Nos autem existimamus, non sola fide applicari, sed etiam aliis instrumentis, quorum unum, indulgentia sunt. Pari ratione, peccata non imputari iustificatis, id est Apostolus dicit, & indulgentiae non contradicunt: neque enim singimus peccata imputari post remissionem, si quoad culpam, & poenam remissa sint, ut sit in baptismo, sed si remissa sint quoad culpam, & poenam aeternam, & adhuc maneat reatus aliquis poenae temporalis, ut ordinarietur in secunda reconciliatione: quid mirum si adhuc imputentur ex parte? Quod additur, de malicio legis, non est liberatio a culpa, vel poena peccati, sed est liberatio ab obligatione legis ceremonialis Hebreorum, de qua potissimum disputatur in eo loco. Et etiam liberatio a terrore legis cuiuscunque, qui Iudeos, ut seruos premebat. Filios enim testamenti noui lex diuina moralis, & Euangelica, obligat quidem ad observationem, sed non terret: quia caritas diffusa in cordibus nostris, non timore poenae, sed amore iustitiae, impliit legem.

Quarta obiectio: Quod Christus promisit Petro, Matth. 16. cum ait, tibi dabo claves regni, &c. Et exhibuit, ac prebuit, Ioan. 20. cum ait, quorum remiseritis peccata, &c. At ista dicuntur omnibus Apostoli, & omnibus ministri, quibus datur protestus absoluendi, non igitur ex eo loco, Matth. 16. colligitur auctoritas Pontificia indulgentias conferendi. Responsio. Falso sum est, id totum fuisse exhibitum, Ioan. 20. quod fuerat promissum, Matth. 16. Nam, ut supra diximus, mul-

tò latius patet, quodcumque solueris, quam, quorum remisitis peccata. Itaque, sicut soli Petro dictum fuerat, Matth. 16. Tibi dabo claves, &c. Ita, soli Petro dicitur, Ioan. 21. pase oves meas. Atque in hoc loco datur, quod in alio fuerat promissum. Quam rem nos copiosè exposuimus in primo libro, de summō Pontifice, cap. 12.

Quinta obiectio: Christus ait Apostoli, Ioan. 20. Sicut misisti me Pater, Et ego misso vos, ipse autem, quando tempore ministerii sui peccata remittebat, simul debitum condonabat, Et debitorem liberabat. haec est enim forma absolutionis eius, confidite, remittuntur tibi peccata tua, vade in pace, & noli amplius peccare, Matth. 9. Luc. 7. Ioan. 5. Et in parabolâ, Matth. 18. Serum sibi debentem decem milia talenta, liberum dimisit, Et debitum remisit ei. & adultere, Ioan. 8. nullam poenam impoñit. Quod autem Christus, tales unquam vel docuerit, vel deridit indulgentias, quales ex Pontificiorum placitis supra descrip̄te sunt, nullâ ratione, nullâ dictione, nullâ syllabâ, nullâ litterâ ex scriptura probari potest. Responsio. Imò testimonia omnia allegata clamant, Christum dedisse indulgentias, quales ipsum, qui Princeps absolutus erat, dare decebat. Christus enim illis omnibus remittit culpam, & poenam extra sacramentum, applicans merita sua: Pontifex autem, qui Vicarius est, remittit etiam culpam, & poenam, applicans merita Christi: sed culpam, & poenam aeternam per sacramenta, quia ita Christus instituit, poenam temporariam extra sacramenta; quia ita Christus fecit, & ex natura sua remissio solius poenae, sacramento non egit. Quod autem Christus non iniunxit ieiunia, aut elemosynas, aut aliud plium opus, nisi quib⁹ indulgentia largitus est, quod tamen Pontifex facere solet, eadem est ratio: quia videlicet Christus, ut Princeps absolutus, potuit pro arbitrio indulgentias dare: Pontifex, ut Vicarius, non potest pro arbitrio, sed pro causa iusta, & rationabiliter idem facere.

Sexta obiectio: Petrus, cui date sunt claves regni colorum, eis sine dubio usus est, & tamen indulgentias Pontificias non dedit, inquit Simoni Mago dixit, Act. 8. pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam Dominum Dei existimasti pecunia possideris. Responsio. Quod Apostolus Petrus indulgentias Pon-

tificias dederit, vel non dederit, ex scriptura probari non potest: quoniam acta eius, exceptis paucissimis, in sacris litteris non extant. Simon vero Magus non indulgentias petebat, cum pecunias offerret, sed potestatem dandi spiritum sanctum, per manus impositionem: sed remittitio per inde est ad rem, vel extrarem verba profundere, modo calumniari possit.

Septima obiectio: *Sicut Christus dixit Petro Matth. 16. quodcumque solueris, ita dixit toti Ecclesie, Matth. 18. Quicumque solueritis, &c.* Et tamen, Ecclesia per annos mille, & amplius, istas indulgentias ignoravit. Responso. Ex ignoratia antiquitatis, vel peruersa intelligentia veteris historiaz procedit obiectio. Ostellimus enim in lib. superiori, ex Tertulliano, & Cypriano, vetustissimis Patribus, nec non ex Conciliis antiquissimis, Ancyrano, & Niceno, usum indulgentiarum, & propriet sub nomine indulgentiaz, idem ostendimus ex Greg. i. Leone 3. & Sergio 2. qui omnes ante annum millesimum Ecclesiaz præfuerūt, nec defunt, qui idem probari existimant ex Siluestro 1. qui sed sit post annum Domini trecentesimum: quorum argumenta, ex tabulis Ecclesiarum petita, contemnenda non sunt.

Octaua obiectio: *Ligare, se retinere peccata, non est penitentiam agentibus, & credentibus, post absolutionem, seu remissionem peccatorum, partem aliquam ligatam reservare, vel ad proprias satisfactiones, vel ad redempções per indulgentias obligare: Sed impenitentibus & incredulis, peccata sunt liganda, denunciata illis hac Dei sententiā, quod peccata ipsorum maneat, Joan. 9. c. / ira Dei maneat super ipsis, Joan. 5. quodque per iniurias sunt, nisi penitentiam egerint, Luc 13.* Responso. Multa remittitio dicunt, penitentibus culpam remitti in absolutione: post eius vero remissionem, imponendas penas satisfactionis, quas per indulgentias redimi, et relaxari singunt: sed Corinthius ille, nequaquam antea fuerat a peccatis absolitus: sed fuerat securus & impenitens, atque ideo traditus Satana, ut afflictione carnis, publica correptione, & contristatione ad penitentiam adduceretur. Neque enim ipsum Paulus Satana tradidisset, si penitens & credens, a peccatis absolutus fuisset. Responso. Non dicunt Pontificij, post remissionem culpe, id est, post absolutionem sacerdotalem, imponendas

& hoc modo sacerdotes, auditâ confessione penitentis, ligant eum ad opera satisfactionis, quæ ab antiquis dicebatur actio penitentiaz, ut apud S. Augustinum, in Epist. 180. ad Honoratum: *alius, inquit, baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis penitentia ipsius actionem.* Atque hæc est penitentia, quam Pontifices per indulgentias, vel totam vel ex parte condonant. Habemus igitur primum, & præcipuum testimonium pro indulgentiis, ex cap. 16. Matth. non potuisse à remittitio la- befactari, quamvis octo articulus illud impetrare conatus sit.

C A P V T D V O D E C I M V M.

*Defensio secundi argumenti Catholicorum
pro indulgentiis.*

Secundum argumentum Catholicorum peti dicit Secundius à verbis illis Apostolicis, 2. Corinth. 2. *Nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi.* Ex quo loco demonstratur usus indulgentiarum antiquissimus, cum Apostolus condonauerit penitenti Corinthio partem penitentiaz, quæ illi speraret peragenda. Refellere conatur remittitio hoc argumentum, & quia debeat solidæ rationes, digreditur ad explicationem historiaz, & Græcarum dictiorum, ut multa hinc inde infarciendo, sex tandem paginas impletuerit. Percurramus eius obiectiones.

Prima obiectio: *Pontificij dicunt, penitentibus culpam remitti in absolutione: post eius vero remissionem, imponendas penas satisfactionis, quas per indulgentias redimi, et relaxari singunt: sed Corinthius ille, nequaquam antea fuerat a peccatis absolitus: sed fuerat securus & impenitens, atque ideo traditus Satana, ut afflictione carnis, publica correptione, & contristatione ad penitentiam adduceretur. Neque enim ipsum Paulus Satana tradidisset, si penitens & credens, a peccatis absolutus fuisset.* Responso. Non dicunt Pontificij, post remissionem culpe, id est, post absolutionem sacerdotalem, imponendas

pœnas satisfactorias: sed dicunt, imponendas ante absolutionem, quamvis post absolutionem adimplenda sint, nisi fuerint antea adimpletae. Non enim multum referunt, utrum impleantur ante absolutionem sacerdotis, vel postea, modo impleantur in statu gratiae: qui status gratiae obtinere potest per veram contritionem & propositum confessionis suo tempore facienda. In modo in penitentia publica ordinariè implendâ, erat satisfactio ante absolutionem, ut notum est ex Conciliis superius citatis. Porro, Corinthius ille, quamvis initio impenitentes videbatur, tamen post increpationem publicam, & excommunicationem, resipuit, & grauissimam penitentiam agere coepit, atque eo tempore, sine dubio, per veram contritionem, gratiam Dei recepit, & per actionem penitentiae, Deo satisfaciebat. Huius autem satisfactionis, quæ adhuc longius tempus requirebat, partem reliquam Paulus condonauit, ac publicè absoluì, & reconciliati iussit. Quia enim peccatum publicum fuerat, & penitentia publica, ita etiam publica debuit esse reconciliatio & absolutione à peccatis, & ab excommunicatione.

Secunda obiectio: *Paulus non imposuit Corinthio multam publicam, ut suis illis pœnis, & afflictionibus, Deo, pro peccato incepitus, satisfaceret: nulla syllaba hoc ex Paulo probari potest.* In modo tota doctrina clamitat, ut Christum sua obedientia, passione, & morte, pro peccatis nostris satisfecisse, & factum esse nostram redemptionem. Caussam vero, & finem illius contradictionis Corinthi, Paulus ipse scribit, hanc fuisse, ut ea operetur penitentiam, & effet duxum, an serua, & vera effet penitentia. Responsio. Quamvis fortasse B. Paulus non indixerit Corinthio certum tempus, vel speciem penitentiae, tamen hoc, ipso imposuit illi multam publicam, quod iussit eum separari à cœtu fideliū, & admonet, ut penitentiam ageret. Notum enim erat Ecclesiæ, quomodo gerere se deberent, qui penitentiam agebant. Nam in antiquis Conciliis solum dicitur, tot annis penitentiam agant, qui hoc aut illud peccatum commiserint, & relinquunt, ut notum, à quibus rebus se abstinent debeant penitentes. Quod autem illa actione penitentia,

tentia, Corinthius Deo satisfacere debuerit, & non solum ostendere Ecclesiæ, serio se resipuisse, perspicuum est ex illo verbo, *in persona Christi*. Ideo enim Apostolus dicit, se donare in persona Christi, quia Christo satisfaciendum erat. & Apostolus, ut Christi vicarius, interpretatur Christi voluntatem, & eius auctoritate, condonat reliquam satisfactionem. Præterea, idem colligitur ex verbo, *donaui*: nam si actio penitentiae non alium finem habebat, quam ostendere veram resipiscentiam, iam finita erat illa penitentiae actio: quoniam satis superque constabat omnibus illum verè resipuisse. Quid igitur donauit Apostolus, cum ait, *& ego donauis, in persona Christi, propter vos donauis?* Certe haec verba manifestè docent, aliquid ei donatum, & remissum, cuius debito erat, & quod ab eo iustè exigi potuisset. Quemadmodum autem non pugnet propria satisfactione cum satisfactione Christi, supra non semel explicatum est. Facemur enim, Christum nostrum esse redemptionem, & satisfactione pro culpis & pœnis omnium hominum, sed eius satisfactionem applicari per varia instrumenta, ut per fidem, per baptismum, per absolutionem, per opera bona, per indulgentias.

Tertia obiectio: *Condonatio, de qua Paulus loquitur, fuit ipsa absolutione, seu remissio peccatorum à culpa & pœna: dicit enim se loqui de tali condonatione, que conscientius adserit firmam consolationem, ut non absorbeantur tristitia, sed pacem habeant erga Deum, quod sit, quando fide iustificatur, accepta remissione peccatorum. Rom. 4. & 5.* Non ergo loquitur de Pontificiis indulgentiis, que dantur post absolutionem à culpa. Responso. Fatores, Corinthium iussu Pauli simul accepisse reconciliationem, & absolutionem à culpa & pœna, & à vinculo etiam excommunicationis: sed affirmo, in ea reconciliatione admixtam fuisse indulgentiam, id est, condonationem reliquæ satisfactionis. Nam, ut supradixi, non est necesse, ut indulgentia detur alio tempore, quam reconciliatione. Illud tamen falsum est, quod Keminius dicit, Apostolum loqui de illa iustificatione, quæ homo per fidem ex impio fit iustus, & pacem ad Deum habere incipit, de qua agitur ad Rom. 4. & 5. Nam Corinthius

ille iam resipuerat, & dolorem maximum de peccato suo conceperat, & pœnitentiam ex amore Dei, & odio peccati agebat, quæ sine fide, spe, & caritate fieri non possunt. Itaque iam coram Deo iustificatus erat per veram pœnitentiam, & desiderium absolutionis suo tempore recipiebat: & solum restabat reconciliatio per ministerium sacerdotum, quam Paulus dari iussit. Illud autem, ne abundantioris tristitia absorbeatur, non significat, illum non fuisse coram Deo iustificatum per veram contritionem: sed significat, periculum fuisse, ne nimia tristitia conficeretur, si nimis diu reconciliatio differretur. Itaque iussit ut cum consolarentur, & recrearentur, relaxata omnino reliqua pœnitentiæ, vt bono animo esset, & maiori alacritate deinceps cureret viam mandatorum Dei.

Quarta obiectio: Falsum est, quod dicunt quidam, Paulum pro solvendo debito Corinthiis incestuosi accepisse pretium ex operibus supererogationis Ecclesie Corinthiæ: clamat enim Paulus, sanctam Christi passionem esse aurivitæ et propeccati nostris. Et magnâ vehementiâ inquit: Nunquid Paulus pro nobis passus, & crucifixus est? Responsio. Nulli sunt ex Catholicis, qui dicant, Paulum accepisse pretium pro debito incestuosi, ex operibus supererogationis Ecclesie Corinthiæ. Sed cum Catholicæ dicant, Paulum ad intercessionem id est, ad preces Ecclesie Corinthiæ, condonasse aliquam pœnitentiæ partem Corinthio pœnitenti, kemnitius ita interpretatur, vt dicere voluerint, oblatum fuisse pretium operum supererogationis. Sed hæc impostura & figura ipsius sunt, qui facilius sibi esse ducit argumenta à se conficta, quam vera, refellere.

Quinta obiectio: Non est verum, certum numerum, vel dierum, vel annorum publicæ eius pœnitentiae fuisse à Paulo prescriptum, &c. Responsio. Neque nos hoc dicimus, neque de hac re contendimus. Satis nobis est, quod ex Epistola Pauli perspicue colligitur, adactum Corinthiū ad agendam acerrimam pœnitentiam, ac deinde, parte aliquâ adimpleta, reliquam auctoritatè Apostoli condonatam.

Sexta obiectio: Postremò, non nisi impudentissimè fingi potest, Corinthium illum dedisse pecunias ad redimendas indulgentias: Manifestissimum igitur est, locum illum Pauli. Cor. 2. nullo modo confirmare Pontificias indulgentias. Responsio. Si diceremus, necessarium esse, pecuniâ redimere indulgentias, & non possemus ostendere id à Corinthio factum, tunc sane aliquid efficeret argumentum kemnitij. Sed cùm doceamus, non solum, non esse necessarium, sed neque licitum, pecunia redimere indulgentias, cùm decretis Conciliorum, & Pontificum, nundinationes indulgentiarum prohibitæ sint: qua impudenteria kemnitius colligit, locum illum Pauli non confirmare Pontificias indulgentias, quia non fingimus, à Corinthio pecunias numeratas pro indulgentia redimenda?

Vlta obiectio: Si huic loco Paulino inniterentur indulgentie, tunc sequeretur, in concessione indulgentiarum non plus posse Paulum, vel Papam, quam reliqua membra Ecclesiæ: Paulus enim dicit, Cui condonasti aliquid, & ego condono. Responsio. Non sequitur, non plus posse Paulum, vel Papam, quam reliqua membra Ecclesiæ in concessione indulgentiarum: Nam Ecclesia Corinthiaca id quod fecit, ex auctoritate Pauli fecit: sicut etiam hoc tempore, non solum Pontifex indulgentias concedit, sed etiam alii, qui ab ipso auctoritatem habent. Neque obstant verba à kemnitio citata, cui condonasti aliquid, & ego condono. Sequitur enim. Nam ego quod donavi, si quid donavi, propter vos, in persona Christi. Ex quo apparet, primum fuisse Paulum, qui donavit: deinde Corinthios donasse iussu Pauli, postremò, Paulum confirmasse donationem suo iussu factam. Neque hoc negare potest kemnitius, licet nunc abutatur illis verbis ad suum propositum. Nam pagina 243. aperte scribit, Corinthios non fuisse ausos reconciliare incestuosum pœnitentem, sed causam ad Apostolum retulisse. Atque hæc de secundo loco.

C A P V T X I I I .

Defenditur tertium argumentum Catholicorum.

Tertium argumentum Catholicorum pro indulgentiis, colligi dicit xemnitius ex duplice ordine testimoniorum scripturaræ diuinæ. Primum enim adferri ait illa testimonia, quibus probatur, post remissam culparum, remanere poenam temporalem adhuc luendam. Reg. 12. 2. Reg. 24. Exod. 32. num. 14. & alia deinde illa, quibus, probatur posse redimi, eiusmodi poenias, item niis, eleemosynis, aliisque operibus bonis. Dan. 4. Ioan. 3. num. 16. 2. Reg. 12. & 24. & alia. Ex his denique concludi posse, etiam tolli harum poenarum reatum per satisfactiones indebitas sanctorum, hoc est, per thesaurum indulgentiarum. Hoc verò argumentum ego quidem non attuli in libro superiore, neque ab aliis Catholicis, nisi admodum paucis, adferri vidi: quoniam ista pertinent propriè ad disputationem de satisfactione, & hoc loco prærequisitum potius, quam disputantur. Quia tamen xemnitius argumenti huius mentionem facere voluit, non grauabor, & quid ipse contra obiciat, exponere, & ipsa eius obiecta refellere.

Ad testimonia prioris ordinis Obiicit. *Si quis ex illis colligere velit, post remissionem culpe, remanere poenam luendam, sequi unum ex sequentibus incommode, vel satisfactionem Christi pro peccatis nostris, suisse dimidiatam, & imperfectam: id Dei, credentibus non omnia peccata remittere. Et fallere homines, quibus promittit, se iniquitatem eorum non amplius recordaturum: vel falsum esse, quod Christus, sub iuramento affirmavit, quaecunque solueritis super terram, erunt soluta & in celo, si pariter vindicet Deum ligatam retineret: vel denique, ministros Ecclesie fraudulenter, & non ex voluntate Domini, claves regni celorum administrare, si dum soluunt a peccatis, partem aliquam retinent.*

Ad hanc obiectiōnē Respondeo, nihil eorum sequi: nam non sequitur primum incommode, quoniam, Christus quidem integrum pretium pro culpis, &

poenias omnium hominum, obedientiā suā, & passione persoluit: sed placuit sapientiæ eius, pretium illud in baptismo applicare pro culpis, & poenias omnibus expiandis. In reconciliatione autem, quæ sit in sacramento poenitentiae, placuit eidem diuinæ sapientiæ, idem pretiu[m] applicare pro culpa, & poena sempiterna, non autem pro reatu totius poenæ temporalis, vt suprà non semel explicatum est. Non sequitur etiam alterum incommode: nam Deus præstat semper, quod promisit, & omnia peccata ita in reconciliatione condonat, vt iniuriam commissarum non recordetur amplius, sed quemadmodum, cum iustus peccat, dicitur Deus iustiarum eius non recordari amplius, quia non conseruat illi gratiam suam, etiam si temporali aliquo præmio eas iusticias forte remuneret: sic etiam, cum impius resipiscit, dicitur Deus non recordari amplius peccatorum ei, quoniam in gratiam suam, atque amicitiam eum recipit, ac si nunquam peccasset, quamvis temporalem poenam ab illo exigat. Nec sequitur tertium, vel quartum incommode: Christus enim verissime affirmit: *Quaecunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in celo: Et quaecunque solueritis super terram, erunt soluta & in celo.* Nam sicut ipse retinet reatum aliquem poenæ temporalis in reconciliatione post baptismum: ita ministri eius faciunt, cum ritè funguntur munere suo. Ea enim de causa in sacramento poenitentiae imponunt multam pro satisfactione, quam non imponunt in sacramento baptismi: quoniam sciunt, eam esse Dei voluntatem, vt qui ab ignorantia tenbris, concuerint primùm ad lumen fidei, & baptismum recipient, non ligentur ad ullam poenam: qui verò post tantum lumen adeptum, & iustificationem, ac renouationem baptismi, lapsi sunt, cum ad poenitentiam venerint, ligentur omnino ad poenam, pro peccati magnitudine, & qualitate, soluendam.

Adhibet deinde xemnitius ad illa eadem testimonia, quæ à Catholicis alleantur pro reatu poenæ remanente, post culparum remissam, suam expicationem, ac dicit, infligi quidem à Deo varias castigationes, & poen-

nas hominibus reconciliatis, ut scripturæ illæ testantur, sed in flagi, ut sint mortificationes carnis, vel admonitiones ad cauenda peccata, vel ad insinuandam peccati magnitudinem, vel ad exercitiū patientiæ, aliarumque virtutum. Denique ad alios salutares fines, non autem, ut sint vltiones peccati præteriti, quasi Deus punire velit peccatum iam condonatū. Sed profecto, admiranda est hæreticorum audacia, qui omnes alios fines flagellorum diuinorū admittunt, præter eū, qui ab ipso Deo in scripturis, disertis verbis exprimitur. Nam 2. Reg. 14. Cùm Deus per Prophetam, Dauidi dixisset, peccatum ipsius obseriam pœnitentiam esse dimissum, & tamen flagello mortis filij eum castigare vellet, non ait, ad mortificandā carnem, vel admonitionem ad cauenda peccata, vel ad exercitium patientiæ, vel alios fines eiusmodi, sed ait, *Veruntamen, quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, filium, qui natus est tibi, morte morietur.* Quid clarius ad significandam vindictam diuinam pro peccato commisso? Deinde, Dauid (ut habetur in codem capite) ieunauit & flevit, & orauit, ut auerteret flagellum illud Dei, qui tamen non hoc faceret, ut impeditre bonos illos fines, id est, mortificationem carnis, exercitia patientiæ, & similia: sed fecit, ut satisfacceret Deo per aliam viam, quam per mortem filij. Præterea, non raro flagellum Dei pro peccato commisso, est mors corporalis eius, qui flagellatur, ut perspicuum est ex lib. 3. Reg. cap. 8. vbi Propheta Domini, ob inobedientiam traditur à Deo, leoni interimendus, & tamen, ante mortem sine dubio remissum fuit ei peccatum, quoad culpam (si forte letalis fuit) constat enim eum, ut virum sanctum & iustum, fuisse post mortem à leone custoditum, non lsum, ut honorificè sepeliri posset. Mors autem corporalis eiusmodi flagellum est, ut non possit infligi ad mortificationem carnis, admonitionem ad cauenda peccata exercitia patientiæ, & similia, quæ post mortem cessant, sed solum ad vltionem peccati commissi. Denique (ut alia multa præteream) in Psal. 98. apertissimè legimus de Moys & Aarone, *Inuocabant Dominum, & ipse exaudiens eos: in columna nubis loquebatur ad eos;*

Domine Deus noster tu propitus fuisti eis, & uiscens in omnes adiuventiones eorum. Vbi loquens Dauid de peccato corum ad petram, pro quo puniti sunt, ut habetur Num. 20. & 27.) ut moretentur ante ingressum in terram promissionis, aperte testatur, Deum fuisse illis propitium, quia remisit peccatum quoad culpam, & tamen vltum fuisse omnem adiuventionem eorum, quia pœna ab eis & quidem grauissimam, in vindictam, & satisfactionem repetit. Atque haec de primo ordine testimoniorum, de quibus frustra kemnitio gloriatur, ita à se explicata, ut succisus sit gladio spiritus vnu senuis indulgentiarum Pontificiarum. Manet enim senuis ille integer, & sanus non minus, quam si gladio fœneo vel papiraceo tentatus fuisset.

Iam verò in succidendo altero senuo, id est in stando secundo ordine testimoniorum, magis cautè se gessit: cùm enim animaduertissem, non posset villo modo negari, quod ex illis testimonij Catholicorum colligunt, videlicet, posse flagella Dei aliquando per voluntarias afflictiones auerti, Deumque placari fructibus pœnitentiæ, nihil contra hoc dogma Catholicorum obiecit sed solum probare conatus est, non posse per indulgentias condonari penas peccatis debitas. Id autem facit, adducendo in medium quandam Lutheri partitionem. Scripsit enim Lutherus, quinque esse genera pœnaru secundum scripturam, & veteris Ecclesiæ traditionem. Primum esse pœnam gehenna, Secundo, afflictiones, quæ sponte suæ scipi debent ad fructus pœnitentiæ faciendo, qui sint argumenta nouæ vite. Tertio afflictiones prioribus non dissimiles ad carnis mortificationem, que necessaria est ad cauenda peccata. Quartò, flagella diuinitius immissa, ut penitiam, morbos, orbitatem, & similia. Quinto denique, esse pœnam canonicanam, que disciplina causa à veteribus imponit sebat. Cerium est autem, pœnam gehennæ non esse subiectam clauibus Ecclesiæ, nec minus certum est, non debere relaxari per indulgentias, exercitii, ut totum, fructus pœnitentiæ, & nouæ vite, & carnis mortificationem: alioqui nomine ac perniciose essent indulgentiae. Neque illud est dubium, flagella à Deo immissa, non posse per indulgentias repelliri, ut vel ipsa experientia docet. Rebat aut sola pœna Canonica, que rela-

scire possent, si essent in usu, sediam a longo tempore desierunt imponi. Nulla igitur restat pena, que per indulgentias remitti posuit, nisi commentitius quidam reatus pena, qui fingitur in hac vita, vel in alia expiendus, sine uero scripture vel antique Ecclesie testimonio. Nos vero libenter agnoscimus, penam gehennae & flagella a Deo immisso non subesse clauibus Ecclesiae, quamvis ea flagella non raro per voluntarias afflictiones auertantur, ut perspicuerit ex cap. 3. Iona. D e p o i n t i s autem S P O N T E S V S C E P T I S, respondemus, non debere eas relaxari, quatenus utiles sunt ad nouitatem vite, & carnis mortificationem, sed posse utiliter relaxari, quatenus sunt penae, debita peccatis. Vtile enim est, carere illo debito siue reatu. Este autem eas penas debitas peccatis, non est commentum, nec figmentum Catholicorum (ut Lutherus & Kemnitius dicunt) sed est sententia scripturarum & totius antiquitatis. Ideo enim dicuntur afflictiones ille, fructus digni poenitentiae, Luc. 3, quoniam tales esse debent, quales requiruntur ab illis, qui dignae poenitentiam agunt. Digne autem poenitentiam agere, non est solum noua vita fructus ostendere, vel carnis concupiscentias mortificare (Ita enim ab ipsi etiam fieri debent, qui non peccauerunt) sed est punire peccata praeterita, & Domino, quem superbia, & cupiditate, arque illicita delectatione offendimus, humilitate, largitione, compunctione & afflictione voluntaria satisfacere. Et in hanc sententiam exponunt illa verba Dominica, omnes veteres Patres, S. Ioannes Chrysostomus homil. 10. in Matthaeum, explicatis, quid sit facere fructus dignos poenitentiae: *D*icitis, inquit, ante, *E*t timetis dominum vestrum, ut aqua potius utrumque compensa. S. Augustinus in Enchiridio, cap. 70. In melius, inquit, est vita mutanda, *E*t per eleemosynas de peccatis praeteritus propitiandus est Deus non ad hoc mendens, ut ea semper licet impunem committere: nemini enim dedit lacrimatum peccandi, quamvis miserando debeat iam facta peccata, si non satisfactione congrua negligatur. Et in Psal. 50. sic inducit loquentem poenitentem cum Deo: *D*omino non erit impunitum peccatum meum, sed ideo nolo ut tu punias, quia ego peccatum meum punio. S. Gregorius lib. 6. cap. 2. in 1. Regum, cum docuisset, tria requiri ad poeni-

tentiam, mentis conuersionem, oris confessionem, & peccati vindictam, hoc tertium probat ex verbis Evangelicis iam allegatis: *T*unc, inquit, bene conuersum peccatorum cernimus, cum digna afflictionis austritate delere nititur, quod loquendo constetur. Vnde Ioannes Baptista ait: *F*acite fructus dignos poenitentiae. *B*eda in psalmum 4. *F*acite inquit, dignos fructus poenitentiae, tantum pro singulis peccatis vos afflentes, quantum digna expedit poenitentia, quod erit sacrificium iustitiae. *C*hristianus Druthmarus in cap. 3. Matthxi: *F*rustrum, inquit, dignum poenitentiae facere, est preterita mala fletibus punire, & bona est contrario agere, & male commissa eleemosynas redimere. Petrus Damiani l. em. 2. de S. Andrea: *N*e tibi blandiaris, si grauius peccantis leuior poenitentia amansuetu, vel a dissimulante dictatur, cum in purgatoriis ignibus perficiendis sit, quicquid hic minus feceris, quia dignos poenitentiae fructus querit aliissimus. Hinc etiam B. Paulus in Epistola posteriore ad Corinthios cap. 7. describens effectus poenitentiae, inter alios ponit vindictam *E*cce, inquit, hoc ipsum contristari vos secundum Deum, quantum in vobis operatus sollicitudinem: sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam. Siue autem haec vindicta significet afflictionem, quoniam poenitens ad sua peccata punienda sponte suscipit, siue ea, quam poenitenti Prælatus imponit, Illud est certum, poenitentiae actionem ad peccata punienda referri. Proinde non est figmentum vel commentum, sed Spiritus sancti oraculum, quod Catholici de poenitentia docent. Vide multo plura in libro 4. de poenitentia, ubi de satisfactione differimus.

Quod vero ATTINET ADOBNAM CANONICAM, quod erat ultimum membrum partitionis kemnitij, veru est quidem, minori severitate hoc tempore poenitentias iniungi, quam Canones prescribant: tam in invigintur poenitentiae, maiores, vel minores, pro crimini varietate, nec imponuntur, causa disciplinae solius, sed etiam, ut supra demonstratum est, in satisfactionem, vel satisfactionis partem, ac proinde relaxatio penae iniusta per indulgentias, in his etiam locum suum habet. Sed præter has omnes penas, est poena purgatoriij, quæ nemo negare potest, non spectare ad fructus nouæ viæ,

nec ad carnis mortificationem, neque ad flagella Deicata
ticularia, neque ad Ecclesiasticam disciplinam, sed solum
ad castigatiouem peccatorum præteriorum, & ad rea-
tum pœnæ remanentis post culpæ remissionem omnino
expiadandam. Non esse autem hanc pœnam purgatorijs,
commentum vel figuramentum Catholicorum, sed dogma
scripturarum sanctorum, & cōfessionem totius Ecclesiæ,
etiam antiquissimæ probatum est à nobis in priore li-
bro de purgatorio. Quare non de est pœna, quæ per in-
dulgentias utiliter relaxetur, & argumentum Catholicorum,
etiam vtr à Kemnitio proponitur, vim suam ha-
bet, neque potuit ipse gladio spiritus, vt frustra gloria-
batur, neruos eius incidere.

CAPUT XIV.

*Defenditur quartum argumentum Ca-
tholicorum*

Quartum Catholicorum argumentum desumi di-
cit kemnitius, ex cap. I. ad Colos. vi. leguntur illa
verba: *A dimpleo, que desunt passionum Christi carnis mea,*
pro corpore eius, quod est Ecclesia. Ut autem hoc argu-
mentum commode refellat kemnitius, duo mendacia
admiscerit. Scribit enim hoc modo: *Hanc Pauli senten-
tiam ita intelligit, & intelligi volunt, quod passionibus Chri-
sti, quibus peccata nostra expiavit, & suspenditum peccati suscepit,*
redimens nos ameliorat legem, aliquid defuerit, quod minus plena,
*perfecta consummata, &/ sufficiens satisfactione posset pro pec-
catis nostris.*

Hoc est primum mendacium tam impudens: & cras-
sum, vt nihil impudentius, & crassius fingi possit: neque
ex tanto numero scriptorum, veterum & recentiorum,
qui de indulgentijs scripserunt, vnum allegare poterit,
qui dicat, quod ipse fingit nos dicere: *Imò summam con-
fessione scriptores Catholici cum Clemente VI. Pont.*
*in constitutione, quæ incipit. Vnigenitus, docent, sati-
factionem Christi fuisse infiniti pretij, & non solum,*
plene, & perfecte, pro peccatis nostris D̄eum placasse

sed etiam placare potuisse pro peccatis infinitæ multi-
tudinis hominum, si tot futuri fuissent. Adducit quidem
kemnitius Bonaventuram, quasi is dicat, satisfactiones
sanctorum applicari ad pretium aliquod solutionis pro
peccatis, id est, quia pretio Christi aliquid defuerit. Sed
illa verba postrema, ideo, quia pretio Christi aliquid defuerit,
non habentur apud Bonaventuram. Consulat lector lo-
cum ipsum, qui est in 4. sent. dist. 20. parte 2. art. 1. qu. 2.
ad 3.

Alterum mendacium addit ibidem kemnitius, his
verbis. *Illum verò defectum passionis Christi, supplendum esse di-
cunt passionibus sanctorum.* Quare, quis hoc dicat ex Catho-
licis, & nullum inuenies. Dicunt quidem Catholici cum
Clemente VI. Pontifice, ad cumulum thesauri accede-
re passiones sanctorum, sed, ad supplendum defectum
passionis Christi, quam infiniti pretij esse fatentur, ne-
mo dicit His mendacijs suis, quasi nostra essent dogma-
ta, refellendis deinceps occupatur, & probat, quod ne-
mo negat, id est mediatorem debuisse esse Deum & hominem, &c.
Accedit postea ad locum ipsum. B. Pauli explicandum
& repetit, quæ Calvinus attulit, & ad quæ nos suprà re-
spondimus, quæ hoc loco repetenda nō duximus. Vnus
tantum est locus in tota hac disputatione à kemnitio
adductus, quem hactenus explicatum non memini: is
est in psal. 48. vbi negat David, *posse fratrem à fratre redi-
mi, aut pretium redemptionis eius, Deo persoluere.* Ex quo pro-
bari existimat, non posse satisfactiones sanctorum ap-
plicati ad reatum pœnat pro alijs expiadendum. Sed faci-
lis est responsio. Nam tribus modis explicari potest, &
solet ea sententia, **P R I M A E X P L I C A T I O**, eaque
conformis Rabinis Iudeorum, est, quod affirmet Da-
uid neminem posse liberari à morte corporis, propriâ
uitute, vel potentia amicorum, aut consanguineorum:
reprehendit enim illos, qui confidunt (vt habetur in versu
superiore) *in virtute sua, aut in multitudine discituum suarū*
*gloriantur. & ait, frater non redimit, redime homo id est fra-
ter, qui coniunctissimus, & amicissimus est, non potest*
fratrem redimere à morte, quia mortem nemo potest
effugere, quis igitur alius homo est, qui cum redimere

possit? & in eundem sensum additur, neminem posse muneribus Deum placare, nec vitam vello pretio redimere. Atque hic quidem sensus nihil kemnitium iuuat, quia non facit ad rem, de qua agimus. Altera expositio est S. Basilij, in commentario huius loci, qui exponit has sententias de redemptione à morte animæ, id est, à peccato, & gehenna: ut hic sit sensus: Frater non redimit ac multo minus quisvis alius homo, quia omnes peccauerunt, & gloria Dei, omnes sunt captivi, omnes redimendi: ideo misericordia Deus redemptorem Christum, quia non est frater, nec homo, sicut ceteri, sed est Deus homo, iustus, & liber, qui neque redempione indiget, & liberare omnes potest. Hæc explicatio nihil etiam iuuat kemnitium: quo iam non negamus, immo asserimus omnes Catholici, non potuisse nos redimi à morte animæ, & gehenna, per satisfactiones sanctorum, sed Christi solius, qui factus est nobis à Deo, iustitia, & redemptio, ut Apostolus loquitur in priore Epistola ad Corinth. cap. i. Tertia explicatio est S. Augustini, in i Concone in psalmum prædictum, quita interpretatur: Frater redimit, redimet homo? id est, si Christus, qui frater noster fieri dignatus est, non et redimit, expecta ut te redimat alius homo? non dabit Deo placationem suam, ne premium redemptionis animæ, i.e., ille quis confidit in virtute sua, et in multitudine diuinatarum suarum gloriatur. Atque hoc usque expositio S. Augustini neque causam kemnitii, neque nostram iuuat. Loquitur enim de liberatione impij à captiuitate peccati, & dicit, non posse impium, qui in sua virtute confidit, liberari, nec à se, nec ab alio, cum à Christo liberatus non fuerit, non defectu Christi, qui pro omnibus mortuus est, sed defectu impij, qui redemptionem sibi applicari noluit. Nos autem in disputatione de indulgentijs, non loquimur de liberatione impij, sed de liberatione hominis iustificati, à reatu pœna temporalis: de qua liberatione loquitur incessuibus verbis S. Augustinus, quæ verba hæresim Kemnitij manifestè refellunt. Addit enim Augustinus: Quis sunt, qui dant premium redemptionis animæ sue? quibus ait Dominus: facite vobis amicos de mamma iniquitatis, ut et ipsi recipiant vos in eterna tabernacula. Illi dant premium redemptio-

nis animæ sue, qui non cessant eleemosynas facere. Ideo illos, quos monet per Thimotheum Apostolum, noluit esse superbos, ne in abundantia diuinatarum suarum gloriarentur. Denique, quod possidebant, noluit apud illos veterascere, sed aliquid ex eo fieri, ut esset premium redemptionis animæ illorum. Thesaurozint, inquit, sibi fundatum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam, sic dabunt premium redemptionis animæ sua. Hæc ille. Itaque S. Augustinus non timet dicere, & ter repetere, homines iustos, à Christo redemptos à morte animæ, dare per eleemosynas premium redemptionis animæ sua, iuxta illud Ecclæsta tua eleemosynis redime, quæ redemptio non potest alia intelligi, nisi à reatu pœna remanente post redemptionem peccati quoad culpam. Et, si, Augustino teste, potest quisque dare premium redemptionis animæ sua, sine vila iniuria Christi redemptoris omnium, non debet videri mirum, si nos dicamus, posse sanctos martyres dare premium aliquod redemptionis, pro solo reatu reatu aliorum fidelium: non quod Christi pretium non sufficiat, sed ut hac etiam ratione martyrum passiones, & merita honorentur.

CAPVT XV.

Defenditur quintum Argumentum Catholicorum.

Q Vintum argumentum pro thesauro indulgentiarum, sumi dicit kemnitius ab illis Apostoli versibus. 2. Corinth. 8. In presenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppletat, ut et illorum abundantia, vestre inopie sit supplementum. Ex hoc loco ita formari argumentum à Catholicis, affirmatidem kemnitius: Corinthi abundabant pecunia, sed inopes erant meritorum: Contrà vero, sancti Hierosolymitani abundabant meritis spiritualibus, à pecunia vero male parati erant. Paulus igitur talem permutationem inter eos instituit, ut Corinthi preberent manus adiutorias, conferendo largè pecuniā, & pro illa pecuniā, sancti Hierosolymitani ex operibus suis supererogationis, supplementum inopie Corinthiorum renderent, quod ad satisfactionem pro peccatis attinet. Sed

in duobus peccat Kemnitius: nam, nec fideliter refert argumentum Catholicorum, nec solidè illud refellit. Catholici enim non dicunt, Apostolum instituisse illam commutationem, ut Hierosolymitani venderent merita supererogationis Corinthiis: sed tantum ex eo loco colligunt, eam esse in Ecclesia communicationem, ut alii bona sua communicare soleant: nec solum bona corporalia, sed etiam spiritualia inuicem præbere possint. Ex quo sequitur, ut etiam vnu pro alio satisfacere, & aliorum passiones alijs applicari valeant. Nec tamen solidè argumentum Catholicorum, etiam ut ab ipso præpositum est, Kemnitius refutavit. Dicit enim in sequentibus, per inopiam Corinthiorum, non intelligi inopiam meritorum, sed inopiam prædicationis verbi Dei, & probat ex duobus locis eiusdem Apostoli: nam Rom. 15. Apostolus scribens de eadem contributione elemosynarum, ait: *Si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & ipsi in carnalibus ministrare illis.* Quid vero per spiritualia intellexerit, explicari dicitur. Cor. 9. in illis verbis. *Si spiritualia vobis seminamus, quid magni est, si carnalia vestra metamus?* Hæc ille. Sed in priore loco Apostolus de spiritualibus donis generatim loquitur, nec restringit sermonem ad prædicationem. Verè enim gentiles, facti sunt participes donorum spiritualium, quæ in Hierusalem primum effusa sunt à Deo: videlicet, fidei, spei, caritatis, sacramentorum, miraculorum, &c. In Posteriore autem loco, non est sermo de ista communicatione bonorum, de qua nos agimus, sed de stipendio debito ex iustitia, iis, qui Euangelizant. Hoc autem loco, videlicet 2. Cor. 8. Apostolus loquitur generatim de bonis spiritualibus, & temporalibus, nec debent eius verba restringi ad prædicationem. Quod patet, primò: quia verba sunt generalia: *illorum abundantia vestram inopiam suppleat.* Secundò, quia non agebant Corinthi, ut mitterentur eis prædicatores ex Hierusalem: iam enim plenè instituti erant. Nam 1. Cor. 1. legimus de Corinthiis, *Iam diuites facti estis in Christo, in omni verbo & in omnisciencia.* & in hoc ipso cap. 8. Epistola 2. Sicut, inuit Paulus, *in omnibus abundatis, fide, & sermone,*

scientia, &c. Tertiò, quia veteres patres non exponunt hanc abundantiam spiritualem Hierosolymitanorum, de prædicatione verbi, ut veller Kemnitius, sed de meritis & precibus Chrysostomus in hunc locum dicit, Hierosolymitanos abundasse integritate vita, libertate, & fiducia ad Deum, & horum bonorum futuros participes Corinthios, si eleemosynam pecuniariam, qua ipsi tunc abundabant, Hierosolymam misissent. nec multò aliter exponunt, Theodoretus, & Theophilactus, & alij veteres Græci. S. Thomas exponit de precibus, ut sit sensus: Corinthios fore participes orationum, quas Hierosolymitani fundunt ad Deum, si eos bonorum suorum temporalium participes fecerint. Haymo in hunc locum, addit etiam iejunium inter opera spiritualia Hierosolymitanorum, quorum participes erant futuri Corinthi, si eleemosynis illos adiuuisserent, quam explicationem insinuare videtur. Apostolus in eodem capite 9. extremo, cum ait: *Ministerium huius officij non solum supplet ea, que desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, per probationem ministerij huius glorificantes Deum in obedientia confessionis vestre in Euangeliis Christi, & simplicitate communicationis vestre in illis.* Et in omnes, & in ipsorum obsecratione pro robis. Sed de his satis, non enim in hoc testimonio fundamentum indulgentiarum præcipue constituit.

CAPVT XVI.

Defenditur argumentum sextum Catholicon.

A rgumentum sextum, quod est postremum apud Kemnitium, sumitur ab articulo symboli de communione sanctorum. Catholici enim ex hac communione colligunt, posse satisfactiones, quæ sanctis superfuerunt, id est, quibus ipsi, ad sua peccata purganda, non eguerunt, applicari alijs fidelibus, quibus propriæ non sufficiunt. Aduersus hoc argumentum Kemnitius nihil solidè ad fert. Primum enim explicationem

odiosissimam eius articuli nobis affingit. Communionem, inquit, sanctorum largius, & latissime interpretantur, de meritis operum supererogationis, que non jolis factoribus propria, sed communia sunt omnibus fidelibus, collata in commune, quasi Ecclesia ararum, ad quod solus Papa claves habeat, Et pro data pecunia, inde cuiuslibet vendat, quantum visum fuerit. Hæc ille. Vbi, pro more suo, calumniantur, nos loqui de meritis supererogationis simpliciter, cum non loquamur, nisi de satisfactionibus, sive de meritis, ut accipiuntur pro satisfactionibus, ad reatum pœnæ expiadum, non ut accipiatur propriè, pro meritis gratiæ, vel gloria. Deinde, iam sèpe diximus, non solum non vendi à Pontificibus satisfactiones sanctorum, sed etiam severissime prohibeti, & puniri omnem speciem similium venditionum. Quod ne ipse quidem kemnitius ignorat, qui decreta Pontificum, & Conciliorum de his rebus vidit & legit, & in suum librum, ut cum pleniorum faceret, transtulit. Deinde, Addit Kemnitius, communionem sanctorum, de qua in symbolo fit mentio, tria significare. Primo, quod Ecclesia sit societas quædam eorum, qui spiritu Christi sanctificantur, & membra sunt vnius corporis mystici. Secundo, quod in Ecclesia sint omnibus fidelibus communia bona quædam diuinitùs colata, ut fides, baptismus, remissio peccatorum, & vita æterna. Tertio, quod inter fideles, debeant esse communia officia caritatis, sicut exemplo membrorum corporis humani Paulus ostendit, Rom. 12. & 1. Cor. 12. His expositis, concludit articulum illum fidei, nō loqui de indulgentijs Pontificis, nec de meritis supererogationis, & ideo insigni de præuatione Pontificias indulgentias in illum articulum intrudi. At, neque nos dicimus, articulum illum fidei, loqui in specie de operibus supererogationis, vel de indulgentiis, sed colligimus ex generali proprietate Ecclesiæ, posse unum membrum ab alio iuuari, quod ipse etiam Kemnitius agnoscit in tertia significacione communionis sanctorum. Nam, si debent officia caritatis inter fideles esse communia, ut sunt inter membra eiusdem corporis, quid quæsto prohibet, cur non possit unus alteri satisfactionem suam communicare?

Potest

I

Potest, ex Apostoli sententia ad Galat. 6. propter communionem membrorum Ecclesiæ, alter alterius onus portare, cur non poterit alter pro pena alteri debita satisfacere? Potest, ex sententia D. Augustini, in Epist. 23. & lib. 3. de baptismō contra Donatistas, cap. 18. unus pro alio credere, ut sit in baptismō parvulorum, cur non poterit unus pro alio pati? Sed audi eundem Augustinum, tract. 33. in Ioannem, de communione sanctorum differenter: *Oculus*, inquit, *solus videt in corpore*, sed nunquid *soli tibi oculus videt?* & *manu videt*, & *pede videt*, & *ceteris membris videt*. Non enim si aliquis ictus in pedem veniat, auerterit se oculus inde, ut non preceantur. Rursus, sola manus operatur in corpore, sed nunquid *sibi soli operatur?* & *oculo operatur*. Nam si ictus aliquis *vensiens non eat in manum*, sed *tantum in faciem*, nunquid dicit manus, non me mons, quia non tentit ad me? Sic pes ambulando, omnibus membris militat, membra cetera tacent, & lingua omnibus loquitur. Hæc ille. Quæ si applicentur ad fideles, qui membris illis corporis significantur, licebit, sine dubio, dicere, eum qui ieiunat, qui facit eleemosynam, qui orat, qui persecutionem iniunctam patienter tolerat, qui vincula, qui verbera, qui mortem pro Christi fidei patitur, non sibi soli hæc agere, vel pati, sed etiam alijs, præsertim si ipse non habeat peccata, quæ ictis passionibus, purget.

Adiungit obiter Kemnitius Tria alia scripturæ testimonia, quæ perperam à Catholicis adduci affirmat. Unum est, psalm. 118. *Particeps ego sum omnium timentium te*. Et dicit illud, *Particeps*, significare voce Hebraicâ, & Grecâ, socium, & sensum eorum verborum esse, Davidem publica confessione ostendisse se socium & amicum aliorum piorum timentium Dei; sed indectos, nescio quos inde fecisse Pontificale participium: ad probandum, per indulgentiarum nutriditionem, partem pecuniarum accipere à clero, partem à populo, partem ab vtroque. Sed nullus Catholicus est, qui ita expulerit, ut illud, *particeps ego sum*, retulerit ad Pontificem, qui tribuit indulgentias: omnes enim referunt ad ipsos fideles, qui cum socij & amici sint aliorum fideliūm piorum, participant etiam ipsorum bona: quo-

niam sociorum & amicorum omnia sunt communia, ut puehre s. Austinus ostendit, tract. 33 in Ioannem, vbi adeò dicit omnia esse communia p̄is fidelibus, vt omnes dicere possint, se loqui omnibus linguis, sicut loquebantur olim, qui visibiliter accipiebant Spiritum sanctum, quoniam linguae omnium fidelium toto terrarum orbe dispersorum, singulis sunt communes, per caritatem, qua sumus omnes unum in Christo. Itaque, qui dixit, *Socius & amicus sum omnium timentium te*, conquerenter etiam dixit, *Particeps sum omnium bonorum quibus prediciunt omnes qui timent te*. Alterum testimonium est in psalm. 121. *Hierusalem que edificatur ut civitas, cuius participatio eius in id ipsum*. Hoc testimonium perperam allegari dicitur Lindano pro communione sanctorum, & thesauro indulgentiarum: cum tamen constet ex verbis sequentibus, sensum illorum verborum esse: Hierusalem ita edificari, ut sit civitas, in qua sit coniunctio, seu consociatio talis, ut illuc ascendant tribus Domini ad testimonium Domini, & ad iudicia. Sed haec est nimia contradicendi libido: non enim psalmus dicit, esse in Hierusalem participationem, sive consociationem solum, ad ascendendum ad testimonia Domini, & ad iudicia: sed dicit, Hierusalem, id est, Ecclesiam, edificari instar civitatis pacatissimae, & concordissimae, in qua sit participatio in id ipsum, id est, participatio simul omnium in unum, ut sint omnia omnia. Id vero probat Psalmus: *Quia illuc ascenderunt tribus, tribus Domini, id est variae tribus, variae gentes, & nationes conuersae ad Dominum*; & licet sint tam multæ, & tam variaz, tamen conuenient in eadem confessione fidei, & in ijsdem legibus, & iudicijs, &c. Tertium testimonium dicit esse illud Psal. 149. *Ad faciem vnde citam in nationibus, ad alligandos reges eorum in compedibus, &c.* Sed adscribere debuitur, vbi legerit hoc testimonium pro indulgentiis ciuatum. Ego enim legi ferè omnes, qui inter Catholicos de indulgentiis scripserunt, nec apud nullum inveni, hunc locum inter alios adductum; nihil autem facilius est, quam argumenta à se conficta, refutare.

CAPUT XVII.

Respondetur ad caput quartum disputationis Kemnitij.

IN quarto capite disputationis suæ, kemnitius probare aggreditur, indulgentias Pontificias, veteri Ecclesiæ, per annos mille, & ducentos, fuisse incognitas. Id vero probat primò, testimonio Durandi, S. Antonini, & Roffensis, qui id farentur. Deinde, quia nulla inuenitur mentio indulgentiarum apud Atifelnum, Rupertum, Bernardum, Petrum Lombardum, & Gratianum, qui proximè præcesserunt annum millesimum ducentesimum. Postremò, quia veteres Patres, Chrysostomus, Nyssenus, Augustinus, Bernardus, & Petrus Lombardus, indulgentias nondum natas scriptis suis confutarunt. Sed, vt à primò incipiamus; non id est indulgentiæ non sunt antiquæ, quia duo, vel tres ex Catholicis, id non legerunt in veterum libris. Neque tres isti auctores negant, indulgentias fuisse cognitas, tempore Anselmi, Bernardi, Ruperti, Petri Lombardi, & Gratiani, vt Kemnitius dicit, sed tempore Hieronymi & Augustini, & aliorum veterum, qui primis quingenitis annis floruerunt. Ac ut omnes intelligant: Kemnitium aperte mentiri, Alexander eius nominis III. Pontifex maximus, sedere cœpit anno Domini 1156. Is vero Pontifex, in Epistola ad Archiepiscopum Canthuaciensem, scribens, respondet quæstioni sibi propositæ; An indulgentias ab aliquo Episcopo concessas literari possunt iij, qui non sunt eidem Episcopo subiecti: ac dicit, non posse: quia nemo potest, nisi a suo iudice ligati, vel solui. Et habetur hoc rescriptum in iure, cap. quod ait, tem, de penitent. & remissiō. videmus autem hoc loco mentionem indulgentiæ, vt rei non tunc primū instituta, sed visitata, & recepta. Igitur, mentitur kemnitius, pag. 274, cum sicloquitur: *In hac de indulgentiis disputatione, non possunt, vel villa Patri testimonia, vel villa veteris Ecclesie exempla proferri, quod talis vel doctrina, vel usus talium indulgen-*

tiarum, vullo unquam tempore, ut que ad annos post natum Christum, mille, ducentos, in veteri Ecclesia fuerit. Eugenius III. Pontifex sedere coepit, anno millesimo, centesimo, quadragesimo quinto. Is autem per litteras generales concessit indulgentiam accipientibus crucem, & proficiscentibus ad bellum sacrum, & S. Bernardo iniunxit, ut eas indulgentias praedicaret populis, eosque ad bellum illud accenderet. Paruit S. Bernardus Pontifici, & prædicationem suam innumerabilibus, & maximis miraculis confirmauit, ut ipse modestè indicat, initio libri 2. de consideratione. Sed copiosius rem totam narrat auctor vita ipsius, lib. 3. cap. 4. Ergo, mentitur Kemnitius, tum, cum ait, ante annum 1200. non fuisse notas indulgentias, tum cum apud Bernardum nullam huius rementionem extare confirmat, & cum Petrus Lombardus, & Gratianus eodem seculo floruerint, fieri non potest, quin ipsi quoque indulgentias nouerint. Paschalis II. Pontifex sedere coepit anno 1099. & in Cœilio quodam Lateranensi, anno 1116. celebrato, indulgentias quadraginta dierum concessit ijs, quilibet minima Apostolorum visitauerant, ut Conradus Abbas Virspergensis in Chronico suo testatur. & quoniam eo tempore florebat Rupertus Abbas Tuitiensis: mentitur Kemnitius, qui dicit, tempore Ruperti nondum indulgentias Pontificias orbi terrarum innotescere coepisse, nec ante annum 1100. innotuisse. Urbanus II. Pontifex sedere coepit anno 1088. & eius tempore S. Anselmus floruit. Scribit autem idem Conradus Abbas Virspergensis in Chronico anni 1099. predictum Urbanum in Concilio Claromontano, indulgentiam concessisse omnibus, qui sponte aduersus infideles orientales arma sumebant: cuius rei multi alij meminerunt. Mentitur igitur Kemnitius, cum tam auctor scribit, tempore sancti Anselmi, & ante annum 1200. indulgentias cognitas non fuisse. Quid nunc addamus Gregorium VII. qui sedere coepit anno 1073. & in Epistolis suis frequentissime concedit indulgentias? Sergium I. I. qui sedere coepit anno 844. & indulgentiam tribuit adeuntibus Ecclesiam S. Martinii montibus, cuius memoria extat insisa in lapide marmo

geo, litteris verutissimis? & Leonem III. qui sedere coepit anno 796. & indulgentias varias multis in locis in ipsa Germania constituit, teste sancto Ludgero, in vita S. Sviberti? An non evidenter mendacij Kemnitius conuinicitur, qui veteres omnes Historias legisse videt vult, & tamen affirmate non veretur, ante annum 1200. igitur fuisse orbi terrarum indulgentias Pontificias? Neque mirum videri debet, si auctores antiquiores non multos habeamus, qui harum rerum mentionem faciat, quoniam plurimae sunt in Ecclesia, que solo vsu, sine litteris conseruantur. Extant tamen Romæ in antiquissimis Ecclesijs memoriae indulgentiarum, à multis Pontificibus, & ab ipso etiam S. Silvestro, qui ante annos 1200. floruit, concessarum. Sed ea, quæ diximus, ad mendacia kemnitij confutanda, sufficere videntur.

Venio nunc ad testimonia veterum scriptorum, quæ profert Kemnitius aduersus indulgentias nondum natas. Primo igitur adducit Petrum Lombardum, quilib. 4. sent. dist. 18. dicit, *Deum sine tegere paenitentium peccata, quando ad penam non referunt, sed debitum penam remittit. Idque probat ex Augustini sententia in explicatione psal. 32.* Sed in eodem loco solutio est huius obiectionis. Significat enim Petrus Lombardus, de pena æterna intelligendum esse, quod dicitur, *Deum tegere peccata, cum ea non referunt ad pennam.* Et ideo inquit: *Sicut interius gratia sua animam illuminat, ita & simul debitum æterne mortis relaxat: ipse enim per se ipsum, peccata paenitentium regit; et tunc regit, quando ad pennam non referunt: Et paulo infra: Ita ergo, inquit, dicit à Deo testa, ut Deus non videat, id est, eternaliter puniat.* Quod autem pena temporalis remaneat post remissionem culpam, in hac vita, vel in purgatorio luenda, docet Petrus Lombardus, dist. 20. lit. B. his verbis: *Qui, inquit, ante exploriationem paenitentie discesserint, ignrem purgatorium sensent, & gravius punientur, quam si hic impleissent paenitentiam.* Horrendum enim est incidere in manus Dei videntis. Deus enim, cùm sit misericors, & iustus, & misericordia paenitenti ignoscit, non reservans peccatum ad penam æternam: ex iustitia vero, impunitum non dimittit delictum, aut enim punit homo, aut Deus, &c. Et paucum post, lit. D, docet, posse paenitentem, præsertim post

mortem, iuuari aliorum satisfactionibus per orationes & eleemosynas. Itaque Petrus Lombardus illa omnia disertis verbis affirmat, quæ fundamenta esse indulgentiarum, Kemnitius fatetur, yidelicet purgatorium, poenitentia reatum post culpam remissam, & communicationem satisfactionis alienæ.

Secundo loco adducit Kemnitius Chrysostomum, homil. 1. in Epist. ad Philemonem, ubi legimus: *Ad impetrandum peccati, nostris veniam, non opus esse, vel pecunias impendere vel peregrinando ad loca longinquaa transire. Eandem sententia habet Augustinus, in serm. de martyribus. Non dixit Deus, rade in orientem, & quere iustitiam: nauiga usque in occidente, ut accipias indulgentia. Dimittet tibi, &c. Bernardus etiam, sermon. 1. de Aduentu: Nonte oportet, homo, maria transfretare, non penetrare nubes, non transalpinare neceſſe est, Non grandis tibi ostenditur via, usque ad temetipsum occurre Deo tuo. Sed hæc testimonia nihil efficiunt. Primum enim loquuntur de iustificatione impij, ac remissione culpa, non de solo reatu poenitentia, de quo nos loquimur. Deinde solum probant, non esse absolute necessariam ad remissionem peccatorum, vel peregrinationem, vel eleemosynam, alioquin enim pauperes & ægrotantes spe omniciarent, & satis nouimus, posse hominem per internam conversionem ad Deum ita vehementer accendi in amorem Dei, & de peccatis suis dolore, cum proposito confessionis, ut continuo recipiat remissionem omnium culparum, & paenitentiam. Sed non ideo sunt iniuriae peregrinationes & eleemosynæ. Et hoc solum contendimus aduersus Hæreticos, ac ut omittam de eleemosynis dicere, de quorum utilitate ad redimenda peccata, pleni sunt libri Patrum, ac præsertim Chrysostomi, & Augustini, ut nos ostendimus in libro de eleemosyna, quæ est postremus in controvèrsijs nostris. Certe, idem Chrysostomus mirificè laudat peregrinationes ad sepulchra martyrum, in hom. 66. ad populum Antiochenum. S. etiam Augustinus, in Epist. 137. ad Clemum & populum Hipponeensem scribit, le auctorem fulle, ut quidam ad loca sancta peregrinationem suscep- tunt. Denique S. Bernardus Petrobusianos Hæreticos*

confutauit, qui præter alios errores hunc etiam habebant, ut peregrinationes fidelium ad loca sancta reprehenderent. Vide vitam S. Bernardi lib. 3. cap. 5.

Tertiò Kemnitius adducit Chrysostomum, homil. 28. in Matthæum, ubi dicit, *Eos de templo Dei speluncam latronum facere, qui lucra terrena sectantur: & Christum quoties intrare templum Dei, & ejcere omnes vendentes gratiā Dei. Sed quod sum hæc tendunt An forte omnes, qui auaritiam in sacerdotibus reprehendunt continuo etiam indulgentias reprehendunt An non sapientissime repetiuimus, non solùm non probari summis Pontificibus eos, qui quoquomodo ex indulgentijs negociationem faciunt, sed maximè improbari, damnari, puniri?*

Addit vltimo Kemnitius, scilicet alio in loco demonstrasse, *Gregorium Nyssenum integrum orationē opposuisse persuasiōne peregrinatibus ad loca Hierosolymitana. Cui respondeamus, nos quoque alio in loco, id est, lib. 3. de cultu sanctotum, cap. 8. demonstrasse testimonijs scripturar, & veterum Patrium, nec non argumentis alijs, peregrinationes ad loca sancta pias, & Deo gratas, & nobis vilissimas esse. Gregorium verò Nyssenum non reprehendere peregrinationes absolutè, sed docere, quibusdam personis, ut monachis, & sanctimonialibus, non conuenire, cum eorum proposito magis conueniat quies & solitudo. quamvis etiam non sit omnino certum, an ea oratio Gregorij sit.*

CAPVT XVIII.

Respondetur ad primam partem argumenti historici contra indulgentias,

In vltimo capite disputationis sua, Kemnitius historiam longissimam texit, ut originem indulgentiarum, quales à Catholicis defenduntur, nouam esse demonstraret. Continet autem ea historia tria tempora, unum ab initio Ecclesie, usque ad annum circiter non gentesimam: alterum ab anno 900. ad 1100. tertium ab anno 1200. ad annum 1517. quo tempore, auctore Luthè-

ro, extictas indulgentias Kemnitius gloriatur. Ac pri-
mo quidem tempore, indulgentias nihil aliud fuisse
contendit, nisi relaxationes publicæ, pœnitentiaz, sed
eas relaxationes nihil habere commune cum indulgen-
tijs Pontificijs, de quibus instituta controversia est. Sed
antequam ad rem propositam veniat, longissima dis-
gressione refert multa de ritibus publicis pœnitentiaz,
de caussis eiusdem, ac demum de canonibus pœnitentia-
tialibus, vbi ad verbum describit canones Conciliorum
Nycæni & Ancyraní, nec non eos, qui habentur apud
Burchardum & Gratianum. Quoniam enim iam dudum
Lutherus, ius Canonicum publicè exußit, & eiusmodi
ritus & leges, non solum de moribus, sed etiam de me-
moria, & libris Lutheranorum exciderunt, voluit Kem-
nitius, commemoratione harum rerum, doctrinam re-
conditam & abstrusam venditare, vt ceteris diligen-
tior ac doctior haberetur. Et quamvis non defint in hac
digressione multa, quæ falsitatis coargui possent, tamen
quia ad rem præsentem non faciunt, non existimauit,
tempus esse in his commemorandis, vel refellendis, cō-
terendum. Illud vnum præterire non possum, Kemni-
tium inter scripta veterum reuelanda non raro inae-
nisse, quod minimè volebat. Nam cùm ipse cum Luthe-
ranis ceteris contendat, pœnitentias veterum, discipli-
næ caussa, non autem satisfactionis coram Deo, &
redemptionis, vel expiationis peccatorum institutas ta-
men fatetur, se hoc etiam postremum apud Patres non
raro legisse. Ac pro sua modestia, & aduersus antiquissimos patres reuerentia, eos non obscurè reprehendit.
Sic enim loquitur pag. 30^c. Nec verò nescius sum veteres ali-
quando nimis largiter, & verbis nimis magnificis, disciplinam
illam canonicam commendare: ut quod Tertullianus dicit, satisfa-
ctionibus illis peccata expiari: Cyprianus illis dicit, peccata redimi-
abili, sanari, et iudicem placari; Ambrosius penas gehennæ illis
compensari: Augustinus, De eis illis de peccatis præteritus propria-
ris. Et talia sunt, quæ salutem fidei (Lutherana videlicet) nec pos-
sunt, nec debent, sicut sonant, accipi: & intelligi. Hæc ille. Sed
profectio iustius erat, nouos Lutheranorum errores ex
doctrina veterū Patrum corrigeret, quām ex nouis istis

eritoribus de veterum Patrum doctrina & sententijs iu-
dicare. Porro, digressione illâ aliquando expedita, pag.
318, aggreditur ad probandum, indulgentias olim nihil
aliud fuisse nisi moderationes, relaxationes, & remissio-
nes multarum canonicarum, quæ in publica pœnitentia
vitatæ tunc erant. Id vero probat ex canonibus Con-
ciliarum Ancyraní, Nicæni & Agathensis, & tandem his
verbis concludit. *Hæc fuerunt veteres Ecclesie, siue relaxatio-
nes, siue indulgentie, à quibus quemadmodum Pontificia indul-
gentia per omnia genera causarum diversæ sint, ex hac narratio-
ne, & ex descriptione indulgentiarum in principio exposita, si
sit collatio, manifestum est: atque ideo nudam tantum pono reci-
tationem, relinquens lectori collationem diuersitatis. R E S P O N
D E O.* Relaxationes pœnitentiaz canonicaæ per omnia
genera causarum cum ijs indulgentiis conuenire, quas
Catholicci defendunt, & quas Kemnitius supra non fide-
liter, sed admistis mendacijs explicauit. C A V S S A
enim veluti E F F I C I A N S indulgentiarum, iuxta Ca-
tholicorum omnium sententiam, Episcopi sunt, ac po-
tissimum Romanus Episcopus, quem Episcopum Epis-
coporum, Tertullian. in lib. de Pudicitia nominauit:
Constat autem, cum veteres relaxations, tumre centio-
res indulgentias non ab alijs, quam ab Episcopis dari
solere, vel posse. Causa F O R M A L I S est ipsa libera-
tio, siue iudicialis absolutio per ministerium clauis à
pœnis in foro pœnitentiaro debitum, quod totum in
utrasque remissiones, tam veteres, quam recentes con-
venire non dubium est. Causa M A T E R I A L I S, siue
sunt ipsi pœnitentes, qui absoluuntur, siue pœnæ, circa
quas verlatur absoratio, eadem omnino utroque re-
periatur. Nam & veteres, & recentiores Episcopi, non
alijs, quam pœnitentibus indulgentias tribuunt, nec
alias pœnas, quam in foro pœnitentiaro debitas rela-
xant. Quod autem tunc relaxarentur pœnæ iniunctæ,
nunc autem tum iniunctæ, tum iniungendæ, ratio est:
quoniam tunc iniungebantur severiores pœnitentiaz,
quæ sœpe delictis æquales erant: nunc autem, iniungun-
tur mitiores, quæ delictis impares sunt, sed siue pares,
sunt impares iniungantur, omnino parcs in hac vita, vel

in alia perferendæ sunt, nisi misericorditer relaxentur. Atque ad hoc probandum, adduximus suprà, cap. 13. testimoniū S. Cypriani, qui in Epist. 2. lib. 4. ad Antonianum apertissime scribit, eos qui in hac vita non plenè satisfecerunt, emendandos & cruciandos igne purgatorij in alia vita, donec reddant nouissimum quadrangulum. Ac ut non repetam tam multa, quæ alibi diximus vnius S. Augustini vno vel altero testimonio contentus ero. Hunc enim auctorem præter ceteros, etiam Hæretici nostri temporis magni faciunt. Igitur Augustinus in psalmum 3: in illa verba. *Domine ne in furore tuo argue me, neque in ira tua corripias me, illos dicit argui in furore quibus dicitur. Ita maledicti in ignem eternum, illos autem corripi in ira, qui emendantur igne purgatorio. Neque inquit, in ira tua emendes me, ut in hac vita purges me, & talem mereendas, cuiusdam emendatorio igne non opus sit, propter illos qui salvi erunt, sic tamen quasi per ignem.* Et paulò post. Quare peti iste ne in indignatione arguitur, neq; in ira emendetur, tanquam dicens Deo, quoniam ista que patior, multa sunt, magna sunt, quæ sufficiant, & incipit illa numerare satisfaciens Deo, offrē illa que patitur, ne peiora patiatur. Audis ne, Kéniiti, per penas huius vitæ patiēter toleranter satisficeri Deo? audis eos, qui hic nō plenè purgātur, in alia vita igne purgatorio emundandos? & rationem eorum omnium idem August. reddit in Psal. 50. cùm ait: *Veritatem dilexisti, quoniam impunis peccata etiam eorū, quibus ignoscis, nō dimisisti, sic prorogasti misericordiam, ut seruares & veritatem, ignoscis confitentes, ignoscis, sed scipsum punienti, sic seruatur misericordia & veritas.* Quid clarius dici potuit ab illo scholastico Doctore? Atque hac est etiam cauſa, cur in priore libro dixerimus, tum ad veteres relaxations, tum ad recentiores indulgentias, thesaurum satisfactionum Christi & sanctorum applicandum fuſſe, quoniam misericordia cum iustitia in omni relaxatione coniungenda est. Itaque etiam in hac re similes sunt indulgentias veteres & nouæ. Restat cauſa F I N A L I S, quæ saltē in genere semper eadem fuit, gloria Dei, & utilitas Ecclesiæ. Nam antiqui poenitentias relaxabant, vel quando necesse erat, laplos ad martyrium per communionem & sacramenta pra-

parare: vel quando timabant ne poenitentes sub onere deficerent: vel quando negligentiores ad studium poenitentia accendere cupiebant, hoc veluti præmio relaxationis, quod diligentioribus præbebatur: vel quando martyres, qui pro poenitentibus Episcopos rogarabant honorare, & eo modo reliquos fideles ad martyrij gloriam prouocare volebant. Denique, nunquam decretationabilis cauſa, cur sancti illi Patres, poenitentias iniunctas moderandas, vel remittendas iudicarent. Posterioribus quoque temporibus, semper cauſa indulgentiarum concedendarum, vel fuit recuperatio terre sanctæ, vel subuentio pauperum, vel excitatio fidelium ad preces, & opera poenitentiarum, vel alia similis rationis, & pia. Neque poterit Kemnitius, quamvis multas fabulas à suis confictis recitet, producere unum aliquod Pontificium diploma, vbi pro pecunia ipsi Pontifici numeranda, vel alia siue turpi, siue profana, siue leui cauſa, indulgentiarum concedantur. Habemus igitur, omnia genera cauſarum eadem fuisse in indulgentijs antiquis, & nouis. Vnum discrimen in medium adferri posset, quod veteres illi Episcopi singulis poenitentibus poenas relaxabāt, nuc autem plerumque in communis omnibus relaxantur, qui certa opera sibi iniuncta præstinent. Sed neque est hoc essentiale discrimen, neque eiusmodi communes indulgentiarum antiquis temporibus defuerunt. Attulimus enim suprà certa testimonia de indulgentijs communibus, à Sergio II. Leone II. & Gregorio I concessis, qui omnes ante annum 1000, sedebunt, nec defunt probabiles conjecturæ de indulgentijs à Paschali I. & Siluestro I, in commune propositis.

CAP VT XIX.

Respondetur ad alteram partem argumenti historici contra indulgentias.

A Ltera pars historiæ Kemnitii, continet ea tempora quibus poenitentia redimi cooperunt. Scribit enim Burchardus ex poenitentiali Romano, eum,

qui vno die in pane & aqua ieunaturus erat, potuisse ieunium illud commutare seu redimere, si quinquaginta psalmos flexis genibus recitasset, & pauperem vnum eo die paupisseret, & eodem modo alias pœnitentias aliis redimi, vel in alias commutari, per ea tempora licuisse. Quando hæc redemptiones propriè cœperint, non ita certò constat, sed Burchardus, qui de illis scribit, circa annum Domini millesimum vicelimum floruit: sed extat etiam mentio harum redemptionum, in Concilio Triburensi, can. 56. & 58. quod Concilium tempore Arnulphi Imperatoris, anno 896. celebratum est. De his igitur redemtionibus nonnulla xemnitius dicit, que discussione indigere videntur. Primum, pag. 323. scribit, circa hæc tempora accessisse ad opera pœnitentia opinionem de opere operato, quod ipsum inferius aliquoties repetit. Vocat autem opinionem de opere operato, quod credere cœperint homines, his operibus satisfici Deo pro peccatis, & necessarias esse eiusmodi satisfactiones non solum causâ disciplinæ, sed etiam ad placandum Deum. In qua re bis errat xemnitius, primum in nomine, deinde in re. neque enim intelligit, quid Catholici Theologi per opus operatum significare voluerint. Nam si id intellegeret, certè non diceret, opera pœnitentia ex sententia Catholicorum, vim habere ex opere operato. Quid igitur Catholicî opus operatum vocant? Id quod non penderet à dignitate, vel sanctitate ministri operantis, sed hoc ipso, quod sit ex diuina institutione, vim habet. Talis est, exempli causâ, baptismus, qui vim habet sanctificandi ex diuina institutione, & reuera sanctificat, etiam si ab homine improbo & perditio conferatur. At opera pœnitentia ex Catholicorum doctrina, nihil efficiunt, hoc est, non placant Deum, nō satisfaciunt pro peccato, non expiant pœna reatum, nisi fiant ab homine iustificato, & reconciliato, proinde ex opere operantis, non ex opere operato vim habent, quando nou sunt pars sacramenti pœnitentia, sed sponte assumuntur ad placandum Deum, eique pro reatu pœnae satisfaciendum: quando autem sunt pars sacramenti, tunc quidem vtroque modo vim habent. Sed

xemnitius loquitur de his operibus, priore modo, neque vult ex sententia Catholicorum, eam vim habere ex opere operato, quia sunt pars sacramenti, sed quia assumuntur ad placandum Deum. Atque hæc de hallucinatione xemnitii circa nomen. Quod autem ad rem attinet, iam ipse citauit, & reprehendit Tertullianum, Cyprianum, & Augustinum, qui scripsierunt, opera pœnitentia placare Deum, & per ea redimi peccata, sanari, ablui, expiari. & nos addidimus alia testimonia Cypriani & Augustini, quibus probatum est, necessaria esse opera pœnitentia ad satisfaciendum Deo pro peccatis, alioqui in vita futura, eluenda esse grauissimis pœnis in igne purgatoriij. Non igitur verum est, his temporibus, id est, circa annum Domini, millesimum accessisse opinionem de necessitate, & efficacia satisfactionum, cum ea opinio, vel potius certa fides in Ecclesia Catholica semper fuerit.

Secundò xemnitius addit, ex illis redemtionibus & commutationibus pœnitentiarum, secutam esse languefactionem (Sic enim ipse loquitur) vere contritionis, euersione serie emendationis & persuasione impunitati in delictis. Sed mirum est, cur hoc dicat, cum illæ redemptions, grauissimæ pœnitentia fuerint, & nō omnium pœnitentiarum, sed solum aliquarum redemptions permitterentur. & si veteres Patres rectè interdum relaxabant, ac remittebant iniunctas pœnitentias, cur vitio verti debet posterioribus patribus, quod easdem pœnitentias aliis commondioribus redimi, vel in alias faciliores commutari posse censuerint? Certè apud Lutheranos non opus est redimere ieunia eleemosynis, cum nulla sint amplius apud eos indicta ieunia, nec pœnitentibus opus est quæsere, quibus operibus redimant impositas pœnitentias, cum Lutherus eorū Patriarcha scriperit in lib. de captiuitate Babylon. cap. de Baptismo, omnia peccata in momento absorberi, si adsit vel redcat fides. Sed de his sape diximus.

At inquit xemnitius, In Concilio Cabilonenſi sub Carolo Magno, teste Burchardo, extat canon contra eos, qui de industria peccabant, & propter eleemosynarum largitionem impunitatem

peccandi sibi promittebant. Item contra alios, qui putabant se à peccatis omnibus posse purgari, si Romam vel Turonam, aut ad alia loca sancta sub pretextu orationis pergerent. Extant quidem isti Canones, & sancte, prudenterque statuti sunt aduersus eos, qui sine vera conuersione ad Deum, immo cum proposito perseverandi in peccatis, satis sibi esse ducebant, si eleemosynis, vel peregrinationibus operam darent. Sed hæc vitia sunt hominum, non canorum. neque enim canones, qui redemptionem permittebant, volebant fieri sine vero proposito dimittendi peccata, vel sine vera contritione & conuersione ad Deum.

Postremò adiungit remnitius, *Ex his redemptionsibus pœnitentiarum paulatim ortas esse modernas indulgentias, quibus per opera indebita sanctorum peccata redimi posse dicuntur.* Sed hoc falso esse, manifestè patet ex eo, quod indulgentias, quales nunc sunt in vsu Ecclesiæ, antiquiores sunt redemptionsibus pœnitentiarum. Nam redempções illæ cœperunt, circa annum 1000. vel 900. & indulgentiæ quales nunc sunt, in vsu fuisse, ostendimus per certissima testimonia, diu ante annum nongentesimum, tempore Sergij II. Leonis III. & Gregorij I. Neque remnitius aliud profert, ad probanda, quæ dicit, nisi suas, eaque leuissimas coniecturas.

CAPVT XX.

Respondetur ad tertiam partem argumenti historici contra indulgentias.

Postrema historiæ pars continet ea tempora, quibus remnitius conatur ostendere, originem habuisse indulgentias, quæ nunc sunt vsu receptæ. Ac primum fatetur, quod est verissimum summæ antiquitatis argumentum, non esse vsquam annotatum, quo tempore coeperint indulgentiæ. Deinde refellere conatur, quod Catholici dicunt, tempore S. Gregorij, id est, anno Domini 600. iam fuisse in vsu Ecclesiæ indulgen-

tias, cùm traditio antiqua habeat, ab ipso S. Gregorio additas fuisse stationibus indulgentias. Refellit remnitius eam Catholicorum sententiam illo solum arguento, quia nihil de hac re in scriptis S. Gregorij, vel in historiis corum temporum inueniatur. Ed arguementum nullas habet vires, cùm constet, eiusmodi concessiones non in libris, sed vsu & consuetudine conservari. Nam etiam de indulgentiis à Leone III. in tot locis Germania constitutis, nihil extat in eius Epistolis, quas satis multas scripsit, neque in historiis vniuersalibus eorum temporum, & nisi incidisset occasio, vt S. Lugderus vitam S. Sviberti scribendam suscepit, sciremus quidem, Aquisgranii & Coloniæ indulgentias à Leone III. concessas haberis, sed nullo certo teste id probari possemus, quomodo etiam nisi S. Innocentius primus necessitatem habuisse rescribendi Decentio, Episcopo Augubino, scilicetanti, an Episcopus deberet conferre sacramentumunctionis extremæ, an solus presbyter, certè non haberemus testimonium vlliustri auctoris, illius temporis pro sacramento illo. Siquidem de iis rebus, quæ sunt in vsu communis fidelium, non scribent Patres, nisi coacti ab hereticis, aut aliâ simili necessitate. Itaque ad probandum, à S. Gregorio indulgentias stationibus adiunctas fuisse, multò amplius valere debet S. Thomæ, & Guilielmi Altiiodorensis gravissimorum virorum affirmatio, quam silentium omnium aliorum. Quod enim aliquid verum sit, etiam à multis scriptum non sit, facile credi potest: at falso esse, quod à viris grauissimis, ac fide dignissimis affirmatur, non facile credi debet. Obiter autem remnitius, cùm stationes nominasset, addere voluit, quæ sit notio eius vocis: *Et quia stantes, inquit, verbum audiebant, & orationes faciebant, dicitur sunt stationes.* Sed longè aberrat a veritate: Stationes enim dictæ sunt, militari vocabulo, vigilæ quædam spirituales Ecclesiæ, quæ vel ob imminentem persecutionem, vel alia de causa in ieiuniis & oratione perseverabat, usque ad horam diei nonam, aut etiam usque ad vesperam. Similiter enim ieiuniū & statio soluebantur. Et quemadmodum milites in excubis

vigilantes, in statione esse dicuntur, siue stent, siue sedant, siue obambulent: Sic etiam Christiani stationem celebrare dicebantur, cum in oratione & ieiunio tota die perseverarent, siue stando, siue prostrati ad terram, siue genibus positis, siue quo quis modo Dominum precarentur. De qua re vide Tertullianum in lib. de fuga in persecutione, in libro de ieiunio, & in libro de oratione, & quæ nos scripsimus in libro 2. de bonis operibus in particulari, cap. 12.

Deinde Kemnitius addit: *Nihil de indulgentiis innueniri in scriptis Burchardi, Gratiani, & Petri Lombardi, atque inde concludit, indulgentias ortum habuisse circa annum domini millesimum, ducentesimum.* Cui argumento nos suprà respondimus, capite 17. vbi ostendimus ex testibus certis, indulgentias multò esse antiquiores. Ac ut videamus, quam verum sit proverbiū, mendacem memorem esse debere, scripsit Kemnitius suprà, pag. 274. hæc verba. In hac de indulgentiis disputatione, non possunt vel villa Patrum testimonia, vel villa veteris Ecclesie exempla proferre, quod talis, vel doctrina, vel usus talium indulgentiarum vlo inquam tempore, usque ad annos post natum Christum, mille ducentos, in veteri Ecclesia fuerit. Et idē repetit pag. 275. affirmans, nullū auctorem scripsisse de indulgentiis ante annum Domini 1200. & tamen pag. 332. scribit Kemnitius. Alexandrum III. Pontificem, circa annum Domini 1170. Scripsisse de indulgentijs, quæ siebant in dedicationibus Ecclesiarum aut conferentibus aliquid ad ædificationem pontium, neque Alexander tunc indulgentias instituit, sed loquitur de re nota, & visitata, & frequentissima. & infra pag. 373. numerat idem Kemnitius Vvaldenses inter eos, qui indulgentias, quales nunc habet Ecclesia, reiecerunt & oppugnarunt: constat autem, Vvaldenses circa eundem annum 1170. errores suos prædicare cœpisse. At quomodo ista cohærent, vt indulgentiarum origo referenda sit, auctore Kemnitio, ad annum 1200. & tamen, eodem auctore, anno 1170. Alexáder III. de indulgentijs iamdudum introductis rescripta edat, & Vvaldenses hæretici indulgentias in Ecclesia olim receperas damnent atque rejiciant? Igitur non solum testibus

a no-

z nobis productis cap. 17. sed etiam ipso Kemnitio teste, sententia eiusdem Kemnitij de indulgentiarum notitate, apertissime refutatur.

His tractatis, Kemnitius aggreditur longissimam narrationem de quæstionibus scholasticorum circa indulgentias, de Iubilæis in Ecclesia celebrari solitis, de indulgentiis singularum Ecclesiarum viris Römæ, ac demū de contentione Lutheri & Tetzelij circa indulgentias, quæ non egent refutatione, sed solā mendaciorum, & calumniarum annotatione.

Igitur pag. 346. posteaquam recitauit Kemnitius decretum Concilij Viennensis, contra quæstuariorum abusus, addidit hæc verba: Sed Pontifices ipso facto, mox addiderunt interpretationem, quod sint abusiones damnabiles, & abolende, si siant à questoribus hospitalium, si vero à Romanis Pontificibus, tales indulgentie, & eo modo concedantur, esse opus maximè pium. Hoc autem esse mendacium manifestum, ex ipsa constitutione intelliger, quicunque eam legere voluerit: continet enim ea constitutio tres paragraphos: in primo caetur, ne questores admittantur, nisi Apostolicæ sedis, vel Diocesani Episcopi litteras ostendent. In secundo narrantur abusus questorum, & simpliciter damnantur, & prohibentur, neque villa additur declaratio, quod si tales indulgentie, & eo modo à Pontifice concedantur, sit opus maximè piū. In tertio decernuntur pœnæ questoribus, qui superiori mandato non paruerint: neque etiam hoc loco additur villa talis declaratio, qualem finxit Kemnitius. Illa igitur verba Kemnitij. (Et videris sane possent abusiones illæ in indulgentiis, generaliter taxari, damnari & aboliri per Clementinam illam. Sed Pontifices ipso facto mox addiderunt interpretationem, quod sint abusiones damnabiles, & abolenda, si siant à questoribus hospitalium: si autem à Romanis Pontificibus tales indulgentie, & eo modo concedantur, esse opus maximè pium:) mendaciū, & imposturam apertissimam continent: nusquam enim talis interpretatio in tota illa constitutione reperitur, neque reperiri potest; quia ipsi constitutioni sine dubio repugnat, in qua non solum abusiones illæ absolutæ & simpliciter abolentur: sed etiam reuocantur omnia pri-

uilegia, quæstoribus quoquo modo concessa circa materiam, abusionum illarum: ita ut nihil eorum, in quibus abusiones consistunt, ne prætextu quidem litterarum Apostolicarum illis actitare licuerit. Quod vero initio constitutionis dicitur, ut quæstores non admittantur, nisi litteras Apostolicæ sedis, vel Episcopi proprij demonstrauerint: non est id, quod Kemnitius reprehendit: tum quia hoc non est additum post abusiones damnatas, sed præmissum ante damnationem: tum quia in hac parte non agitur de abusionibus, sed de simplici propositione indulgentiarum, & caritatui poitulatione subsidij, ut ipsa constitutio loquitur.

Idem Kemnitius, pag. 351. multa dicit de venditione indulgentiarum, tempore Pauli II. & Sixti IIII. & ad digne videatur ea ex capite suo fixisse. Extant hec extraugantibus Pauli II. & Sixti IIII. At ego iterum atque iterum legens ac relegens eas extraugantes, ne vellum quidem villum eorum venditionum reperio. Sed qui versatus est in scriptis Kemnitij, & nouit quām iudicet, & sine villa verecundia mentiri solitus sit, non mirabitur, eum in hæ materia præter omnes alias apud Lutheranos odiosa impudentia inventiendi omnino flexualaxasse.

Rufus, pag. 162. adscribit narrationem de indulgentia diuinitorum concessa ad preces S. Francisci, adeuntibus Ecclesiam S. Mariæ de Angelis, quam ipse vocat impudentissimam fabulam. Et verè ex parte fabula est, quod ea videlicet, quæ ipse Kemnitius admisit: nam præter alia scribit, S. Franciscum, Honorio, summo Pontifici dixisse, Sigilla Bulle indulgentie illius, esse stigmata sua. At nullus auctor hoc refert, præter Kemnitium, & non solum non est verum, sed nec verisimile: tum quia nondum S. Franciscus stigmata habuerat, cùm illa indulgentia concessa est: tum quia etiamsi habuisset, non ea vir summis humilitatis vili ratione iactasset. Porro, ad eam narrationem infirmandam nihil omnino Kemnitius adserit, nisi iudicium suum: Ad confirmandam autem, adsum testes illius temporis, qui historiam conscriperunt, ut cognosci potest ex initio 2. libri Chronicorum, ordinis

S. Francisci. Adeo præterea testimonium S. Bernardini, tomo 1. serm. 9. qui est in Euangelium Dominicæ 1. Quadragesimæ, qui vir sanctitate, doctrinâ, & miraculis clarissimus fuit. Adeo testimonium S. Antonini 3. par. summæ hist. tit. 24. cap. 14. §. 3. qui etiam vir doctus, & sanctissimus fuit. Adeo concursus populorum frequentissimus ad eam Ecclesiam, Kalendis Augusti, quo solo die, indulgentia diuinitorum concessa, obtineti potest. Adsum denique signa & prodigia non paucæ, que ad illius indulgentiae veritatem astraenam, edita fuisse, Chronica iam citata testantur. Sed non sine causa Kemnitius hanc historiam falsam, & fabulosam haberi cupit: quoniam per eam historiam tria Catholica dogmata confirmantur, unum de indulgentiis, alterum de Pontifice maximo: Tertium de confessione. Siquidem ad preces S. Francisci, Christus ipse plenariam indulgentiam dedit, sed non nisi per ministerium Vicarii sui Pontificis maximi, dedit, nec nisi per contritionem, & confessionem à culpa expiatis, & eam Ecclesiam visitantibus dedit.

Idem Kemnitius, pag. 364. incipit narrare varias indulgentias, quæ habentur in Ecclesiis vrbis Romæ, quas ipse ex incertis auctoribus, & obscuris libellis colligit, ascendere ad multa centena annorum millia. Et quoniam satis constat, non tamdiu purgatorium, neque ipsum mandum esse duraturum, dicit se pro Germanica simplicitate assequi non posse rationem calculi Pontificij, rogatque Romanenses, ut hoc mysterium explicare non grauentur. Sed primum admonendus est, ut si nosce cupit veras historias de indulgentiis Romanis, non eas petat vel ab hostibus Ecclesiæ, qualis fuit Vespelus ille, quem sapienter citat, neque ab obscuris quibusdam libellis, qualem unum se vidisse dicit editum Norimbergæ, Germanicæ scriptum, & amplificatum, de stationum Romanatum indulgentiis, cùm antea Latinè & brevius editus Romæ fuisset: sed à Pontificum diplomaticis, vel ab Authenticis Ecclesiarum tabulis, aut certè ab auctoribus certis, granibus, doctis, probatis. Neque enim dubitari potest, quin multa vel depravata, vel confusa

in eiusmodi libellis incertis, & anonymis legantur; quæ illud est, quod Gregorius Papa, cùm Lateranensem Ecclesiam iterum dedicaret, tot dierum indulgentias dederit, quot guttæ cadunt, si per tres dies & noctes cōtinuè pluat. Hanc enim fabulam xemnitius, sicut eam retulit pag. 367. ita per se facile potuisset dijudicare, verè fabulam esse, cùm neque adscribatur, quis ille Gregorius fuerit; quando Ecclesiam illam dedicauerit: quis earum rerum testis sit: neque in certis & probatis historiis vñnum eius dedicationis, vel indulgentiæ vestigium extet. Quod si forte probari possit (id enim, vt dixi, in probatis auctoribus non legi) concessa fuisse aliquādo multa millia dierum, vel annorum indulgentiæ: legit, quæ suprà scripsimus, libro superiori, cap. 9. & intelliget mysterium calculi illius, quod sibi explicari petit.

Idem xemnitius, pag. 372. pollicetur se demonstratum, omnibus temporibus fuisse aliquos, qui imposturis indulgentiarum contradixerint, & primum quidem profert Concilia generalia, Lateranense & Viennense, quibus damnantur abusus & fraudes quæstuariorum. Sed quia intelligebat, in his Conciliis ita damnari fraudes & abusus, vt verus & legitimus vsus indulgentiarum confirmaretur, & probaretur: transit ad eos, qui omnino indulgentias contempserunt, vel reprehenderunt. Adducit autem Vvaldenses hæreticos, Ioannem Vvidefum hæresiarcham, Ruthenos schismaticos, Ioannem Hus, & Hieronymum de Praga, Vviclefi discipulos, Vesellum & Veselium similiter hæreticos, atque Ecclesiæ hostes, quibus falso adiungit Hieronymum Sauonarolam, cùm nihil tale de eo referant auctores historiarum illius temporis, qualis in primis est Iacobus Nardius. Denique Lutherum, nostri temporis hæretorum omnium patrem, & principem. Quid autem mirum est, si hostes Ecclesiæ, qui tam multa alia fidei dogmata reprehendunt, idem in indulgentiis faciant? Id enim perpetuum hæreticis fuit, ab ipso initio Ecclesiæ, vt doctrinam Catholicam reprehenderent. Certe si xemnitius aliquid efficere volebat, debebat tales pro-

ferre reprehensores indulgentiarum, qui ob sapientiam, & probitatem, & cum Ecclesia Catholica communionem, fidem indubitatam mererentur. Sed ille id nec fecit, nec facere potuit. Nos autem contra, multos proferre possumus indulgentiarum Pontificiarum laudatores, & predicatores, qui & libris editis, sapientiam, & miraculis maximis, sanctitatem suam probauerint, quales sunt S. Bernardinus, S. Antoninus, S. Vincentius, S. Bonaventura, S. Thomas, S. Petrus Martir, S. Antonius Paduanus, S. Franciscus, S. Dominicus, & ipse etiam S. Bernardus, quem etiam Lutherani admirari, & sanctum appellare coguntur.

R. P. ROBERTI
BELLARMINI POLI-
TIANI, E SOCIETATE
Iesu.

APPENDIX AD LIBROS.
de summo Pontifice, quæ continet responzionem
ad librum quendam, cuius titulus est, *Ausō
piacevole, dato alla bella Italia, da un
nobile giovane Francese.*

CAPVT PRIMVM.

SCRIBIT ad Timotheum B. Apostolus, in epistola posteriori, cap. 4. futurum esse tempus aliquando, cum homines à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Id tempus aduenisse nunc erimus: nam cum ex diuinis litteris, & veterum scriptorum monumentis, per annos plus septuaginta inter Catholicos, & haereticos, de fidei controversiis saterrimè disputatum, nunc tamen Caluinianari, verbi Dei, & sanctissimorum Patrum auctoritate contempnū, ad Poëtarum fabulas conuertuntur, & ex canticis, vel narrationibus, partim fabulosis, partim impuris, de dogmatibus fidei, grauissimisque religionis capitibus decemere non verentur.

Ita nimur par est, ut qui fontem aquæ viuæ dereliquerunt, fodiant sibi cisternas dissipatas, & pro diuinis prophetarum oraculis, poëtarum somnia, & fabulas meditentur, ut in reprobum sensum omnino se traditos, roti orbi terrarum ostendant.

Et quamvis eiusmodi homines indigni sint, quorum ratio à viris grauibus, ac præfertim Catholicis habe-

Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. I. 185
tur, nec tam disputationibus refellendi, quam Hippocratis vinculis alligandi, & tamquam male sani, hellebore curandi esse videantur: tamen eis scandalū parvolorum, qui verum à falso, & tucatum à syncero, non sine labore discernunt, opera et preium esse duxi, breui lubricationula, anonymo libello respondere.

Et quoniam libelli auctor ita suum opus contexuit, ut primum in Romanum Pontificem, quem Antichristum haberi cupit, canina eloquentia inuehatur: deinde quāam ex Dante, Petrarcha, & Bocatio adducat in medium, quæ aduersus eundem Pontificem facere iudicavit: postremò vnam, & quinquaginta satyras, non furore poëtico, sed rabie, ut dixi canina in ipsum Christi Vicarium, Sextum V. euomat: Ego eodem ordine declamationem eius aduersus Pontificem summum primo loco refellam. deinde, Dantis, atque Rogati ad quod iudices aduersarijs prouocauit, apertissima testimonia contra ipsum proferam; ad extreum, sententiam satyram ipsius, imperitiae & temeritatis coarguam, & leuisbus satyris vnius obscuri hominis, grauissima testimonia, atque exempla scripturarum opponam.

CAPVT SECUNDVM.

SEd iam ad rem aggredientes, inscriptionem famosi libelli paullisper inspiciamus. *Ausō piacevole dato alla bella Italia da un nobile giovane Francese.* Huc tandem haereticorum impictas de lapsa eit, ut res maximè serias, atque tristissimas, & omni lacrymarum fonte plangendas, iucundæ narrationis, & tamquam amicam confabulationis materiam faciant. Quid enim miserius? quid luctuosius? quid atrocius christiana pietas audire poterat, quam à perditis quibusdā hominibus gladio linguæ ita proscindi Christi Vicarium, ut ex verborum contumeliaz in ipsum sine ullo pudore iacentur, quæ vix in vilissima quæque mancipia conuenirent?

Et tamen ex contumeliaz, vel blasphemiaz potius, atque impia maledicta, ita nonnullis iucunda vita sunt, ut

eo titulo ornandas putauerint. Aniso piaceuole. Ita nimirum Calviniani paulatim athei fiunt, de religione iocu, & de controvrsijs fidei, ludicras declaratiunculas faciunt; latentur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis.

Dato alla bella Italia. Inuidiebas videlicet Italæ suam pulchritudinem, quæ in eo potissimum sita est, vt nullius haeresis maculis, nullâ schismatiscorum colluuiione fcedetur, & ea causa fuit, cur Italica lingua, non Latina scriberes, nisi forte, quod facile suspicari possumus, latinas litteras ignorabas, vt eorum Italorum, qui latine lingue expertes sunt, piam fidem corrumperes.

Videbat nimis satanas, innumerabiles in Italia homines esse, de numero eorum, quos (vt S. Augustinus loquitur in libro contra Epift fundamenti, cap. 4.) credendi simplicitas tutissimos facit. Intelligebat, singulat Dei prouidentia fieri, vt Romana fides Apostolico ore laudata, in Italæ populis incorrupta, & inuolata permaneat. Non ignorabat, eam aducere per Italianam vniuersam, sedis Apostolicae reverentiam, quæ in toto orbe Christiano esse deberet, & aliquando fuit. verè enim sanctus Prosper in libro de ingratiss scriptis:

Sedes Roma Petri, que pastoralis honoris
Facta caput mundi, quicquid non possedit armis,
Relligione tenet.

Et S. Leo, sermone i. de natali Apostolorum. Per sacram B. Petri sedem, caput orbis effecta, latius praesides religione diuina, quam dominatione terrena. Angebatur hostis humani generis, quod impia defectio à matre Ecclesiarum, atque ab ipso commuqi patre omnium Christianorum, tamquam à Babylone, & Antichristo, apud multos septentrionales populos tam facile propagata, in Italæ Provincijs locum nullum haberet.

Itaque nactus tandem aptum ad suas fraudes instrumentum, perditum, nescio quem iuuenem excitauit, qui vulgati idiomate, dulci oratione, & suaibus cantis letale venenum vulgi auribus instillarer. Sed Deo bene iuante, mestieretur iniquitas sibi, nec solùm pastorum vigilantia diligentissime prouidebit, ne eiusmodi

Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. II. 185
libelli ad Italorum manus, aliquando perueniant: Sed neque illus nostrum, Italicas verbis istiusmodi libros refutabit, ne vel ex ipsa nostra responsione cognoscant populi, horribiles illas blasphemias, quas ne fando quidem vñquam audierunt.

Et quemadmodum aduersarius Rapsacem illum Assyrium imitatur, de quo in libro 4. Regum, capit. 18. dum lingua populari blasphemias in Christi Vicarium euomit: ita nos huiusmodi prudentiam imitabitur, cum respondere cauebimus, ne populorum aures inauditis illos blasphemias polluantur, ne quo modo corrumpantur sensus eorum, & excidant a simplicitate, quæ est in Christo.

Da vn nobile gionane francesi, Gallus ne fuerit, an Gallū simulauerit, qui hæc scripsit, non magni resert, iuuenem certò fuisse, facile credi potest: fatus enim procacitas, petulantia, leuitas, imperitia, quæ in toto libro cernuntur, auctoris sui iuuenile ingenium produnt. At nobilis eundem fuisse, vel esse, ego quidem ægræ adducipossum vt credam, nisi forte nobilem securam, non virum nobilis, libri titulus indicet. Certe, obscenæ vocabula, concubicia, & contumeliaz, quibus vndique liber secat, agafonem potius, autrigam, vel nautam, quam virum nobili loco natum decebant.

Et cur quæso, nobilis iste iuuenis nomen suum non prodidit? cur latet in tenebris, qui tam ferociter summo Christianorum Praesuli minas intentat? Cur nouus iste Goliath, qui tam confidenter exercitu Dei viventis exprobrat, & tanquam alter Semini, Christo Domini male dicit, ita obscurus latitat, vt ne de nomine quidem velit agnoscit? Sed veram esse oportet sententiam veritatis, Ioan. 3, Qui male agit, odit lucem.

C A P V T T E R T I V M.

*V*Enio nunc ad eam declarationem, quæ libelli auctor in Christi Vicarium impiè debacchatur. Primis quatuor pagellis verbosissima oratione Pontificem

Romanum, Antichristum esse affirmat, ac repetit milles. Idque iam perspectum, ac notum esse omnibus contendit, exceptis paucis quibusdam excæcatis Italos, atque Hispanis. Quare, si quis totidem verbis, multaque sententiarum congerie, & varietate, Calvinum, aut Lutherum, aut veris vtrumque, vel Antichristum ipsum, vel eius præcursorēm esse dicat, repeat, inculcat, par pari sine dubio referet, & stulto, secundum eius stultitiam respondebit. Sed non est hominum doctorum, & potissimum Catholicorum, vecbis contendere, inanis ista garrulitas hereticorum propria est, qui cum rebus non possint, verborum certe profusione, coram imperitis malam causam suam, vtcunque sustentant. Multa de Antichristo scribit Daniel, multa post eum, Palus, multa Ioannes: sed illa, præter ceteras, insignis est Antichristi nota, Deos omnes contemnere, vt ipse unus habeatur Deus, & eleuabitur. Inquit Daniel cap. ii. & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica. Et Apostolus 2. Thes. fal. 1. Et renelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, quid aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus. Huc etia pertinet, quod ipse Christus Iudeis predixit, Ioan. 5. cum ait: Ego veni in nomine patru mei, & non receperis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Antichristus enim in nomine suo veniet: quia nullum supra se Deum agnoscer. Iam vero Pontifex maximus, prædecessorum suorum imitatus exempla, nonne & in litteris, seruum seruorum Dei se palam appellat? & ad sanctum altare vni vero Deo, populo inspectante, sacrificium offertur, & sumnum honoris titulum esse censet. si Christi Vicarius nominetur, & denique Christum publicè, & priuatim colit, & vt ab omnibus agnoscatur, & adoretur, satagit: Qui vero seruum, sacerdotem, Vicarium, cultorem Christi, & verbis, & factis se profitetur, certe non eleuatur supra omnem Deum, iuxta vaticinium Danielis, neque iuxta Paulum se ipse extollit supra omne quod dicitur Deus, neque a se ipso venit iuxta verbum Dominum apud Iohannem. Sed ab illo, qui Petrum, cuius se successorem Pontifex Romanus certe nominat, ad gro-

gem suū cum potestate misit, cum ait Ioan. 21. Pasce oves meas Quæ cùm ita sint, nihil verius, nihil apertius, nihil certius dici potest, quam nihil esse Romano Pontifici cum Antichristo commune, nisi forte, quæ sint Antichristi notæ, ex hæreticorum mendacijs, non ex diuinis oraculis discere libeat. quid? quod tanta est hereticorum huius temporis inconstantia, vt quem Antichristum esse volunt, ijdem ipsi Antichristum non esse, docent? nihil enim sapient, neque maiori contentione Romanis Pontificibus, quam idolatriam obiciunt: si quidem, & sanctorum invocationem, & reliquiarum, atque imaginum cultum, & ipsum Missæ sacrificium, idolatriam esse clamitant. At si tot Deos à Romanis Pontificibus coli exitimatis, quotsunt beati spiritus in celo: vnde tandem vobis in mentem venit, vt cosdem Pontifices, Antichristos faceretis? An vero Daniel, & Paulus, illum Antichristum fore predixerunt, qui Deorum multitudine se prosterneret, & non eum potius, qui se supra omne numen eleuaret? An non sentitis, quam parum cohærentia cum diuinis libris, & quam ipsa secum aperte pugnantia sint, quæ dicitis? Quale autem mendacium est, in sola Italia, atque Hispania, Romanum, Ponflicem, non vt Antichristum repudiare, sed pro vero Christi Vicario agnosciri, & coliri? quid? in ipsa Germania, nonne Imperator, eiusque fratribus, & Episcopi, Electores, Dux Bauariae potentissimus, aliisque plurimi, tum Ecclesiastici, tum Politici, Præticipes vivunt, qui vñā cum populis, quibus imperant, Romano Pontifici, vt Christi Vicario, parent? In Polonia, Roonie Reges semper Catholicci, cum Episcopis item Catholicis, & magna nobilium, ac plebeiorum multitudine, Romanam fidem professi sunt; & adhuc hodie profinentur? Suetia, Hungaria, Scotia nonne suos habent Catholicos? In Anglia vero nonne Catholicoru pro Romana fide pugnantium pleni sunt carceres? Nonne quotidie gloriosa martyria exhibentur? Nonne libris in ipsa Anglia editis, Catholicci Lutheranos, & Calvinianos exagitant? Quid de Gallia dicam? Rex ipse Christianissimus totius regni caput, Romanum Pontificem

splendidissima legatione non honorauit? Non cum Christi loco in terris esse agnouit? Non obedientiam illi suo nomine praestari iuslit? Episcopi totius Galliz nonne Catholici sunt? Et sumnum Pontificem debito cum honore suscipiunt? Quis verò Principes, quis populos numeret? qui pro Romana fide vitam, & sanguinem profundere, tota Gallia parati sunt? Quid igitur sibi volebat ille mendaciorum architectus, cùm paucos duntaxat cæcos, eosque in sola Italia, & Hispania esse pronunciabat, qui Romanum Pontificem, Antichristū esse non crederent? Et tamen Europam nōdum sumus egressi, nam siuistre Asiam, & Aphricam, & noui orbis vastissimas regiones animo velimus, inueniemus profecto in America, in Brasilia, in exteriore Aphrica, in Arabia, in sinu Persico, in India, in Insulis Moluccis, in aurea Chersoneso, apud Sinas, apud Iapones, ubi nondū Lutheri, & Calvini nomen penetrauit, plurimos optimosque esse Christianos, qui sub Romani Pontificis obedientia, Christum colant. Ante nonnullos annos, ex ultima Iaponia nobilissima legatio, trium annorum itinere confecto, ad Romanum Pontificem, ut verum Christi Vicarium agnoscendum, ac venerandum, venit, neque multi menses præterierunt, cùm ad hunc ipsum, qui nunc B. Petri sedem tenet, Clementem VIII. Pontificē, litteræ à Patriarcha Alexandrino ex Æg. pto missæ sunt, quibus cum is Patriarcha, caput Ecclesiæ vniuersæ, Christi Vicarium confitetur, ut nihil hic de Armenis, & Maromitis dicam: qui inter tot sectas hæreticorum, & Paganorum, quæ Orientem premunt, Romanæ Ecclesiæ fidem, & obedientiam retinent. Quæ cùm ita sint, quantum vanitas, temeritasque eius hominis fuit, qui in sola Italia, atque Hispania paucos quosdam inuenire potuit, qui sedem Apostolicam, ut etiam erat, venerarentur? sed cetera videamus.

CAPVT QVARTVM.

M Vltis verbis inaniter, vt dixi, profusis, ineptè philosophatur, adesse iam annum à Lutheri prædi-

Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 4. 189
catione septuagesimum, proinde initium liberationis, tam diuturna captiuitate sese aperire, atque ostendere. Sed instar phrenetici, neciens omnino quid dicere, verè significauit, septuagesimum annum iam agi Lutheranæ captiuitatis: si enim villa captiuitas, Lutherò exortante, exhorta est, ea certè Romana esse non potuit, cùm nulla mutatio in vrbe Romana per id tempus facta sit, sed eadem fides, eadem religio, eadem forma Christianæ Republicæ, quæ ad eam diem fuerat, esse persistuerauerit. At in Germania, Satana auctore, & administrō Lutherò, Christi religio in perditissimam hæresim mutata est. Nec solùm externus Dei cultus, & sacramenta omnia mutilitata, vel sublata sunt, sed ipsum etiam hominum arbitrium ex libro, ac soluto, in misericordiam captiuitatem redactum, anno siam amplius septuaginta apud Saxoniam Babylonem seruit.

CAPVT QVINTVM.

P ergit deinde libelli auctor, & Caluinianos, hæreticos non esse, ea ratione demonstrare aggreditur: quia hæreticus non est, qui Euangeliō credit, quique nullum articulum symboli Apostolici inficiatur. Et quoniam Apostoli in eo symbolo unam Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam esse docuerunt, Romanæ autem mentionem nullam fecerunt, vitio vertit ipsis Romanis Pontificibus, quod ad articulum de Ecclesia vocem illam, Romanam, adiecerint. Sed hac reprehensione indicat, se nescire quidem, quale sit Apostolicum symbolum, neque quid sit fides, aut hæresis, unquam didicisse: neque id sanè mirum, cùm in amatorij canticis Petrarçæ, non in dogmatibus Christianæ religionis statem contriuerit. Disce igitur, quicunque es famosi libelli auctor, non illos tantum esse hæreticos, qui Euangelium, aut symbolum apercè reiciunt: sed illos etiam, qui in Euangelijs, & symboli interpretatione, iudicium ipsi suū, Ecclesiæ iudicio preferunt: alioqui enim, neque Arriani, neque Macedoniani, neque Nestoriani, neque Pelagiani, neque alii permulti hæretici erunt, quostamē

non solum Catholici, sed etiam Lutherani & Caluiniani pro hereticis habent, siquidem illi omnes Euangeliū, & symbolum, quod attinet ad verba, integrè recipiebant, sed perperam tamen, ut omnes heretici faciunt, interpretabantur. Quid? nostra ètate, qui in Polonia, & Hungaria duo primatia religionis Christianæ mysteria destruunt, personarum diuinarum Trinitatem, & incarnationem verbi Dei. Nonne totum Euangelium, solumque symbolum Apostolicum, præter ceteros homines tueri se, ac defendere profiteretur: ita omnino; & tamen qui sunt hoc tempore magis heretici? Denique si Euangeliū credere, & nullum articulum symboli negare, sufficere vobis videtur, ut quis hereticus non esse iudicetur, cur tam audacter Pontificem Romanū, & qui illi adhærent, hereticos pronuncias, quos Euangeliū, & symbolum integrè colere, amplecti, ac sequi non ignoratis? Quod enim Pontificem accusatis, quasi is Apostolicum symbolum deprauarit, adiectio ne vocis, *Romanam*, ad voces, *Catholicam*, & *Apostolicam* in articulo de Ecclesia, inscritam vestram prodit: nam neque in symbolo Apostolico, fuit vñquam vox, *Apostolica*, neque à Pontificibus addita est vox, *Romana*. Sic enim symbolum habet: *Credo in spiritum sanctum & sanctam Ecclesiam Catholicam sanctorum communionem.* Et. Sic olim veteres legebant, sic hodie in horariis precibus legimus: sic in omnibus Ecclesiæ Catechismis inuenies. Solemus quidem extra symbolum, cùm veram fidem aut Ecclesiam describimus, eam Catholicam, Apostolicanam, Romanam appellare, quia (ut S. Cyprianus scribit, lib. 1. Epist. 3.) *Ad Romanam Ecclesiam*, perfida habere vñ potest accessum: Et, S. Ambrofio teste, in oratione de obitu Satyri: *Is cum Episcopis Catholicis conuenit, qui cu[m] Romana Ecclesia conuenit.* Et, auctore S. Gregorio Nazianzeno in carmine de vita sua: *Vetus Roma ab antiquis temporibus habet regnum.* Et semper eam retinet, sicut decet urbe, que toti orbis præsidet. Et, ut loquitur S. Hieronymus lib. 3. apologeticus aduersus Russinum: *Romana fides Apostolica voce iaudata, prestigia hereticorum recipit, etiam si Angelus aliter annunciet, quam semel predictum est,* Pauli auctoritate munita non potest

Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 5. 191
mutari. Et deniq[ue], vt S. canit Augustinus in psalmo contra partem Donati: *Romanorum successio Episcoporum, ipsa sp[iritu] petra, quam non vincunt superbe inferorum porte.*

CAPVT SEXTVM.

Venit tandem aduersarius ad argumenta, & primum testimonia Pauli, Ioannis, & Danielis de Antichristo profert, quæ quidem nos libenter admittimus. Sed probandum erat aduersario, Romanum Pontificem per ea testimonia designari, quod nec fecit, nec in eternum faciet. Progrediunt deinde ad testimonia ceterorum patrum. & ijs affirmare conatur, Romanum Pontificem à veteribus quoque pro Antichristo habitum. Ea testimonia paulisper inspiciamus. Primo loco sanctum Ireneum producit in medium, qui alicubi scribit: *Antichristus licet sit seruus, volet tamen adorari ut Deus, hæc enim sunt verba sua: Ireneus dice apunto così, l'Antichristo quantunque sia seruus, vorrà nondimeno esser adorato come Dio, le quale parole, se bene considerate Italia mia, troverai ottimamente dipingeri il vero ritratto del Papa, il quale si nomo non senza alto misero del eterno Dio, seruo de servi.* Si Dialecticam nostrarum, admonerem te, ne tam aperte in patalogismum incideres: siquidem ex sententia Irenei, Antichristus non se nominabit seruum, sed erit seruus. Pontifex noster contrà, seruum se ex humilitate nominat, cùm patet sit omnium, etiam Regum, & Imperatorum. Sed patalogismum tibi condono, crimen falsi condonare certe non possum. Locus Irenei habetur lib. 5. cap. 25. in hæc verba: *Cum sit seruus, Regem se vult præconari. Nō igitur (ut tu singis) Ireneus dicit, cum sit seruus, quasi Deus vult adorari, sed, Regem se vult præconari.* Romanus autem Pontifex neque ipse se Regem appellat, neque ab alijs appellari cupit. Sed quid si ex eodem Irenei loco planū faciam, non posse nisi per summam impudentiam, Antichristi nomen ad Romanum Pontificem trahi? Antichristum futurum genere Iudæum, atque ex Tribu Dā, Ireneus affirmit. Eundem Hierosolymis regnaturum, & in templo, quod Salomonis dicebatur, sessurum scri-

bit, tribus annis cum dimidio cùm regnauerit, ab ipso Christo interficiendum docet. Denique addit, idola omnia subnoturum, vt ipse unus pro idolis omnibus adoretur. Porro ab eo tempore, quo Lutherani Romanum Pontificem, Antichristum appellare cœperunt, nullus fuit Pontifex de tribu Dan, nullus Hierosolymam vidit, needum in templo Salomonis sedet, nullus tribus annis cum dimidio, rerum potitus est, sed alii longiore, alii breuiore tempore, Ecclesiaz Catholicae præfuerunt. Denique, idola quidem summus Pontifex noster reue- ra non patitur, sed opinione vestra, tot idola erexit, quorū sunt imagines in Ecclesiis. Quare si Ireneo credimus, neque Romanus Pontifex Antichristus est, neque cum Lutherani possunt, nisi secum ipsi pugnant, Antichristū nominare. Secundo loco, Tertulianum, & Hieronymū in testes adducit, qui per Babylonem in Apocalypsi, Romam significari voluerunt: poterat addere testimonium longè maius Apostoli Petri, qui in ultimo capite Epist. 1. Eadem Romanam, Babylonem appellat. Sed nihil omnino ista faciunt ad rem: nam & Perrus, & Ioannes, & post eos, Tertullianus, ac Hieronimus, cùm Romanam per Babylonem significari volunt, de Romalo-quantur ethnica, non de Roma Christiana. De Roma, inquam illa, quæ sub Nerone, ac Domitiano imperium tenebat super Reges terræ, & ebria erat, vt Iohannes scribit, de sanguine sanctorum, & de sanguine Martyrum Iesu: alioqui, Romanam Christianam, idem Tertullianus in lib. de proscriptione aduersus hæreticos, mirifice laudat, & S. Hieronymus in lib. 2. contra Iouinianum, ex- tremo; sic Romanam Christianam alloquitur *Ad te loquar, que scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delephi.* Itaque fuit aliquando Roma, magna illa meretrix, fuit Babylon, mater fornicationum, sed vt idem Iohannes prædixit, breui perit, vel potius in sanctam Hierusalem & ciuitatem Dei, atque in arcem religionis, & (vt Hieronymus loquitur) in tutissimum Christianaz commu- gionis portum commutata est.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

Tertio loco, sancti Gregorij verba producit, qui cū Antichristi præcursem appellat, qui Episcopi vniuersalis, aut semini Pontificis nomen usurpat. Sed locum nullum adducit, vbi nomen summi Pontificis, S. Gregorius auctor sit, quod nomen à S. Bernardo, sancto Anselmo, Romano Pontifici passim tribuitur. Quin etiam idem S. Gregorius lib. 1. Dial. cap. 4 prædecessorem quendam suum disertis verbis summum Pontificem nominat: *Quam obrem, & hoc inter mendacia numeretur.* Porro, nomen à piscopi vniuersalis in Ioanne Constantinopolitano S. Gregorius duplci de causa merito reprehendit: nam, & in eo sensu ab illo accipie- batur, quasi solus ipse esset Episcopus, quo sensu nomine Episcopi vniuersalis nulli homini conuenit, & licet in alio quodam sensu appellatio illa in Romanum Pon- tificem optimè quadret, vt etiam à Concilio Chalcedo- nensi, sancto Leoni tributum, idem Gregorius refert lib. 4. pag. 38 tamen Ioanni Constantinopolitano nulla ratione conueniebat. Itaque optimo iure S. Grego- riuss Antistitem illum Constantinopolitanum ingentis superbiz̄ notat, & præcursem Antichristi facit. Sed quid hoc ad rem, de qua nunc agimus, pertinet? Nam in primis Romanus Episcopus non se Episcopum vniuersalem, sed seruum seruorum appellat. Deinde, no- men Episcopi vniuersalis, si bene accipiatur, meritò il- li tribuitur, qui toti Ecclesiaz ab ipso Christo præpositus est. Denique, non dicit Gregorius, Antichristus esse, sed Antichristi præcursem, qui se ipse vniuersalem Episcopum vocat. Quare, si se Romanus Pontifex vniuersalem Episcopum diceret, in eo etiam sensu, quem Gregorius reprehendit, hoc ipso Antichristus non esset, quod eius præcursor esset: neque enim idem esse potest is, qui præcurrerit, cum eo, quem præcurrerit, nisi Christum cum Iohanne, dominum cum seruo, Regem cum prece, concendas.

CAPVT OCTAVVM.

Quartum testimonium adfert Arnulphi, cuiusdam Episcopi Aurelianensis, qui cum ante 600. annos in conuentu quodam Remensi, multa in Romanum Pontificem maledicta congereret, inter alia etiam Antichristum appellare visus est. Sed ista non pluris facimus, quam tuas, quicunque es auctor famosi libelli, & tu si milium criminationes: satis enim constat, eum hostem Romani Pontificis fuisse, & inimico animo, quicquid stomachus suggerebat, euomuisse. Sed opponam illi vni Gallo Episcopo, testimonia omnium Episcoporum Galliae, qui tempore Ioannis Papae VII. ante annos 700. Concilium apud Trecas celebrantes, excommunicationem à Romano Pontifice in Principes quosdam latam, his verbis comprobarunt: Domine sanctissime ac Reverendissime pater patrum, Ioannes, Catholica atque apostolica Ecclesia (sancta videlicet Romana prima sedes) Papae: Nos filii, simuli, ac discipuli restrauctoritatis, Galliarum, & Belgicarum Episcopi, hius qua super vulnera dolorum vestrorum, maligni homines, ac ministri Diaboli addentes, in sanctam matrem nostram, ac magistrum omnium Ecclesiarum commiserunt, compatimur, & dolori vestro constentes condolemus: ut que iudicium vestre auctoritatis, (quod privilegio B. Petri, & sedis apostolicae, in eos, & complices eorum, iuxta sacros canones spiritu Dei conditos, & tocius mundi reverentia consecrator, ac secundum eiusdem sancte Romane, sedis Pontificum, predecessorum vestrorum decreta protulisti) voto, voce, & unanimitate nostra atque auctoritati S. Spiritus, (caius gratia in Episcopali ordine sumus consecrati) gladio spiritus sancti, quod est verbum Dei, eos interimento perseguimur: sicut fecisti nos, sicut prædictum, excommunicasti, excommunicatos nemus: quos ab Ecclesia abieciisti, abscimus quos anathematizasti, anathematizatos esse indicamus: & quos regulariter satisfacientes vestra auctoritas, et Apostolica sedes receperit, recipiemus. Hæc ex Aymoino lib. 5. de gestis Francorum, cap. 37. ad verbum transcribere volui, vt prudentes iudicent, vniue Episcopo Gallo, an Synodo Episcoporum omnium Provinciarum eiusdem fidem habere oporteat.

CAPVT NON V M.

Qvinto loco aduersarius, nesciens omnino quid loqueretur, ad S. Bernardū iudicem prouocauit, ac vt stultitiam eius magis mirere, ipsa eius verba ponam: lego Italia mia, quello che scrisse san Bernardo ha più di quattro cento anni nellibri delle sue considerazioni del Papa, de Vescovi, & del Clero, Et poi non dubito punto, che tu non confessi, che di tali persone noi si potessi dire, a voler dire la verità meglio di quello che dice. Prodeat igitur S. Bernardus, & temerarium istū iuuenem sua auctoritate confundat. Non solum enim in libris quinque, quos de consideratione ad eugenium scripsit, ne verbo quidem S. Bernardus Pontificem Romanum, Antichristum esse significavit: sed etiam in iis libris, & in Epistolis, passim eiusdem Pontificis auctoritatem mirificè prædicauit, atque defendit. Primum librū ita exorditur: Subit animum, dictare aliquid, quod te, Papa beatissime, Eugeni, vel edificet, vel delecat, vel consoletur. Sed nescio, quomodo vult, & non vult exire leta quidem, sed lenta oratio, dum certatim illi contraria imperare contendunt maiestas atque amor: Ita nimis S. Bernardus Antichristum aliquoqueretur? ita illum ædificare, delecare, consolari cuperet? ita simul diligenter, & timeret? In secundo autem libro, accuratè exponens, quid sit Papa: Age, inquit, in dagemus adhuc diligenter, quis sit, quam geras videlicet pro i. pre personam in Ecclesia Dei. Quid responsorum putas? ille iniquus, homo peccati, filius perditionis, aperte deniq; Antichristus? audi quid respondeat: Quis es? acerdos magnus, summus Pontifex. Tu Princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatus Abel, gubernatus Noë, patriarcha Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moses, iudicatus Samuel, potestate Petrus, vincione Christi. Tu es, cui claves tradite, cuiques credit a sunt. Sunt quidem & alij celi ianitores, & gregum pastores, sed tu tantò gloriisius, quanto & differentius utrumque præ ceteris nomen hereditasti. Habent illi sibi agnitos greges, singuli singulos, tibi vniuersi credidi, vni unus, nec modo eum, sed & paflorum tu vnius omnium pastor. Porro, initio libri tertij vna breuissima sententia idem Bernardus expressit, quo usque se iurisdictio N ij

Romani Pontificatus extēdat, ne forte aduersarius noſter, & eges, ac principes conetur excipere : Orbe, inquit exēndū ei, qui forte volet explorare, que nō ad tuā summi Poſtificis pertineant curam. Librum quartum, idem S. Bernardus ſemper ſui ſimilis, ita concludit, ut ſumnum Pontificem nominet Christianorum Ducem, paſtorem plebiū, viatorem ſtlerum, malorum metum, malleum tyrranorum, Regum patrem, legum moderatorem, Canonum diſpensatorem, ſal terra, orbis lumen, ſacerdotem altissimi, Vicarium Christi, Chriſtum Domini, Da Pharaonū. Hęcigitur ſunt, quæ S. Bernardus in libris de conſideratione, ac Pontifice maximo ſcribit, quibus, vel ipſo aduersario teſte, nihil verius dici poterat. Ac vi in telligat is, qui ad Bernardum iudicem prouocauit, ſumnum Pontificem, ex Bernardi ſententiā, non tantum non eſc, vt Antichriſtum fugiendum, ſed etiam ad eum proprie pertinere, cauſas fidei iudicare, & non egredi limites fuos, vt iſte ſingit. Si de fide Gallorum ſententiā ferat, audiamus initium Epistolæ 190. ad Innocentium Papam, de Petro Abailardo, qui intra gallias ha reſes ſeminabat : Amantissimo patri, & Domino Innocentio, ſummo Pontifici, Frater B. Clareuallis vocatus Abbas modis id quod eſt. Oportet ad veſtrum referri Apoſtolatū pericula que & ſcandala, emergentia in regno Dei, ac preſertim, que de de contingunt. Dignum namque arbitror ibi poſt ſumum reſarum damna fidei, ubi non poſit fides ſentire defeluum: hec quippe hu ius prorogativa ſedū. Legatigitur Italia, vt aduersarius capi, legat etiā Gallia, legat Ecclesia viuueria Doctorem illum ſanctum, ſapientem, diſertum, & illi potius, quam ſtolido iſti inueni, qui tamen Bernardum iudicem de hac contronteria fecit, de ſummo Pontifice credat.

CAPVT DECIM V M.

S Extolo producir ad medium verba quædam Eberardi Episcopi Salisburgensis, quæ apud Ioannem Auentinum extant. Sed ea neminem mouere debent: cūm Ioannes Auentinus auctor sit parum probata ſidei, & non ſine cauſa, illa omnia in odium Pontificum, vel finxit, vel amplificasse credatur, nihil enim

cale extat apud alios Historicos, ac ne apud ipſos quidem Germanos, Vvymphelingium, Krantzium, Na uclerum, qui eandem historiam litteris conſignarunt. Deinde, licet historia ab Auentino vere conſcripta eſſet, illud tamen in dubium reuocari non potest, quin Epifcopus ille, hostis acerrimus fuerit Gregorij I X. Pontificis, & contrā, Friderico II. Imperatori addi cuſſimus. Cūm autem, ob diſcordiam illam inter Pontificem, & Imperatorem, omnia bello arderent, & fa tiones illæ Guelphorum, & Gibellinorum tunc pri mū exortæ, quāl rabie quadam accenſæ furerent, qui Pontifici fauebant, in Fridericum, & qui Fridericum ſequabantur, in Pontificem omnia conuicia, & male dicta iaciebant, quæ in mentem venire vlo modo potuſſent. Quare, non quid irati homines tunc effutirent, ſed uti bonam cauſam tuerentur, conſiderare opera p rætium erit, quod quidem illa etiam de cauſa, vtile erit, quod auctoſt iſte, paulo antè, videlicet pag. 4. ſcribere auſus ſit, Fridericos imperatores sanctos fuſile, & iniu ſtē à Pontificib⁹ oppugnat⁹. Nolo ſcriptores Italicos pro ducre, ſanctum Antoninum, Blondum, abellicum, Platinam, & ceteros, qui aduersario ſuſpecti eſſe poſſent: ſed Germanos tantum, qui ante exortam Lutheri hæreſim, ſine p ræiudicio anticipatæ opinionis, rem ip ſam, vt erat, litteris prodiderunt. Iacobus V Vymphelingius in Epithome rerum Germanicarum, cap. 36. de Gregorio IX. à Friderico II. miris modis afflito, ita ſcribit: Tum Pontifex humanis deſtitutus auxiliis, ad rem diuinam ſupplicationesque animum diuerit, quibus, Deo agente, Fridericū auerit hostem.

Habes hic testimonium hominis Germani, & quod maius eſt, Friderico Imperatori addictissimi, quippe qui cap. 39. ſummis eum laudibus effert, qui tamen ſatis aperte meliorem cauſam Pontifici tribuit, cūm ab ipso Deo Pontificem ab Imperatoris impetu deſenſum ſcribit. Ioannes Na uclerus in 2. volumine ſue chronographiæ, generatione 41. de Friderico II. loquitur ad huc modum: Roman veniens, mores mutauit, ſpreta iuriſurandæ religione, multa, & quidem enormia aggrefuſus, diſionem vexa-

198 Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 10.
bat pontificia. Pontifices, & Archiepiscopos ponens in Ecclesiis su-
modo, & institutos à Papa expellit, collectas ab ecclesiis exigen, &
infrā: Admonitus super his ipsi non obtemperabat: admonentem
magis magisq; indies sprevit, unde eū percusit Pontifex anath-
emate, &c. Accedat Albertus Krantz, ut in ore trium te-
stium, stet omne verbum. Hinc insignis auctor in lib. 8.
Saxonie, cap. 8. Imperator, inquit, Fridericus à Papa mul-
ex causis excommunicatus (quas in Bulla declaravit) diu permā-
fit in scindibus. & paulo post: Pontifex sollicitum Archiepiscopos, &
Episcopos, & Imperatorē excommunicati cunctis denun-
ciarent; sed Episcopi Teutonie ne hoc fieret, supplicari, verity-
rannidem eius. In Francia autē, Anglia, & Dania denunciabata
sine timore. Et paulo infrā: Imperator interim, cùm Papa Co-
cilium Prelatorum euocasset ad succurrentum terrae sancte
vocationis Cardinalibus, de sua quēque legatione, oēs vias terra ma-
riaque occupauit, & itinerates ad urbem, captos protraxit in carc-
ere, Cardinales, Episcopos, Prelatos, nobiles, doctos, cuiusque genera-
ti ordinis ab orbe Christiano ad summō Pontificem missos orato-
res. Doluit Christianism, tantū esse vulnus in visceribus, ab
presentim, qui omnia tueri suscepit, & sacramento se adegit, in
interim Turce, & Saraceni premerēt christianos in terra sanguis.
Deinde, cap. 9. horribilem Friderici crudelitatem hi
verbis exponit: Perductos ad se Romanos partim quaternial
crucis formam perfodit vulneribus, partim caput in crucis modum
quadrifariam scidit, partim fronte eodem ferro cruce reddidit in
signitos: Clericos vero detonsam in vertice coronam ferro cesum
crucem vulneratam (ut dicebat) iusit ornari, quorū unu infici
vulnus nimis patienter tolerare vīsus, in palearum cumulum sur-
culo est pertractus, & cū benedicere, ac laudare Deum perferte-
ret, igni supposito est crematus. Et post multa similia summa
crudelitatis exempla subiungit cap. 10. de perfidia, arque
impietate eiusdem: Friderici, inquit, rem in Sicilia admo-
strantes, in nullum sacram locū magis seuerunt, quam in monasteri-
vum Cassinēse Domini Benedicti: aurea ciuius, & argentea vasisti-
gerunt, quæ Fridericus costata rededit in nummos, & monachis
de vi, ac cōnicis deturbatis, satellites sunt in habitatione, ruina-
que pfecti. Et (quod impietatē auget) Saracenos adeo fuit Fridericus,
ut eos mercede conductos, magis quam ceteros christiani
in militia caros habere sit vīsus: praterquam quod arma tractantia

Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. X. 199
multos ex ea barbare, amplis per Italianam, & Siciliam honorib-
bus, & magistratibus evexit, iusque gentis amore in christianos
usque adeo est debaccatus, ut Luceriam, Apulie, cūstudem, eie-
cti populariter christianis, Saraceni dederit habitandum. Et
paulo post: Legē in regione promulgavit, qua Saracenos voluit
adeo saluos esse, ut contendentes cum illis, impūne occiderentur: ce-
sorum autem Saracenorum quæsto, si caput non efficeret, qui vim
attulerat, in vicina regione populos haberetur, que aris summa,
ac totidem capitum supplicio punirentur. Quin etiam alia im-
pietate, atque insania, ut Saraceno nō magis fibi militanti, quam
in Africā agenti commodaret, est usus: quiforma prestantiores
per Siciliam mulieres, & suum per Italie Regnum conceputas
virgines à parentum suu, matronasque à maritorum complexus
rapi. & passus fuerit, & curauerit. Tunetis, Africā. Regis
fratrem baptisari volentem Panormi prohibuit. Hęc ille, at-
que hęc sunt videlicet pia illa opera, ob quę saudū Imperatorem, & vñctum Dei aduersarius appellauit, & cur
Pontifex Gregorius, Antichristus iure habendus videa-
tur, quia eum anathemate notatum, ab Ecclesia cicerit.
Sed pergamus ad cetera,

CAP V T V N D E C I M V M.

S Eptimo loco, Ioachimum Calabrum testimoni addu-
cit, à quo in explicatione Apocalipsis, Romanum
Pontificem Antichristi nomine appellatum affirmat. sed
impudens & mendacium, quod certè nobilem virum,
qualem iste se iactat, minimè decebat. tantū enim abest,
vt Ioachimus Abbas vlo in loco Romanum Pontifi-
cem, Antichristum esse significarit, vt contrā potius fre-
quenter de illo summo cum honore scripsert: in ipsa E-
pistola, quam toti illi operi premisit, iubet suum opus
Apoliticæ sedis iudicio subiisci: vbi etiam certa fide se
credere dicit, non posse portas inferi contra Romanam
Ecclesiam prequalere, neque usque ad mundi consum-
mationem, fidem eius. vlo vñquam tempore peritaram
Deinde, in parte expositionis, explicans textum 7. capi-
tis 2. aperte scribit, Ecclesiam Constantinopolitanam,
N iiiij

finem esse habituram, Romanam autem, ut veram Hierosalem, & thronum David, semper mansuram. Rursus in expositione 11. textus, capitul. 6. habet haec verba: *Qui cumque Petri Ecclesiam moribus, viribusque oppugnant, Babylonis filios contremiscant.* In expositione autem 1. textus, capitul. 7. per Angelum ascendentem ad ortu solis, atque habentem signum Dei viui, Romanum Pontificem intelligendum esse dicit, qui cum coepiscopis suis, signo crucis electos muniet in illa ultima tribulatione, quam Antichristus videlicet excitabit. Sed quid opus est pluribus, cum aduersarii locum nullum atrulerit pro mendacio suo? unus ex tali loco in expositione textus 11. capitul. 1. qui forte pro aduersariis facere videatur. Sed in eo loco non verum Pontificem Romanum, sed principem quandam Patarenorum hereticorum, ab Ecclesia Romana iam olim damnatorum, quem illi suum Apostolicum dicebant, Antichristi praecursorum futurum esse, Ioachimus suspicatur. Sed nihil ad rem nostram pertinet.

CAPVT DVODECIMVM.

Adducit postremò testimonia trium auctorum, qui lingua Italica scripsierunt, Dantis, Petrarchæ, atque Bocacij, quos testes esse dicit, omni exceptione maiores, quod Papæ domestici, quod antiqui, quod venerabiles, ob virtutem & morum integritatem, quod summa doctrina prædicti fuerint, quod sine perturbatione animi scripsierint, quod denique etiam præuiderint ruinam Pontificatus Romani, & non tam Poëta, quam Prophetæ fuisse videatur. Et quidem, quid isti auctores scripsierint, paulo postvidebimus. Nunc breuiter laudes illas, quibus ab aduersario afficiuntur, discutiamus. Ait imprimis, ius modi esse testes, ut eis nulla ratione contradicti possit. At, si carmina amatoria, si fabulas, si somnia scripsierunt, unde illis auctoritas tanta, ut contradici nequeat? Quid si Dantem ipsum, qui maximè serius, ac sobrius illis fuit, falsitatis, ne dicam mendacij, manifestè coarguam? Cer-

sè enim quæ scribit de Anastasio Pontifice, ut suo loco ostendam, defendi nulla ratione possunt. Denique si testes isti adeo sunt veraces, ut fides omnino illis habenda sit, cur auctor iste, pag. 22. fidem Danti habendam esse negat, cum donationem Constantini, & lepram eius baptismo curaram affirmat? Ait deinde, Papæ domesticos fuisse: quod de Dante & Bocatio simpliciter est fallum. Dantes enim factione Gibellinus, non modo non domesticus, sed etiam hostis Pontificum, fuit. Bocacius vero nullus Pontificis domesticus fuisse legitur. Quod autem de eruditione & antiquitate dicit, antiquior & doctior S. Bernardus fuit, antiquiores etiam & doctiores innumerabiles: alij, qui summi Pontificis dignitatem, totis viribus defenderunt. Sed risum vix tenui, cum Petrarcham, & Bocacium, à morum sanctitate, virtuteque integritate, laudari vidi cum eorum scripta Itala, ob quæ ab illo iuuenie tantopere commendantur, nihil ferè, nisi turpes amores cōtineant: quorū etiam ipsum Petrarcham aliquando vehementer puduit, talibus videlicet sanctis Propheteris digni sunt Lutherani, & Caluinistæ, qui iuuentutem suis libris corrumpanter, qui Deam Venerem, & prolem eius Cupidinem, pro summis numinibus venerentur, qui vel triumphos amoris canant, vel conflictis fabulis expugnandas pudicitias artes doceant. Istud credo Euangelium ab Antistite vestro Beza didicisti, cuius extant tot carmina amatoria in Candidam, quedam etiam turpissima in eandem, ac puerum Audebertum, & qui non alia de causta præfationem in psalmos penitentiales latinis verbis scripsit, nisi vt formam Bethsabeæ impudicissimæ, vt fecit, nobis depingeret. Disce miser, aliquando tādem, quanto sit Ecclesiæ Catholicæ, quam vestræ, sanctior disciplina, cum illos ipsos libros vos appelleritis sacros, & iterum, atque iterum typis excusos populo obtrudere nitamini, quos censura Ecclesiæ Catholicæ legi, ob impuritatem, & corruptelā iuuentutis prohibet. Iam quod addit, hoc auctores sine animi perturbatione de Romano Pontifice esse loquutos, qui credat, cum Dantes factioне, ut dixi, Gibellinus, eos ferè Pontifices solum re-

prehendat, qui Gibellinis præter ceteros aduersabantur. Nicolaum III. Bonifacium VIII. Clementem V. nam à Petrarcha tria illa cantica, in curiam Romanam, non sine magna animi perturbatione scripta, cùm aulicis infensus esse cœpisset, clarus est, quād ut sit à nobis necessē dici. Quod denique ad vaticinum illud pertinet, quo illi Romani Pontificatus ruinam præsignificasse vobis visi sunt: (si quidem illi tale aliquid prædixerunt) id ipsum de vaticinio ipsorum dicimus, quod de similibus prophetis olim Ezechiel pronunciauit. *Vt prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.* Tentauerat quondam Martinus Lutherus, horum omnium, qui nunc in Ecclesiæ Catholicæ debacchanunt, parens, futura prædicere, ac in Epistola quadam anno 1521, cum illa inscriptione edita (fidelem admonitionē ad omnes christianos) audacter predixit, post biennium fore, vt Papæ, Cardinales, Episcopi, presbyteri, monachi, moniales, turres, campanæ, & quicquid Ecclesiasticum est, in auras diffueret, atque euanesceret, modò ipse illi biennio, concionari, & scribere vt cooperat, sineretur. Sed permisus est, non duos, vt petebat, sed ferè viginti, & duos annos, summâ libertate scribere, & docere, nec ramen quicquam eoru, quæ predixit, euenit: atque eundem exitum omnia eiusmodi vaticinia necessariò sortientur, qnæ cum Prophetæ illius omnipotentis vaticinio pugnant: *Super hanc petram edificabo Ecclesiæ meam, & portæ inferi non præstebunt aduersus eam* Math. 16.

CAPVT XIII.

Qvia verò Pius V. Pontifex optimus, & sanctissimus, carmina illa Petrarchæ, quæ aduersus urbem Romanam impie scripta fuerant, abradi iussit, inde sumpta occasione, aduersarius in extrema declaratione sua tragicè deplorat, quòd libri sacræ scripturæ, non pa. sim lingua vulgari vnicuique permittantur. Sed causam istam tam inepit, & imperitè agit, vt nisi inscitiam eius

ex toto ipsius opere deprehenderem, suspicaret fortasse, eum prævaricari dedita opera voluisse. Primum ait, Ecclesiæ Catholicæ Præfules, & Pastores id vnum fatigere, vt hominibus persuadeant eos, qui legunt scripturas sacras, noui & veteris testamenti, hereticos fieri. Sed quale est hoc mendacium? an non scripture sacræ virtusque testamenti, summo Pontifice non solum approbat, sed etiam iubente passim publicè & priuatim, in templis, in scholis, in domibus leguntur. Deinde addit, impiè prohiberi lectionem Bibliorum, lingua vulgari, cùm Moyses in lege veteri iussiterit, vt sacerdotes ad populum lingua maternæ conciones heberent? O acumen! quasi vero Ecclesiæ Catholicæ sacerdotes non lingua materna ubique ad populum concionentur. Tertio dicit. Christum quoque idipsum discipulis imprestasse, vt videlicet ad populum vulgari idiomatico loquerentur. Et quanquam vulgaris idiomaticus nulla in Evangelio, nec in lege Moysis, in ètio fit, admittimus tamen, ad gentes, ad quas docendas missi erant, Apostolos lingua vulgari esse concionatos, quod, vt dixit, etiam hoc tempore faciunt Catholicis sacerdotes. Sed idem cur questo lingua minimè vulgari Epistolas conscriperunt si eas à vulgo legi voluerunt? Nam certè B. Paulus, ad Romanos, nū Romanè, sed Cræcè seprisit. Et Apostoli, Petrus, & Iacobus, ad Hebraeos, non Hebraicè, sed Græcè litteras dederunt. Et S. Ioannes, Parthis, non Parthicam, sed Græcam Epistolam misit. Quartò dicit, ab Apostolo seriò christianis omnibus denunciari, vt sacras litteras inuestigent, ac scrutentur. Atqui hoc præceptum Apostolicum in 14. quæ extant, Palinis Epistolis non inuenitur. Si Caluiniani quintam decimam forte habent, non grauenrur eam cum ceteris communicare. Sed quando Paulus Apostolus hoc iuberet, qui vt dixi, ad Romanos ea lingua scripsit, quam vulgus non intelligebat? qui seriò monet ad Ephes. 4. positos in Ecclesia doctores, & pastores, vt videlicet nō decessent, qui diuinæ litteras imperitæ multitudini exponerent. Postremò, argumentū inde petit aduersarius, quod Mahometus populis suis persuaserit, ad eos non pertinere, li-

204 *Append. ad lib. de summo pontif. Cap. 13.*
bros legis Domini per se euoluere, cùm id proprium sa-
cerdotum sit. Sed vtrum Mahometus id præcepit, ad-
uersarius noster viderit. Nos verò non in Alcorano
Pseudopropheta Mahometi, sed in Malachia sancto, fi-
delissimoque Prophetalegimus, *Labia sacerdotis custodiet*
scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini
exercitus est, Malach. 2. & S. Basiliū grauissimum, do-
ctissimumque patrem, præfecto culinæ Imperatoris, lo-
cum è diuina scriptura proferentes respondisse scimus, tuu
est de pulm. nis cogitare, non dogmata diuina decoquere. Id
quod refert Theodoreus lib. 4. historiæ Eccles. cap. 17.
S. quoque Hieronymum clarissimum Ecclesiæ Catho-
licæ lumen, non ignoramus, quā acriter reprehenderit,
in Epistola Paulina, prauam illam consuetudinem, quā
sibi diuinæ litteras omnes vendicabant, cùm tamē alio-
qui veteri proverbio, *traclent fabrilia fabri*. Atque ha-
etenus de illa declamatione, quā Summum Pontificem,
Antichristum esse frustra probare aduerterius conten-
debat.

Responso ad ea, quæ ex Dante Aligherio contra
Sedem Apostolicam adferuntur.

CAPVT X I V I .

V Enio nunc ad ea, quæ ex Dante, Poëta Italico, in
medium adferenda libelli auctor iudicavit. Ea li-
cet multa & varia sint, tamen omnia ad quinque capita
reuocari possunt. Primum enim in opere illo Dantis,
certorum Pontificum, & Cleri etiam torius vitia dete-
guntur. Deinde locus Apocalypsis de Babylone ad Sū-
mos Pontifices applicatur. Tertiò, sacrificium Missæ,
iuxta Lutheranorū errorem, improbari videtur. Quarto,
Lutheri aduentus, & prædicatio, propheticō spiritu,
si aduerterius credimus, præsignificatur. Quinto, indul-
gentiæ Pontificiæ reprehendi videntur. Ordiamur à
primo. Quinque Pontifices à Dante reprehensos ad-
uersarius annotauit, Anastasiū I I. Nicolaū I I I.

Append. ad lib. de summo pontif. Cap. 14. 205
Bonifacium VIII. Clementem V. & Ioannem XXII.
Addere poterat ad alios etiam, Celestium V. Hos e-
nim sex ex tam ingenti numero Summorum Pontificū,
in toto illo opere reprehendit. Sed in Anastasio ex in-
scita turpiter lapsus est: scribit enim, Anastasiū inter
haereticos in gehenna puniri, ob haeresim quādam Pho-
tini.

Cantic. xi. dell' Inferno.

Ciracostamo dietro ad vn coperchio
D'un grande auello, o'w'io vidi una scritta
Che diceua, Anastasio Papa, guardo
Lo qual trasse Fotin da la via ditta.

Commentarius aduersarij ad hunc locum habet, Photi-
tinum in Thessalia docuisse, Spiritum sanctum à patre
non procedere, & Filium minoris auctoritatis esse,
quam patrem. Atque hanc haeresim ita placuisse Anasta-
sio II. Pontifici, vt eam etiam publicè defendere sit co-
natus, proinde iure à Dante inter haereticos numerari.
At Dantes quidem aliquā veniā dignus est: quippe qui
Martinum Polonum, Gratianum, & alios quosdam er-
roris sui habuit auctores. Illi enim Dante antiquiores,
scriptum reliquerunt, Anastasiū Pontificem in eo pec-
caste, quod Acacium Eutychianæ haeresis fautorum, &
à prædecessoribus suis iuste depositum, in sedem Con-
stantinopolitanam reuocare voluerit, quodque Photi-
no cuidam Thessalonicensi A caci amico, sine consensu
Episcoporum ceterorum temerè communicauerit. Ad-
dunt etiam, prædictum Anastasiū, ob id peccatum, di-
uina vltione percussum, miserè perisse. Quæ omnia fal-
sa fabulosaque sunt: nam certissimis testibus constat, A-
cacium multò antè obiisse diem suum, quam Anastasius
Pontifex fieret: testantur id Euagrius lib. 3. hist. c. 23. Ni-
cephorus lib. 15. cap. 17. & Liberatus in breuiario de
causa Nestorianæ cap. 18. quomodo ergo fieri potest, vt
Anastasius Acacium ad sedem reuocare voluerit, quem
iam olim defunctum esse constabat? Deinde, nonne ex-
tat Epistola doctissima & pulcherrima huius Anastasiij
Pontificis optimi ad Anastasiū Imperatorem, in qua

206 Append.ad lib.de summo Pontif. Cap. 14.
totis viribus persuadere nititur, nè nomen quidem Aca-
cij tolerādum esse. Sed occasionem fabula dedit, quod
illo ipso tempore vixit Anastasius Imperator, hæresi
Eutychiana infectus, qui & Acacio fauebat. & fulmine
ictus interiit, vt scribunt Cedrenus, Zonaras, & Paulus
Diaconus in eius vita. Quod ergo ad Anastasium Im-
peratorem propriè pertinebat, vel insciā, vel malitia
scriptorum ad Anastasium Pontificem retulit: atque
hæc ad Dantem. Ad commentarium aduersarij breuiter
respondemus, in eo tria splendida mendacia contineri.
Non enim Anastasius 4. vt iste somniat, sed secundus
fuit, de quo loquitur Dantes. Nec Photinus ille Spiritū
sanctum à patre procedere, vt iste sine viilo fundamento
affirmat, insciabatur, sed Acacio tamen Eutychianistæ
fauebat. Nec denique Anastasius Photini errorem pu-
blicè defendisse vsquam legitur, nisi apud istum verè
commentitum commentarium. Auctores enim suprà
citati, quos Dantes securus videatur, tantùm scribunt, An-
astasium sine consensu Episcoporum & Clericorum
totius Ecclesiæ, Photino communicasse. Iam verò in
Cœlestino. V. nihil aliud Dantes reprehendit, nisi quod
pontificatus sponte se abdicarit, sic enim habet.

Canto 3. dell' Inferno.

Guardai & vidi l'ombra di colui,
Che fece perniciate il gran risusto.

Sed hunc locum neque aduersarius annotauit, quod
nihil ad rem eius pertineret, neque Dantes verè iudica-
uit. Fuit enim Coelestinus vir sanctissimus, & tam ante
Pontificatum, quam etiam post, miraculis plurimis illu-
stris, vt ex eius vita intelligi potest, quā & doctè, & fide-
liter scripsit Cardinalis Cameracensis, Petrus ab Alliaco.
Cæteros 4. Pontifices, Nicolaum, Bonifacium, Clemē-
tina, & Ioannem, & generatim Clericos omnes, Dan-
tes quidem non parum vituperat, sed ob vitam & mo-
res, non ob fidem, & doctrinam, neque hæreticos, aut
Antichristos vsquam vocat. Quid autem mirum est,
si in tam numeroso summorum Pontificum ordine pau-
ci quidam inuenirentur vitæ parum integræ, & probata;

Append.ad lib.de summo Pontif. Cap. 14. 207
an ideo, quia pauci quidam minus sanctè vixerunt, se-
des ipsa Apostolica Antchristiana dicenda est, cùm &
antea, & poste à plurimi viri sanctissimi eandem Aposto-
licam sedem tenuerint ut verò non possemus, cum S.
Augustino de Summis Pontificibus disputante, liberè
dicere, in illum ordinem Episcoporum, qui ducitur ab
ipso Petro usque ad Anastasium, iam vtique ad Clemē-
tum octauum, qui nunc eandem cathedram sedet, etiam
si quisquam traditor per illa tempora subrepłisset, nihil
præiudicaret Ecclesiæ & innocentibus Christianis, qui-
bus Dominus prævidens, ait de præpositis malis: *Quæ*
dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, &
non faciunt, vt certa sit spes fidelis, quæ non in homine,
sed in Domino collocata nunquam tempestate sacrilegi
schismatis dissipetur. *Quid?* quod, vt suprà dixi, Dan-
tes factione Gibellinus in reprehensione Pontificum &
Clerici, merito suspectus haberi debet; cùm odio potius
inimicorum, quam veritatis amore ad scribendum ani-
mum appulisse videatur. Accedit postremò, quod ad-
uersarius etiam noster in quibusdam rebus, Danti fidem
habendam esse negat, quod cum vulgi opinionem se-
cutum esse dicat, vt in donatione & lépra Constantini.
Quod si aduersario licuit, Danti, quem vt prophetam
coli voluit, fidem interdum non habere, cur nobis non
liceat, eidem Danti, quem poëtam, non prophetam
fuisse scimus, interdum etiam fidem non habere? At-
que hæc de primo.

CAPVT X V.

A Iterum caput erat de loco Apocalypsis, de quo sic
loquitur Dantes:

Canto 19. dell' Inferno.

Di voi Pastors' accorse l'Vngelistà
Quando colei, che siede, supra l'acque
Puttaneggiar co' Regi à lui fu vista
Quella che con le sette teste nacque,
Apoc. 17. Et da le dieci corne hebbe argomento
Finche virtute al suo marito piacque.

Hic verò triumphat aduersarius, sed planè ante victoriā: nam in eodem cantico Dantes agnoscit verum Ecclesiæ Catholice pastorem fuisse Nicolaum illum IIII. de quo lōquebatur cū Summos Pontifices per mulierem illam meretricem significatos esse diceret.

*Et se non fuisse, ch'ancor lo mi vieta
La reverentia delle sorme chianis
Che tutteneisti nella vita lieta
I'userei parole ancor più gravis
Che l'avaritia vostra il mondo attrista
Calcanda i buoni, & sù l'vando i prauis
Di voi pastor s'accorse l'Angelista, &c.*

Cūm igitur ob summarum clauium reverentiam, quas Nicolaum Pontificem habuisse in terris confiteatur, ne in inferno quidem Dantes audeat contumeliosè illum alloqui. Certè non Antichristum, sed verum Christi Vicarium fuisse illum, censembat, etiam si ob avaritiam, cum meretrice illa de Apocalypsi eundem conferri posse iudicauerit. Deinde, quis neget, veteres patres, doctissimosq; scripturae S. Interpretates vni Danti anteponendos esse. Porro, nullus vñquant veterum hunc locum Apocalypsis de Romana Ecclesia, aut summo eius pontifice accipiendum esse docuit. S. August. tract. in Psal 26. & Arethas, Haymo, Beda, & Rupertus in commentatio huius capituli 17. Apocalypsis, per magnam illam metrericem, vniuersam diaboli ciuitatem, id est, omnem impiorum multitudinem significatam volunt. Ceteri, vt Tertullianus, & Hieronymus suprà citati, de Roma quidem locum illum exponunt, sed de Roma ethnica, & Imperatoribus eius Paganis, qui Christi Ecclesiam in ipsa vrbe ita persequebantur, vt planè, iuxta verba Iohan, meretrice illa magna ebria dici posset, de sanguine Martyrum Iesu. Sed iamdudum Roma ad Christi fidem per Apostolorum Principes conuersa, vt idem S. Hieronymus ait lib. 2. contra Iouinianum blasphemiam in frochte scriptam, Christi confessione deleuit, & vt magnus loquitur Leo, serm. de SS. Petro & Paulo, de magna erroris discipula tacta est veritatis, & per eiusdem S. Petri

C A P V T X V I.

Tertiū caput ad sacrificium Missæ pertinet, & in illis verbis continetur.

Cantic. 33. del Purgatorio.

*Sappi che l'uso che l'erpenteruppe,
Fu, & non è mai chi n'ha colpa creda,
Che vendetta di Dio non teme suppe.*

Hunc enim locum aduersarius ita exponit, vt velit, vas quod fuit, & nō est, esse Romanam Ecclesiam, designatam per bestiam illam, de qua dicitur in Apocalypsi cap. 17. Fuit & non est, & quia supra lingua Italica, significat panem, vino maceratum, scribit impius iste iuuenis, per eam vocem significari Eucharistiam, ac sententiam Dantis esse, non placari Deum sacrificiis Catholicorum sacerdotum, quæ in specie panis & vini, domino offeruntur. Et quidem quod attinet ad vas illud cōfractum, non negamus, eo vase Romanam Ecclesiam designari, quam Dantes ob corruptam morum disciplinam in deuterius mutaram, cūm cerneret, dixit, fuisse, sed non esse: quod autem dixit, non esse, per comparationem accipiendum est, non absolute, neque enim significare voluit, non esse iam Romæ Ecclesiam, sed non esse talem, qualis aliquando fuerat, si de moribus, & virtute integritate agatur: nam alioqui Ecclesiam Romæ esse, & summos Pontifices Christi locum in terris gerere, ex ipso Daute paulò post luce clarius ostendemus. In eo verò, quod de pane & vino scripsit Dantes, explicando, toto celo aduersarius aberrauit: nam Landinus, qui commentaria in Dantem scripsit, vbi ad hunc locum venit, ex testimonio Imolensis, antiqui interpretis huius poetæ, & ex monumentis quibusdam filij eiusdem Dantis, & ex communi Florentinorum consensu docet, allusisse Dantem hoc loco ad superstitionem, quæ suo tempore vigebat Florentiæ, existimabant enim illius ætatis

homines, eos, qui homicidium perpetrarent, non posse in manus inimicorum deuenire, si super occisi tumulum, panem vino maceratum comedissent, atque ea de causa cognatus, qui casus fuerat, diligenter tumulum custodiebant, ne forte homicida super eum tumulum cibo illo vescerentur, antequam eadem alia cede vti essent. Ad hanc igitur sui temporis consuetudinem, siue potius superstitionem Dantes respiciens, minatur diuinam vindictam iis, qui Ecclesiam male viuendo deformant: atque addit eis minimè futurum superstitionem illam, quam sibi prodesse parricidæ falso atque impie credunt.

C A P V T X V I I .

Sequitur quartum caput, quo carmina illa continuaentur, quibus Lutherum à Dante præsignificatum aduersarius credit:

Cantic. ult. del purgatorio.

*Non sarà tutto tempo senza reda.
L'Anglia, che lasciò le penne al carro.
Perche dinenne mostro, & pochia preda.
Chi è veglio certamente, & però l'arro.
A darne tempo già stelle propinque.
Sicure d'ogni intoppo, & d'ogni sbarro.
Nel quale un cinque cento dieci, & cinque
Messo di Dio, anciderà la fina.
Et quel Gigante che con levi delinqne.*

Hic aduersarius, vt se acutissimum xenigmatum interpetem esse demonstret, tempus significari affirmat, quo Lutherus conciones suas aduersus Ecclesiam, & Summos Pontifices exorsus est. Is enim annus fuit quingentesimus, septimus decimus, supra millesimum. Parum autem interest inter annum quingentesimum, quintum decimum, noratum à Dante, & annum quingentesimum, septimum decimum, quo Lutherus apparuit. sed non aduerit nouus iste Oedipus, Dantem per eum numerum non tempus, sed personam significasse: non enim

ait, anno quingentesimo, quinto decimo nuncius Dei veniens, tempus erit, cum quidam à Deo missus adueniet, qui per numerum significatur, in qua re imitari voluit Dantis locum illum cap. 13. Apocalypsis, ubi nomen Antichristi per numerum 666. describitur. Deinde, si anumerum annorum Lutheranæ prædicationis Dantes præuidisset, cur à vero per integrum biennium aberraasset? cur etiam milie annos omisisset? Ad hæc, cum tam aperte Dantes per nuncium illum, Dei Imperatorem designet, cum dicat, non semper Aquilam hærede carituram: unde quæso intentem venire potuit illi homini, vt per eum nuncium, Lutherum ex Monacho apostataim, ac priuatum hominem intelligeret? & cum Dantes prædicat, nuncium illum non solum oppresurum hereticem, sed etiam Gigantem, qui cum ea forniciabatur, & per Gigantem aduersarius noster Philippum Pulchrum, Galliarum Regem, qui Clementis V. temporibus vixit, significatum fuisse concedat: quanta quæso amentia fuit, per eum nuncium, Lutherum accipere, & interpretari, quasi Lutherus Philippum illum debellatus esset, qui ante obiit, quam Lutherus nasceretur? Vera igitur exppositio, que ex ipsis Dantis testimonio colligitur, hæc est: per numerum quingentorum quindecim, nomen describitur trium litterarum, videlicet, DVX, siquidem numerus ille Latinè sic scribitur DVX. eadem verò litteræ transpositæ, faciunt DVX. Porro, per eum ducem, Principem Veronæ intelligi voluit, qui Chanis Scaligerus nominabatur: cum enim ab eo Principe multa beneficia Dantes accepisset, atque ei more poetico, adulati vellet, prædictis fore, vt is aliquando Imperio Romano, ac præsertim per omhem Italiam potiatur; & non solum Ecclesiam ditione temporali spoliat, sed etiam Regem Galliarum Philippum in ordinem redigat. Id ita esse, perspicuum est ex i. Cantico de rebus Inferorum, ubi similia prædicens & nomen Chanis exprimit, & civitatem eius describit.

*Molti son gl' animali à cui s' ammoglia...
E più faranno ancora in fin che'l veltro
Verrà che la farà morir con doglia.*

Questi non cibarà terra, ne peltro
Ma saperà amore & virtute
Re sua nation sarà tra Feltrò e Feltrò.

Sita enī Verona est inter Feltrum, Romandiolz,
& Feltrum Marchia Triesianæ. Idem etiam aperte col-
ligitur ex Cantic. 17. Paradisi. Cæterum, vaticinū istud
non alium exitum habuit, quām inanis adulatio, & poe-
ticum somnium merebatur.

C A P T X V I I I .

R.Estat postremum caput, in quo aduersarius indul-
gentias Pontificias à Dante reprehendi credidit,
hæc sunt verba Dantis:

Cantic. 29. del Paradiso.

*Matal' vell' nel bechetto s'annida
Che's el volgo'l vedesse, vederebbe
La perdonanza di che ei si confida.*

Sed hic locus nihil omnino facit contra indulgentias, siquidem, ut expōnit Landinus, & res ipsa clamat eos concionatores Dantes reprehendit, qui falsas indulgentias prædicant, & turpis lucri gratia, venias peccatorum auditoribus pollicentur, cum Pontificis testimonium nullum proferre possint, quos quidem concionatores, si qui iam sunt, ut impostores, & falsarios, Catholicis omnes reprehendunt: loqui autem de eiusmodi Dantem impostoribus, patet ex versibus, qui proximè sequuntur.

*Per cruentata stultitia in terra crebbe
Che senza prona d'alcun testimonio.
Ad ogni promission si correrebbe*

Et paulò infra:

Pagando di Moneta senz a conio.

Vbi significat, eiusmodi concionatores, iis, à quibus eleemosynas accipiunt, ratione indulgentie, solvere pecunias sine impresto vlo signo, quæ nihil valent.

C A P V T X I X .

A Tque haec tenus respondimus ad ea, quæ ex Dante protulit aduersarius: nunc audire cum necesse erit ex eodem Dante, quæ forte non cuperet. Proferemus enim testimonia plurima, atque apertissima Dantis, non solum pro summa Romani Pontificis auctoritate, & dignitate, sed etiam pro aliis nonnullis fidei nostræ capitibus, ut aduersarius intelligat, se Dante Iudice, non modo causa cecidisse, sed etiam planè hereticum & impium esse.

De Sancto Petro sic loquitur Dantes:

Cantic. 24. del Paradiso.

*O luce eterna del gran viro
A cui nostro Signor lasciò le chiamò
Ch' ei portò giù da questo gaudio miro.*

De vrbe Roma sic:

Cantic. 2. dell' Inferno.

*Non pare indegno ad huomo d'intelletto.
Ch' ei fu de l' Alma Roma, & di suo impero
Nell'empireo ciel per padre eletto.
La quale, e'l quale à voler dire il vero
Fur stabilito per lo loco santo
V' siede il successor del maggior Piero.*

Audisne, Romam non Antichristi locum esse, sed vr̄bē almann, & locum sanctum, de cælo stabilitum, vbi successor Petri, sedem habet?

Alio loco, Nicolaum III. Papam iam defunctum se alloquitur:

Cantic. 19. dell' Inferno.

*Et se non fusse, ch' ancor le me vieta.
Laruerentia delle somme chiaui
Che tu tenesti nella vita lieta
Io vserei parole ancor più graui.*

Audisne, qua reuerentia Dantes Pontificem, etiam mortuum prosequatur, licet ei, præter cæteros infensus esset?

Alio loco describens captiuitatem Bonifacij VIII. ita cecinit.

Cantic. 20. del Purgatorio.

Veggio in Anagna entrar lo fior d'aisso.
E nel Vicario suo Christo effer catto.
Veggio lo un'altra volta effer deriso
Veggio risuonellar l'acto e'l fiele
Etra viui ladroni effer anciso
Veggio l'nosso Pilato se crudele.
Che cio no'l satia, ma senza decreto.
Porta nel tempio le cupide vole
O Signor mio quando sarò mai licto
Aveder la vendetta che nascofa
Fa dolce l'ira tua nel tuo secreto.

Audisne, illum ipsum Pontificem Bonifacium, quem ob malos eius mores, vel ob contrariam factionem, Dantes sepe reprehendit, Vicarium Christi nominari, & iniuriam illi factam, Christo factam iudicari? Non igitur Dantes, more Lutherico, & Caluinistico, Pontificem Summum, Antichristum esse putabat, etiamsi alioqui illum reprehenderet, quod vitam, & mores minus probatos habere videretur.

Alio loco de eodem sic loquitur.

Cantic. 22. dell' Inferno.

Ne sonno offito, ne ordini sacri
Guardò in se.

Audisne, vt summum officium, sacrosque ordines cu
prauis moribus in Bonifacio Dantes agnoscat?

Alio loco scribit, se occuruisse animæ Adriapi V. Pon
tificis, & continuo in genua procubuisse, vt cum ea ani
ma loqueretur ob summam dignitatem, quam in terris gesserat.

Cantic. 19. del Purgatorio.

Io m'ero inginocchiato, et volea dire,
Ma com'io comincia, e'is'accorse
Solo ascoltando del mio risucire,
Qual cagion disse in giù costi torse?
Et io a'lii per vostra dignitate.

Alio loco de Papa Agapeto ita scribit.

Cant. 6. del Paradiso.

Ma' benedetto Agapito che fue
Sommo Pastore alla fede sincera
Mi ridrizzò con le parole sue.

Alio loco de Clemente V. quem præter omnes alios
reprehendere solet, scribit.

Cantic. 30. del Paradiso.

Eti si perfetto nel foro diu ino,
All'hortal che in palese & in couerto
Non andrà con lui, con un cammino
Ma poco poi sarà da Dio sofferto
Nel santo officio

Alibi contra eos, qui sectarios audiunt, omissa doctrina
Ecclesiæ, ac Summi Pastoris, vt hoc tempore Luthera
ni, & Caluinistæ faciunt,

Cant. 5. del Paradiso.

Siate Christiani à monerii più tardi,
Non state come pessime ad ogni vento.
Et non crediate, ch'ogni acqua vi laui,
Hauete il vecchio l'nosso testamento
E'l Pastor della Chiesa che vi guida
Questo vibasti à nostro saluamento.

Alio loco docet merita operum bonorum, quæ ad
uersarius nostrarum cum Magistro suo Caluino, non agno
scit,

Cantic. 25. del Paradiso.

Speme di'io è un attender certo
Della vita futura il qual produce
Gratia diuina, E' precedento merto.

Alio loco assert arbitrij libertatem, cuius ne nomen
quidem Caluinista ferre possunt.

Cant. 1. del Paradiso.

Lo maggior don che Dio per sua largezza.
Fesse creando, et alla sua bontate
Più conformato, & quel che ei più apprezza,
Fù della volontà la libertate
Di che le creature intelligenti
E tutte E' sole furò, e son dotate.

Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 19.

Et alibi de eodem libero arbitrio.

Cant. 18. del Purgatorio.

Questo' el principio la onde si piglia

Cagione di meritare in voi secondo

Che buoni & rei amoris accoglie & viglia.

Alio loco signum crucis approbat, à quo Caluinista non minus, quam dæmones fugiunt.

Cant. 2. del purgatorio.

Poi fece il segno lor di Santa Croce.

Alio loco invocationem sanctorum describit, quæ idoliolaria, à Caluinistis iudicatur.

Cant. 13. del Purgatorio.

Vdigridar, Maria ora per noi

Gridar, Michele, & tutti gli altri santi.

Item alibi inducit sanctum Bernardum, sic loquentem de intercessione B. Virginis Mariæ:

Cant. 32. del Paradiso.

Orando gratia conuien, che s'impetri

Gratia da quella, che puote aiarti.

Item alibi ad eandem Virginem:

Cant. ultimo del Paradiso.

Donna sei tanto grande, et tanto vali

Che qual' vuol gracie, e à te non ricorre

Sua disianza vuol volar senza ali.

Alio loco dc reliquiarum veneratione,

Cant. 25 del Paradiso.

Mi diffe mira, mira, ecco l'Barone

Per cui la giùsi risita Galitia.

Alio loco de imaginibus.

Cant. 4. del Paradiso.

Et sancta chiesa con espetto humano

Gabriel, & Michael vi rappresenta

E l'altro che Tobia rifece fano

Alio loco de v otis, quæ sine Pontificis auctoritate, commutari nequeunt, in quo se maximè alienum ab hereticis nostri temporis Dantes ostendit

Cant. 5. del Paradiso.

Mà non trasmetti carco alla tua spalla.

Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 19.

Per suo arbitrio alcun senz a volta
E della chiane bianca e della gialla.

Alio loco contra quosdam, qui Virginem Deo dicaram, ex monasterio sanctæ Claræ rapuerunt, quod nostro tempore fecit Lutherus, tantopere ab aduersario laudatus.

Cant. 3. del Paradiso.

Dal mondo per seguir la giouinetta

Fuggimi, & nel suo habito michiusi

Et promisi la via della sua setta

Huominis poi al mal più ch' al ben' uscì

Fuor mirapiron della dolce chiostra,

Dio lo sisà qual poi mia vita fosse.

Alio loco de pœnis purgatorij, quas Caluinistæ ut fabulas rident:

Cant. primo dell' inferno.

Color che son contenti

Nel foco, perche speran di venire.

Quando ch' e sìa alle beatæ genti.

Alio loco de suffragiis pro defunctis, quæ similiter negantur à Caluinistis.

Cant. 26. del purgatorio.

Fagli per me un dir di pater nostro.

Quanto bisogna à voi di questo mondo

One poter peccar non è più nostro.

Item alibi de eadem re:

Cant. 11. del Purgatorio.

Ben si dee lor' aitar lauar le note

Che portaron quinci, si che mondi e liensi

Possan' riscir' alle stollate rote.

Alio loco de duobus gloriofissimis Ducibus Minorum & Prædicatore.

Cant. 11. del Paradiso.

Due principi ordinò in suo fauore

Che quindi & quinque fuesser per guida,

L'infuso tutto Serafico in amore

L'altro per sapientia in terra fue

Di cherubica luce uno splendore

Item ibidem de approbatione regule sancti Francisci

*Et regalmente sua dura intentione.
Ad Innocentio aperse, & da lui hebbe
Primo sigillo à sua religione.*

Item:

*Di seconda corona redimita
Fui per Honorio dell'eterno Spirto
La santa voglia d'esso Archimandrita.*

Item de primis sociis sancti Francisci.

Cant.12 del Paradiso.

*Il venerabile Berardo
Siscalzò prima & dietro à tanta pace
Corse, & correndo li parne effer tardo.
O ignota ricchezza, ò ben ferace:
Scalzasi Egidio, scalzasi Silvestro.
Dietro à lo sposo si la sposa piace.*

Sed finis sit: neque enim omnia adducere debemus,
& hæc abunde sufficiunt, vt iuuenem illum, qui Dan-
tem iudicem appellavit, si frontem habet, erubescere
cogant.

CAPVT XX.

Responsio ad ea, que adseruntur ex Petrarcha.

Transeo nunc ad ea, quæ ex Francisco Petrarcha in medium aduersarius protulit, ea sunt partim cantica quædam, partim fragmenta Epistolarum, sed omnia in unam atque eandem sententiam conueniunt, vt videlicet Romanam Curiam multorum vitiorum accusent, ac propterea etiam Babylonem quandam no- minati posse affirment. Fateor illa in libris Petrarchæ exstare, sed quæ vitia hominum damnent, non Pontificum, aut sedis Apostolicæ dignitatem imminuant, id quod ipse testatur lib. xi, senilium Epistolarum ad Franciscum Brunum Pontificis Maximi secretarium scribens, nam cùm admoneretur, ne tam multa scriberet in Cardinales, aliosque Romanæ Curæ prælatos, respon- dit, se non homines, sed vitia hominum infectari, neque id facere, quod sibi nocuerint, sed quia iniuriam male-

vicendo faciunt Romanæ vrbi, Ecclesiæ Dei, Christi ipsi, atque Apostolis eius, Petro, & Paulo. Nam aliqui in iisdem libris innumerebilia extant loca, ex quibus fi- des, & cultus Petrarçæ erga summam illam, ac Deo proximam Romani Pontificis potestatem agnoscas, lib. i. senilium Epistolarum, ad. Talanandum Cardina- lem, *Quis, inquit, queso non stupeat, simulque non gaudeat, si amicus sit Vicario Iesu Christi lib. 7.* senilium ad Urbanum V. Pontificem, quem, vt Romam redeat, adhortatur: *Mibi, inquit, aperte, summum culmen Ecclesie non de mea etate, sed de tua humanitate fiducia nescitur, audio enim, te liberter audire, que vera sunt, et si acria sint: falsa autem, quamvis dulcia, aspernari, neque id mirum, veritas visus Vicarius es in terris. & infra: Vbi cumque ritè colitur Christianorum, illius sedem tuam esse nec nego, nec dubito. Illud mihi non negetur, quod inter omnes alias singulare tecum aliquid, immo, quam plurimum habeat urbs Roma. Cetero enim omnes suos habent sponsos, tibi quidem rno subditos, sed suis Ecclesiis presidentes: illa vero nullum habet, nisi te. Itaque summus in reliquis, in Romana urbe solus es Pontifex, solus sponsus. & infra: Quo animo, da queso, misericors pater, temerarie denotionime veniam, quo inquam, animo tu ad ripam Rhodani subauratis tectorum laquearibus somnii capis, & Latra- num humi iacet, & Ecclesiarum mater omnium tecto carens & rebus pater, ac plauis, & Petri, Pauli sanctissime domus tremunt, & Apostolorum, quæ tunc aedes fuerant, iam ruina est, informisque lapidum acerius, lapideis quoque pectoribus spiræ extorquens? & infra: Romam aliam, ac sacrosanctam urbem, reginam ur- biuum, arcem Christianæ fidei, locum Deo gratu, hominibus vene- randum, sacram tellurem, rerum caput, non semel appellat. & ibidem, nullam esse toto orbे terrarum civitatem, ubi magis reli- gio, ac deuotio ergares diuinæ conspiciatur, affirmat. Ibidem de Bonifacio Papa VIII. Anania à Columneribus comprehenso loquens: Nullam, inquit, homini in Vicarium Dei sui causa sufficiens est offensionis. Idem lib. 9. Senilium ad eundem Urbanum: Verè, inquit, summus ac Romanus es Pontifex, verè Urbanus, verè Petri successor, verè Vicarius Iesu Christi. Item in eodem libro, ad Franciscum Brunum scribens: Illud, inquit, neque tuum, neque cuiusquam animum mo- neat, quod Papa Romanus quo nihil maius, immo cui par nihil orbis*

gaber, alloquor: quasi illius reverentia stylum cohibere debuerit, in hiemem, ut vides, magna hinc pars fiducie orta est quod Vicario veritatis nulla veris particula occultanda riceretur. Idem lib. 11. Sæcillum, epistola ultima: Roma, inquit, proculdubio Sacro sanctissimus mundi locus est. ubi Christianus verus & vivere optet, et mori. Idem in *Apologia contra Galli calumnias*: Non quidem, inquit, sic inservi sim, ut Romano Pontifici legem ponam, cum ipse sit legifer omnium Christianorum. Idem lib. 1. Inuestigatum contra medicum: Romano Pontifici, inquit, omnes, qui Christiano nomine gloriamur, non modo consilium, sed obsequium insiper, & obedientiam debemus. Neque verò solum de summi Pontificis dignitate multò alter sentit Petrarcha, quam aduersarius crederet, sed etiam de ceteris omnibus fidei nostræ capitibus. Nam lib. 11. Sæcillum ad Bonaventuram scribens, laudat monachū quendam, quod & monasticam vitam religiosè duxerit, & Missas deuotissimè celebrauerit. lib. 13. in Epist. ad Franciscum Brunum, orat pro anima Pontificis defuncti. lib. 14. in Epist. ad Philippum Cardinalem multa scribit de sacra illa spelunca, in qua sancta Maria Magdalena habitasse dicitur, eamque illo carmine inuocat:

*Dulcis amica Dei, lacrymis inflectere nostris,
Atque humiles attende preces, nostra que saluti
Consule, namque potes.*

In lib. 2. de vita solitaria, cap. 11. sacra stigmata sancti Patris Francisci, & ordinab. ab illo institutum debitis ladiibus celebrat. lib. 1. de ocio religiosorum, monachos sic alloquitur: O felices anime, o excubidores assidui, iustitiae, o sollicita & devota Christi mancipia, proque brevi servitio non libertatem modò perpetuam, sed ingensitatem, filiationemque promerita, o mercimonium optabile, fausta que verum alternatio, seruire modicum, non ut duis regnes, sed ut semper. Denique, ut alia prætermittam, extat etiam ipsius Petrarchæ testamentum, in quo multa sunt Catholicæ animi signa, sed illud in primis, quod B. Virginem ac Sanctos ceteros magnâ deuotione implorat. Nec solum Latinis, scripsi que operibus, sed etiam in Italicis illis versibus, quos tant opere aduersarius admiratur, & in libello, quos de vitiis

Pontificum & Imperatorum conscripsit, & Summum Pontificem, Chiritti Vicarium vocat, & alia non pauca scribit aduersus ea, quæ nostri temporis hæretici docet. De Summo Pontifice ita loquitur:

*E'l Vicario di Christo con la somma
Dele chianje del manto al nido torna:
Si che s' altro accidente nel distorna
Vedrà Bologna, e poi la nobil Roma.*

Ieem alibi Ludoticum IIII. Imperatorem non alia de causa solum idolum appellat, & nomen habere dicit sine te, nisi quia summi Pontificis auctoritate, & ab Imperio deiectus, & extra communionem fidelium cie-ctus fuerat.

*Latin sanguine gentile
Sgombra da te queste dannose somme,
Non fare Idol o un nomen
Vano senza soggetto.*

Alio loco Romanam urbem, domicilium Dei nominat, quia videlicet sedes est Vicatij eius.

*Le donne lagrimose, e' volgo inerme
De la temera etate, e i vecchi bianchi,
E'hanno se in odio, e la soucherchia vita,
E i neri fraticelli, e i bigi, e i bianchi
Con l'altre schiere tra angilliante inferme,
Gridan o Signor nostra aita , aita:
E la pounera gente sbigottita
T'is cuo le sue piaghe à mille, à milie.
Ch' Annibale, non ch'altri farian pio,
E se ben guardiala M A G I O N di Dio
Ch' arde hoggitutta, assai poche fauille
Spegnendo sen tranquille.
Le voglie che si mostran's infiammate:
Onde sien l'opretue nel ciel lodate*

Alio loco piè describit peregrinationem ad urbem Romanam, & cultum fidelium erga sacras reliquias, atque imagines, quas vos Caluiniani irridere soletis.

*Monesi' vecchiarel canuto, è bianco
Del dolce luogo, oue ha sua età fornita,
E da la famigliuola sbigottita,*

222 Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 20.

Che vede'l caro padre venir mano:
Indistrabendo poi l'antico fianco
Per l'estreme giornate di sua vita;
Quanto più può col bon voler's aita
Rotto dagli anni, e dal cammino stanco.
E viene à Roma seguendo il desio
Per mirar la sembianza di colui,
Ch'ancor la sua nel ciel vedere spera:

Alio loco Virginem Deiparam magno affectu implorat: & simul damnat amores, & amatoria cantica quæ iuueni sibi exciderant:

Perte puo la mia vita effer gioconda
S'a tuo piueghi ô Maria
Vergine dolce, e pia
Oue'l fallo abondò, la gratia abonda.
Con le ginocchia de lamente inchine.
Pregohbe sia mia scorta:
Et la mia torta via dirà rià bon fine.

Et infrà:

Mortal bellezza, atti, e parole m'hanno
Tutta ingombrata l'alma,
Vergine sacra, e alma
Non tardar, ch'io son forsi all' ultim' anno.
I di miei più correnti che saetta
Fra miserie, e peccati
Son sen' andati: sol morte n'aspetta.

Et infrà:

Se dal mio stato assai misero, e vile
Per le tue man resurgo
Vergine, i sacro e purgo
Alt tuo nome, e pensier s'engegno, e stile,
La lingua, e el cor, le lagrime, e sospiri
Scorgine al miglior guado,
E prendi in grado i cangiatì desiri.

His adiungam duo illa cantica, vbi deplorat pretiosum tempus, in nugis, id est, in amatorijs versibus amissum:

Tennemi amor anni vent' uno ardendo
Lieto nel foco, e nel duol pien dispense,

Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 20. 322

Poi che Madonna e'l mio cuor seco insieme
Saliro al cielo dice altri anni piangendo.

Homai son stanco, e mia vita riprendo

Di tanto error, che dà virtute il feme

Ha quasi spento, e le mie parti estreme

Alto Dio à te denotamente rendo.

Pentito, i tristo de miei si spesi anni,

Che spender si doveano in miglior uso,

In cercar pace, e in fuggir affanni.

Sigñor, Ch'en questo carcere m'ha rinchiuso

Trammele falso dagli eterni danni,

Ch'io conosco l'mio fallo, e non lo scuso.

I rò piangendo i miei passati tempi,

I quai posì in amar cosa mortale

Senz'a levarmi à volo havendo io l'ale,

Per dar forsi di me non basso esempio.

Tu che vedi i miei mali indegni e' empio

Re del cielo invisibile, immortale,

Soccorri all' alma disfusa, e frale:

E'l suo difetto di tua gratia adempio.

Siche's io rifiù in guerra, e in tempesta,

Mora in pace, e in porto, e se la flanza

Fu vano, almen sia la partita honesta.

E quel poco di vivere ch'è unanza,

Et al morir degni effer tua man presta.

Tu sì ben, che n'altri non ho speranza.

CAP V T X XI

Cllaudam hunc locum cum illis eiusdem Petrarca testimoniis, quæ in eo libro Italico continentur, quem scriptit, de vita & moribus Pontificum Romanorum. Omittam autem, quæ ille dicit de Pontificibus, qui ante ipsius tempora federant, quos tamen ut plutimum laudat, ea solum testimonia, quæ ad eos pertinent, quos ipse optimè nouerat, Ioan. videlicet XXII. Benedictum XII. Clementem VI. Innocentium VI. & Urbanum V. De Ioan. sic loquitur: Cofusfu

224 Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 19.
etimo & gloriofo Pastore : fece molti beni, & hereticis per zelo
della fede condannò.

De Benedicto: Fu nell'adolescenza di buona, & intera vita,
dipoi Maestro in Theologia, e fatto che fu Papa , riformò l'Or-
dine di S. Benedetto. Nel dare i benefici era duro, hauendo grande
cura, che non fuisse conferiti a chi non gli meritava, era feruida
nella fede, & nelle buone opere Zelatore, & però era ad alchuna
non troppo caro. Fu rigido & aspro, in modo che fingeva di non
riconoscere li parenti, dicendo che il Papa non ha parenti.

De Clemente: Fu & per nome, & per fatti di molte virtù
pieno. De Innocencio: Fu grandemente de Religiosi amatore,
Fu in ragione Canonica eccelleme, all'ultimo, hauendo sanctumè
tradotta la vita, si morì. De Urbano: Fu nelle sacre Scriture
dottissimo, & santamente nisse. Hæc sunt Petrarçæ testimoniæ
de Pontificibus Romanis, quorum temporibus
ipse vixit, quæ quidem non ab assentationis studio, sed
à veritatis amore profecta non dubitabit, qui cogitabit,
ea scripta post obitum omnium illorum fuisse, & ab eo,
qui & liberrimè vita Romanæ curia taxare solebat, &
qui nihil vñquam à Romano Pontifice ambierat, & ob-
latum etiam Episcopatum constantissimè recusavit, vt
ex variis eius Epistolis cognosci potest. Ex tot locis à
nobis adductis, tria quædam colligi possunt: Primum:
non potuisse Petrarçam, cùm Romanam, siue Auenio-
nem, ob Curiam summi Pontificis, Babylonem appellauit,
de fide, de religione, de potestate Ecclesiastica: sed
de virtùs tantum, quæ tunc vigebant, ea dicere: neque illi
vñquam venire in mentem, quod aduersarij mentiun-
tur, vt scriberet, Romanum Pontificem, Antichristum
factum, aut Ecclesiam ipsam Romanam ab antiqua si-
de degenerasse. Quomodo enim Antichristum esse
crederet, quem tot in locis Vicarium Dei nominare nō
dubitatur? Aut quando Romanam urbem, Antichristi
sedem esse diceret, qui eam almam, sacrosanctam, do-
miciolum Dei, locum Deo gratum, arcem Christianæ
fidei , sacram tellurem , sacrosanctissimam sedem ap-
pellat, vbi omnis verus Christianus & vivere optet, &
mori? An verò placere illi vñquam potuisse nefarium
istud bellum in summum Ecclesiæ Catholice pastorem,
& Patrem,

Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 21. 225

& Partem, ad quod Reges inflammare, Aduersarius no-
ster pro viribus nititur, cùm disertis verbis scriptum re-
liquerit, nullam esse posse homini Christiano in Vicar-
ium Dei sui, sufficientem caussam offensionis? Deinde
ex iisdem locis intelligimus, Pium V. Pontificem, nul-
lam fecisse Petrarçæ iniuriam, quod tria eius cantica
abri di iusterit. Nam si Petrarçæ suspiciati potuisset, fu-
turos fuisse aliquando homines, qui eius versibus abu-
terentur ad fidem Catholicam labefactandam, atque ad
eos confirmandos errores, quos ipse toto pectori exer-
crabatur, sine dubio manibus ipse suis versus illos in
ignem coniecerat. Qyin etiam, si summus Pôtífex, quæ
ille tam frequenter Vicarium Dei sui nominare solebat,
totum illud opus amatoriarum cantiuncularum flam-
mis adjudicaret; Evidem arbitror, spiritum eius in co-
lesti Hierusalem, vt ex eius penitentia piè confido,
cum Deo coniunctum, ingenti lætitia perfundendum,
& Deo , atque eius Vicario de cære gratias acturum.
Cur enim non gauderet, si cerneret , opus illud exuri,
cuius ipsum iam antea penituerat: quod multis cau-
sa semper exitij esse posset; ob quod denique vix
ipse gehennæ ignem effugisset? Cognoscimus ad ex-
tremum ex iisdem illis locis, Aduersarium nostrum, vel
ipso Petrarçæ teste, seu potius iudice, (Iudicem enim
Aduersarius fecit) hæreticum esse; atque adeo extra ve-
ram Christi Ecclesiam cum apostatis & fugitiis contra
veritatem arma gerere. Siquidem Petrarçæ, vt su-
præ demonstrauimus, in ea fide, & religione viuebat,
quæ Romanam Ecclesiam, vt omnium Ecclesiarum pa-
rentem veneratur; quæ Summum Pontificem, Christi
Vicarium, totiusque orbis Christiani patrem & Pasterem
agnoscit, quæ reliquias, atque imagines Christi, &
sanctorum colit, quæ B. Virginem, & Sanctos ceteros
invocat, quæ pro defunctis orat, quæ monasticam vitam
laudat: atque hanc solam vnicam & veram esse religio-
nem, idem Petrarçæ in lib. 1. de remedii vtriusque for-
tunæ apertissimè docet. Aduersarius autem, eorum se-
socium esse fatetur, quæ pro Romana Ecclesia Geneuë-
sem Synagogam, Pro Summo Pontifice, Christi Vica-

rio, Lutherum, aut Calvinum, Vicarium Satani, colunt: orare pro defunctis oiosum , Sanctos inuocare impium credunt, Sanctorum reliquias, atque imagines, tam abest, vt venerentur, vt etiam illas, in flumina, istas in ignem abiijcant: Monasticem verò tanto prosequuntur odio, vt potius Iupanaria, quam monasteria tolerare posse videantur. Quare, nulla dubitatio remanet, quin Petrarcha iudice, inter hostes verè fidei numerandus sit nobilis ille iuuenis, qui ad Petrarcham, quasi egregij cuiusdam prophetæ, in grauissima causa religionis iudicium prouocauit.

CAP VT XXII.

Responsio ad ea, quæ ex Joanne Bocacio adferuntur.

V NUS restat Bocacius ex ternatio illo testium numero, omni exceptione maiorum, ex quibus vulgo Italorum, Summum Pontificem, Antichristum esse, persuadere voluit aduersarius. Sad quām ingeniosè & argutè Bocacius fabulas texit, tam imperitè atque ineptè iuuenis noster argumenta concinnat. Producit enim in medium ex Bocacij fabulis pauca, quædam loca, in quibus via clericorum, & monachorum attinguntur. Sed ex iis non sequi, vt propterea falsa religionis, si deique doctrina habenda sit (vt Aduersarius vellit) ipse idem Bocacius docet. Nam in secunda fabula, quam imprudenter aduersarius præter ceteras elegit, vt eam nobis obiiceret: scribit quidem Bocacius multa, & gravia esse via Romanæ Curæ; sed addit, hoc ipsum manifestum argumentum esse veritatis fidei, ac religionis, quæ Romæ colitur. Cùm enim non solum Pagani, & hæretici illam oppugnent, sed etiam ipsi, qui eam profitantur, ac docent, moribus peruersis destruere, vt ipse quidem loquitur, atque ad nihilum redigere moliantur, & ea tamen semper vigeat, ac floreat, quis ambigere possit, quin ea sit opus Dci, & non humano consilio, prudentiâ, viribus, Romanam religionem confi-

stere? sed cius, qui dixit; Super hanc petram edificabo Ecclesiâ meam, & porta infernon preualebunt aduersus eam? In prima quoque fabula, iure Bocacius à Catholicis reprehenditur, quod sacramentum Confessionis, atque extremæ unctionis, fabula fundamentum fecerit: ceterum, in illa ipsa fabula satis ostendit, nil sibi commune fuisse cum novatoribus istis, qui præter baptismum & Eucharistiâ nulla alia sacramenta recipiunt. Si quidem ipse cum honore de sacramento Confessionis, & unctionis extrema, necnon de religioso illo sacerdote, quem vt ministrum Sacramentorum illorum introducit, semper loquitur. & in extrema fabula perditum illum excratur ad damnat, qui sancto viro, Sacerdoti suo imposuit, & ad sacrosancta illa mysteria planè indignus accessit. Neque verò in ceteris fabulis sui dissimilis fuit. Et si enim passim monachorum ac sanctimonialium via sub occasione fabularum carpat; non tamen inde colligit, quod aduersarius facit, Monasticen ipsam vniuersitatem esse damnandam; sed contra potius eos reprehendit, qui sanctimoniam ac decorum Religiosorum, malè vivendo obscurauit. Quorsum igitur, inquietes, Pontificum iussu hæ fabula ita corriguntur, vt vbi que nomina sacerdotum, monachorum, sanctomialium, aut deleantrur, aut in alia commutentur? Causa est in promptu: nescit enim vulgus, cuius manibus vulgares eiulmodi libri teruntur assidue, vitium à persona, & mores à dignitate secertere. Si sacerdotes ac monachos flagitiorum, ac scelerū argui videat, facile sacerdotium ipsum ac monachatum contemnit: neque cogitat, quod paucorum est, non esse omnibns tribuendum, neque ordinis sanctitatem personarum vitijs inquinari: nec pauci sunt, qui sacerdotum via libentius multò, quam virtutes imitari velint. quin etiam licere sibi credunt, quod sacerdotes, siue recte, siue perperam agunt. Quantu autem facienda sit sacerdotum bona existimatio, vel ex uno illo Imperatoris Constantini facto, ab omnibus scriptoribus mirificè laudato, colligi potest. quod ego, quia ad rem nostram non parùm facere videtur, Thedorè verbis referam. Lib. i. histor. cap. ii. Erant, inquit,

quidam calumniandi studio flagrantes, qui quosdam Episcopos accusabant, & criminatio[n]is libellos Imperatori offerebant. Ille ipsis ante concordiam constitutam acceptis, primum cum eos vinculo constrinxisset, annuloque suo ob-signasset, seruari iubet. Deinde, cum concordiam inter eos conciliaisset, libellos in medium adductos, illis ipsis presentibus, igne absumentos curauit, iure iurando ad se, se ne verbum quidem in illis scriptum perlegisse: Nam sacerdotum, inquit, virtus non sunt populo aperienda, ne ille inde causa offendiculi arrepta licenter peccare agrediatur. Quinetiam cum hoc quoque adieciisse memorat. Si suis oculis Episcopum aliena ex uxori suorum inferre forte videret, facinus illud ne fandum suo paludamento se obiecteturum, ne facinoris aspectu, eos, qui idem ipsum cernerent, villa ex parte lediceret. Hæc Theodoretus. Sanctus autem Cyprianus longius etiam progressus, scribit, Chirstum ipsum, & Apostolos eius, de sacerdotibus Aaronicis, licet iam sacrilegi, atque impij essent, tamen ob ipsum, quamvis inane nomen & umbram quandam sacerdotij, honorificè esse loquitos. Quod si vera criminata Sacerdotum populo aperienda non sunt, & verenda Patrum non cum maledicto Cham detegenda, sed potius cum optimis eius fratribus contegenda, quis ferat eos, qui oblectandi gratiā, falsa crimina affingunt, aut fabulosis narrationibus in contemptum eos adducunt. Poteram hoc loco multa quoque ex libris Ioannis Bocacij adferre, ex quibus intelligeret Iuuenis noster, in causa religionis se cum ceteris Caluinistis, ab hoc etiam auctore damnari. Nam & in libro, qui inscribitur, Corbacio, & in altero, qui dicitur, Filoco, multa Bocacius de invocatione B. Mariæ, de laude virginitatis, de libero arbitrio, de igne purgatorio, de precibus pro defunctis, de sacrificio Missæ, planè Catholicè scribit. Sed nolui tam multa Italica verba huic nostro Latino opusculo inserere, neque tam sape de rebus iisdem verba facere.

CAPVT XXIII.

IAm vero, quoniam aduersarius tribus testibus probare conatus est, plurima esse virtus Catholicorum,

vt videlicet inde colligeret, Catholicam Ecclesiam in Antichristi regnum esse conuersam, non debet molestè ferre, si nos etiam vicissim tribus aliis testibus, quos recuicere nullo modo possit, ei probemus, deteriores esse Lutheranorum mores, quam unquam fuerint Catholicorum. An autem inde efficere velit, Lutheranorum sectas ad regnum Antichristi pertinere, liberum illi permitto: nos enim eiusmodi argumentis non egemus, vt certo certius eorum conuenticula, satanae Synagogas, & eorum multitudines, agmina quædam, Antichristum præcurrentia esse credamus. Primus testis Lutherus sit, quem aduersarius nuncium Dei à Dante prædictum appellare non erubuit, is enim in Postilla super Euangelium Dominicæ primæ Aduentus ita loquitur: Mundus indies fit deterior, sunt nunc homines magis vindictæ cupidi, magis auari, magis ab omni misericordia remoti, magis immodestæ, & indiscreti, multoque deteriores, quam fuerint in Papatu. Hæc ille, qui nihil ferè aliud verè scripsit in tot libris suis. Alter testis Iacobus Andreas Smidelinus esse poterit, qui adhuc viuit, & primas tenet inter Lutheranos, adeò, vt eorum Papa non male à quib[us]dam nomineatur, is in concione 4. super caput 21. Luca, sicut habet: Vitorius mundus agnoscet eos (Lutheranos videlicet, nam de his loquitur) non esse Papistas, nec bonis operibus quidquam fadere, illorum operum nullum exercent penitus, ieiuniis loco, & cœlestationibus, & perpotationibus nocte, dieque vacanti: ubi pauperibus benigne facere oportebat, eos deglubunt, & ex coriant: precatio[n]es vertunt in irramenta, blasphemias, & diuini nominis execrationes, idque tam perdite, vt Christus ne ab ipsis quidem Turcis hodie tantopere blasphemetur. Demum, pro humilitate regnat passim superbia, fastus, elatio, atque hoc uniuersum ritè genus ab illis Euangelicum dicitur infirmum. Hæc ille, de quo sane illud Apostoli vissupare tutò possumus, testimonium hoc verum est. Sed accedit etiam testis tertius, Erasmus Roterdamus, qui res eorum optimè nouerat, & ab ipsis maximis fieri solet. Is in Epistola ad Vulturium Neocomum: Circumspice, inquit, populum istum Euangelicum, & obserua, nō minus illic indulgetur luxui, libidini, & pecuniae, quoniam faciant istos detestamus: Profer mihi, quem istud Euangelium ex com-

messatore sobrium, ex feroci mansuetum, ex rapaci liberalem, ex maledico benedicum, ex impudico reddiderit verecundum. Ego tibi multos ostendam, qui facti sunt seipso detinores. Hæc Erasmus, qui non carmina fabulosa, sed narrationem seriam & verisimilam in ea Epistola de moribus pseudo-eangelicorum de quorum numero aduersarius noster esse gloriatur, instituit.

CAP VT XXIIII.

Responsio ad ea, que aduersarius in Satyris suis Pontifici Maximo petulantiter obiecit.

Restat pars ultima anonymi libelli, quæ Satyra quinquaginta & vnam Italicas ritimis comprehendit. Eas ego diligenter exutens, reperi partem earum maximam consumi, tum in repetitione eorum, quæ suprà ex Dante & Petrarca dicta fuerant, tum in congerendis in Pontificem Maximum conuiciis, & maledictis, vix autem succum aliquem argumentorum, aut certè sententiarum, quæ aliquam argumenti speciem præse ferrent, iterum atque iterum premendo exprimere potui. quicquid autem illud sit, quām breuissime refutabo, licet alioqui Carmen tam impolitum & sordidum, contemni sine villa auctoris iniuria potuisse.

Satyrâ primâ & quartâ, & alijs nonnullis, Christum caput Ecclesiæ esse dicit, atque inde efficit, summum Pontificem, caput Ecclesiæ esse non posse, nisi monstrum aliquod biceps Christi Ecclesiam faciamus. Sec hoc argumentum tam sàpe iam est à Catholicis refutatum, vt mirum sit, cur non pudeat aduersarios tam putide repetitionis. Christum igitur caput esse Ecclesiæ vniuersitatem libentissime confitemur, neque ullum hominem, ac ne Angelum quidem illi æquamus, quod esset propriè duo capita in Ecclesiæ corpore constituere, at quin sub Christo summo capite, Vicarius eius in terris, caput, vt sic dicâ, ministeriale, non principale, rectè nominetur, negari nullo modo potest. Siquidem, vt in Republica tem-

porali caput omnium principale, Rex est, sub Rege deinde capite sunt prouinciarum ij, qui dicuntur Proreges, & sub Proregibus capita sunt vrbium singalarum certi quidem Prætores, & sub Prætoribus quælibet familia suum habet caput, ipsum videlicet patrem familias. Et in exercitu caput est omnium militum Imperator, sub Imperatore legati capita sunt legionū: sub legatis, Tribunis, sub Tribunis, Centuriones, sub illis, Decani suo quodammodo capita dicuntur, & sunt, nec tamen aut regnum, aut exercitum ob totum capitum multitudinem monstrum videri vllus vñquam scripsit: ita quoque in Ecclesia Dei, summum caput omnium hominum & Angelorum Christus est: sub Christo in terris caput omnium Christianorum est Pontifex Maximus: sub illo Episcopi, sub Episcopis Parochi, capita sunt Christianæ multitudinis. Et quamvis plurima veterum Patrum testimonia huc ad ferri possent, duo tamen, vnum Græcus, alter Latinus hoc loco sufficient. S. Iohannes Chrysostomus, homil. 55. in Matth. Dens, inquit, concedere solus potest, ut Ecclesia tot tantique fluitibus irruentibus immobili maneat: cuius pastor & caput, homo pescator, atque ignobilis. S. Hieronymus lib. i. in Iouianum, Inter duodecim, inquit, vnum eligitur, ut capite constituto, schismatis tolleretur occasio.

Satyrâ 3. Pontifices arguit, quòd se Christi successores esse glorientur, cum Christus non successores, sed ministros, Apostolos fecerit. At hoc mendacium, nisi fortè licentia poëtica, siue potius heretica, excusat non potest. Siquidem Summi Pontifices, cum & ipsi se Vicarios Christi nominent, & ab alijs passim hoc nomine designantur, certè non successores, sed ministrós Christi se faciunt. Nam successores morientibus, Vicarij viventibus dantur: & successores pares sunt iis, quibus succedunt: Vicarii vero multò inferiores, ac plane ministri habentur eorum, quorum vices interim gerunt. Sed noster Poëta, furore illo poëtico in phrenesim actus, quid inter vicarium, & successores discriminis esset, vide re non potuit.

Satyrâ sexta fatis pulchrè sibi demonstrare visus est non esse hereticos, qui Romanam veram Ecclesiam esse

nou credunt, quod in symbolo Apostolico Catholico, id est, vniuersalem Ecclesiam confiteamur, Romana autem particularis sit, nec sine detimento ceterarum vniuersalis appellari queat. Sed non mirum est, si nesciar Satyricus iste Poëta, de quibus loquatur, neque de quibus affirmet, vt Apostolus Paulus de similibus hominibus loquitur 1.Tim.1..cum maiorem operam in fabulis Bocacii, quam in Theologis legendis, & meditandis posuerit. Neque enim Ecclesiam vniuersalem, Romana dicimus, quod in sola civitate Roma, Christi Ecclesia sit: sed quod Ecclesia toto orbe diffusa, cum Romana, vt cum sua matre, magistra, radice, fonte consentiat: quodque vt S.loquitur Cyprianus lib. de unitate Ecclesiarum, cetera à Romana diuisi, nihil sint aliud, nisi rami à radice diuisi, rami à fornicatis, & adiutori corpori separati. Ad hanc enim, Ecclesiam, vt vetustissimus Irenæus scriptum reliquit, lib.3. cap.3 propter potentiorum principalitatem, oportet omnem conuenire Ecclesiam: hoc est, omnes, qui sunt vndeinde fideles, Itaque, quicunque in symbolo unam Catholicam Ecclesiam confitentur, iij nec verè unam, nec verè Catholicam tenent, nisi radicem & matricem Catholicarum Ecclesiarum, quæ sola Romana est, (vt eam Cyprianus vocat lib.4.Epist.8.) agnoscant.

Satyra 11. & 12 audacter mentitur, ab Apostolo Paulo Romanum Pontificem Antichristum esse nominatum. At nos in quatuordecim, quæ extant, Epistolis Paulinis, tale testimonium non habemus. Fingat ipse, si ita videatur, pro ea licentia quid liber audendi, quam pictoribus, atque poëtis Horatius tribuit, Epistolam quintam decimam. Legimus quidem in Apostolo 2, Thessal.2. futurum aliquando hominem quandam peccati, qui se se efficeret super omne, quod dicitur Deus: ut hunc Romanum Pontificem esse, non Apostolus Paulus, sed apostata Luthorus scriptum reliquit. Lutherum autem, & quotquot euum sequuntur, hac in re esse mentitos, satis aperte in initio demonstrauimus. Tantum enim abest, vt Romanus Pontifex se se efficeret super omne, quod dicitur Deus, vt se non solum Christi famulum, sed etiam seruum seruum Dei libenter appellat,

Satyra 3. Hoc ipsum nomen, serui seruorum, exigit miratur enim quo pacto ista cohærent, vt qui seruus seruorum dicitur, Regibus etiam imperare velit. Sed (vt magis Poëta miretur) addo ego, nō tantum posse fieri, vt seruus seruorum, Regibus imperet, sed etiam vt imperando seruiat, & imperet seruendo: neque enim omnes, qui seruunt, obedire eos necesse est. Seruunt siquidem alij obediendo, vt mancipia, alij iubendo, vt Magistratus, Magistratus enim populo seruit, si legitimus, non tyrannicus sit. Quare B. Paulus 2. Cor.4. seruum se Corinthiorum vocat, & 1. Cor.4. iisdem Corinthiis ita minatur, vt dicat: Quid vulnus in virga veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis? Et cum omnes præpositos Ecclesiarum seruos esse, docuisset loco antè notato (2. Corin.4.) ait tamen Hebr.13. ad filios Ecclesiarum: Obedie præpositis vestris, & subiacete eis. Sic igitur Summus Pontifex seruus omnium seruorum Dei verè dicitur, & est, quod omnibus Christianis, vt communis omnium Pastor, & Doctor, monendo, dirigendo, imperando, castigando etiam & corrigendo, seruiat. Nam etiam Christus, cuius ille Vicarius est, minister fuit circumcisionis: Apostolo teste, nec ministrari venerat, sed ministrare, & tamen decebat, imperabat, ē templo negotiantes eiiciebat, & se adorari, fibique à populis supplicari patiebatur.

Satyra 20. Non posse dici Ecclesiarum fundamentum, Apostolum Petrum, ex eo colligit, quod B. Paulus ait 1. Cor.3, non posse ponere fundamentum aliud præter id, quod possum est, quod est Christus Iesus. Sed loquitur Apostolus de primatio Ecclesiarum fundamento, quod à nullo alio pendeat, quod etiam Ephes.2. summum angularem lapidem nominavit. Quod si post Christum non esset etiam Petrus Ecclesiarum fundamentum, cur eum quæso Dominus in Euangilio, Cepham, id est, petram appellaret? & de petra eadem dixisset. Et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam? Neque enim Petri nomen a petra dicitur, vt aduersarius credit, sed est ipsum petræ vocabulum, cum masculina terminatione, vt commodius auribus accideret. Dominus enim, qui hoc nomen Si-

moni impoluit, Syriacè, Cepham dixit : Cephas autem Syriacè, non petrum, vel petrinum, sed petram significat, ut etiam Græcum nomen est ipsius. Idque etiam Patres omnes vñā voce confessi sunt. Origines hom. 5. in Exodum : *Vide, inquit, magno illi Ecclesiæ fundamento & petre solidissime, super quā Christus fundavit Ecclesiæ, quod dicatur a Domino: Modice fidei, quare dubitasti?* Tertull. in lib. de praescript. aduersarij hæreticos : *Latiuit, inquit, aliquid petrum edificande Ecclesiæ petram dictum?* Sanctus Cyprianus in Epist. ad Quirinum : *Petrum Dominus primum elegit, & super eum edificauit Ecclesiæ Sanctus Hilarius in Comment. ad cap. 16. Matth. O in noncupatione noni nominis felix Ecclesiæ fundamentū, dignaque adficatione illius petra, qua Inferiori leges dissolueret. O beatus cali Lanitor. S. Gregorius Nazianzenus in orat. de moderatione in disputationibus seruāda: Petrus, inquit, petra vocatur. Sanctus Epiphanius in Ancorato: *Dominus, inquit, constituit Petrum Apostolum, petram firmam, supra quam Ecclesia Dei edificata est.* Sanctus Ambrosius in hymno, qui tota Ecclesia celeberrimus est, *Hoc ipsa, inquit, petra Ecclesiæ, canente culpam diluit.* Sanctus Hieronymus in comment. ad cap. 16. Matth. Secundum metaphoram, inquit, petre recte dicitur ei, *edificabo Ecclesiæ meam super te.* Sanctus Ioannes Chrysostomus hom. 5. in Matth. *Tu es, inquit, Petrus, & ego super te edificabo Ecclesiæ meam.* Sanctus Augustinus in Psalmo contra partem Donati: *Numerate, inquit, Sacerdotes, vel ab ipsa sede Petri, ipsa est Petra, quam non vincunt superbae inferiorum portæ.* Sanctus Cyrillus lib. 2. in Ioannem capite 1. *Nec Simon, inquit, fere iam nomen illi, sed Petrus, predictit, vocabulo ipso commode significans, quod in eotanquam in petra, lapideque firmissimo, suam esset edificaturus Ecclesiæ.* Sanctus Paulinus in Epist. 4. ad Severum: *Petra, inquit, est Christus, sed etiam discipulo suo huic vocabuli gratiam non negavit, cui ait, super hanc petram edificabo Ecclesiæ meam.* Theophilactus in Comment. ad cap. 22. Lucæ, Christum inducit ita loquenter ad Petrum: *Post me, Ecclesiæ petra es, & fundamentum.* In quam sententiam sic etiam Euthymius scribit in comment. ad cap. 26. Matth. *Te ponam fundamentum credentium, edificabo super te Ecclesiæ meam.* Sed stultus videat fortal-*

fe, & ab ipsis suis Patribus merito reprehendar, quod tam graues autores lenissimæ Satyræ obiliendos putauerint. Veniam igitur ad postremam criminationem, & Alogio finem imponam.

Satyræ 9. 14. 35. vitio veritatis Sixto V. & Pio etiam V. humilitatem generis, & quod ex claustris Monasteriorum ad Pontificatum adscenderint. In qua re satis prodit, se cuiusdam quinti Euangelij discipulum, ac sectatorem esse, non placent illi videlicet Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, in quibus ab ipso Christo ad summam Ecclesiæ dignitates lectos videmus humiles pescatores, ex Bethsaïda viculo Galileæ. Non sapit illi, quod Apostolus ait: *Videte vocacionem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobilis, sed que sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia, et ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, et ea que non sunt, ut ea que sunt, destrueret.* Non probat aduersarius consilium Dei, qui Regem secundum cor suum, in pascuis quæsivit, & inuenit, & sustulit eum de gregibus oviis, & de post frœntes accepit eum pascere Iacob seruum suum, & Israël hæreditatem suam. Credo etiam, Moysen contemnet, qui ad Principatum à Deo vocatus est non ex aula Pharaonis, sed ex deserto, ubi saceri sui gem pasebat. Ac ne sapientes quidem mundi huius aduersarius auditet, qui glorioſius esse duecebant, posteris suis faciem prætulisse, quam splendorem à maioribus accepisse: & virtutis ac sapientæ laude, quam generis nobilitate, aut maiorum commendatione viam sibi ad summos honores patet fecisse. Quæ cum ita sint, aut solus aduersarius noster sapit, & sapientes omnes, ac ipse etiam Deus, & Christus, & Apostoli dispiunt: aut, quod est verissimum, sic ipse unus despicit, ut id vituperet, quod summa laude dignum erat. Quod vero attinet ad Monasteria, quis nec sit optimos, sapientissimosque Pontifices, atque Ecclesiæ Catholicae utilissimos, ex Monasteriis ad Summi Pontificatus fastigium omnibus ætatis suis promotores? Monachus certè fuerat S. Dionisius, qui viceimus sextus, à B. Petro, & omnium consensu

236 Append. ad lib. de summo pontif. Cap. 24.
 doctissimus, & optimus, magna cū laude Ecclesiæ præfuit. Monachus fuerat S. Gregorius, qui ob doctrinæ & pietatis excellētiā, ac rerum gestarum magnitudinem, Magni cognomen inuenit. Monachus fuerat insignis ille Agatho, qui sextam Synodum Oecumenicā magno suo labore ac diligentia congregauit, & doctrinā ac miraculis claruit. Nec minor in Adeodato Pontifice & Monacho, qui Agathonem præcesserat, innocentia vita, morumque integritas fuit. Monachi fuerant Stephanus I V. Paschalis I. Ioannes IX. laudatissimi Pontifices. Monachus fuerat Gregorius VII. qui, velint nolint heretici, inter optimos, sapientissimos, constantissimos, sanctissimōsque Pontifices semper est numeratus, tametsi enim concubinarij & simoniaci, quos ille summo studio prosequebatur, multas in eum criminationes confingerent: tamen *signa & prodiga* (vt loquitur Lambertus Caphnaburgensis in historia rerum Germanorum, qui eo tempore vixit & scripsit, & Germanus, non Italus fuit) qua per orationes Gregorij Pape frequenter fiebūt, & Zelus eius ferveissimus pro Deo, & Ecclesiasticis rebus, fatus cum contra veneficas deraelectorum linguis communiebant. Monachi fuerant Victor III. Urbanus II. & Paschalis II. qui ordine post Gregorium VII. in Apostolica Se-de constituti, scriptorum omnium consensu, vitæ sanctitate & rebus gestis clarerunt. Monachus fuerat Eugenius III. qui ob egregiam sanctitatis famam ad Pontificatum assumptus, in summo illo fastigio moderationem pristinam retinens, miraculis & viuis & mortuis floruit. Monachus fuerat Adrianus IV. qui cùm doctissimus & optimus haberetur, ab Eugenio III. Cardinalis creatus, & in Noruegiam missus, eam Provinciam Christo suis laboribus acquisiuit, ac deinde Pontifex factus, laude constantiæ & magnitudinis animi insignis fuit. Monachi fuerant Innocentius V. ex Ordine Praedicatorum, ac non diu post Nicolaus IV. ex Ordine Minorum: quos uno ore historiæ omnes, optimos probatissimōsque Pontifices fuisse testantur, ac vt Benedictum XI. Urbanum V. & alios laudatos Pontifices prætermittam, Monachus fuerat sanctus Petrus Moronus,

qui Celestinus V. in summo Pontificatu appellatus est, cuius quidem ea fuit apud Deum deuotio, ac fides, vt miraculis maximis claruerit, ea rerum humanarum despiciencia, & solitudinis ac diuinæ cōtemplationis amor, vt ipso se Pontificatu sponte abdicauerit.

Neque verò solum in ordine summorum Pontificum ex Monasteriis viros clarissimos inuenire licet, sed etiam in ordine Praefulum ceterorum. Siquidem S. Gregorius Nazianzenus, B. Basilius Magnus, S. Martinus Turoensis, S. Augustinus clarissimum lumen Ecclesiæ. S. Paulinus Nolanus, Seuerus Sulpitius, S. Anselmus, aliisque innumerabiles viri doctissimi & omni virtutum laude celeberrimi, ex Monasteriis ad Episcopatum assumpti fuerunt. Definat igitur aduersarius, nisi plane stultus haberet velit, in Summis Pontificibus, Sixto, Pioque id reprehendere, quod in tam multis aliis cogitur laudare. Et quoniam omnis aduersarij conatus, vt etiam ceterorum Caluinistarum, eo potissimum spectat, vt sedis Apostolicæ auctoritatem & dignitatem imminuant, S. Leonis Magni, viri sapientissimi, atque optimis verbis *Apologiam claudam. Quisquis huic Sedis Principatū estimat denegandum, illius quidem nullo modo potest menere dignitatem, sed inflato spirito superbie sue, scmetipsum in Inferna demergit.*

FINIS.

APPENDIX AD TRACTATUM DE CVLTV IMA- GINUM.

IN QVA CONTINETVR RE-
FUTATIO LIBELLI, QVI
falso Synodus Parisien-
sis inscribitur.

ANNO 1596. prodit Francofurti nouus libel-
lus cum hoc titulo, Synodus Parisiensis de
imaginibus an. Christi DCCCXXIV. ex
veruissimo codice descripta, & nunc pri-
mum in lucem edita. Hoc autem praesentian-
ta, cum mihi is libellus ab amico offensus esset, animaduerti con-
tinuo, nec verè Synodus esse, nec scriptum luce dignum. Quare
ne forte in scriptio fallat incertos, opere pretium me facturum
existimau, si libellum breuissime confutarem.

CAPVT PRIMVM.

Principio igitur non esse synodum ullam Parisien-
sem, quæ hoc libello contineatur, argumento esse
potest, quod nulla in eo conspiciantur Decreta, nulli
Canones: nulla extet Episcoporum subscriptio, nulla
Synodi mentio. sed & ipse libellus aperte redarguit sui
tituli vanitatem. Sic enim legimus pag. 126. *Nos non Sy-*
nodum congregando, sed quemadmodum à vobis postulamus,
licentiamque agendi perceperimus, vna cum familiaribus nostris,
filiis vestris, quantum pro multiplicibus Regni diversis occu-
pationibus impedit, per intervalla potuimus, considerare studui-
mus, quid Almitati vestre de tanta necessitate significare po-
tueremus.

Append. ad lib. de Cultu Imag. Cap. 1. 239
Ac ut verborum istorum sententia intelligatur, totius
libelli argumentum exponemus. Scriptis Michaël Bal-
bus Imperator Græcus ad Ludouicum Pium Imperato-
rem Latinum, Epistolam benè longam, in qua, post alia
multa, significauit, Ecclesiam propter imagines Christi
& sanctorum in duas partes esse diuisam, cum alij ador-
andas, alij non adorandas esse contendenter. & simul
petit, vt Ludouicus in Occidente operā daret, vt subla-
to superstitione cultu imaginum, Ecclesia pacē & vni-
onem recuperaret.

Ludouicus his litteris acceptis, à Summo Pontifice fa-
cultatem obtinuit conuocandi viros aliquot doctos, qui
veterum Patrum testimonia de cultu imaginum diligē-
ter colligerent. Quo facto scribi iussit Epistolam, quam
nomine Summi Pontificis, ipso consentiente Pontifice,
cui primū ostendenda erat, ad Michaëlem Imperato-
rem dirigere cogitabat. Denique tum Epistolam præ-
dictam, tum aliam à se ad ipsum Pontificem, qui Euge-
nius dicebatur, proprio scriptam per duos Episcopos mi-
fit.

Hæc igitur quinque in libello nuper edito continen-
tur, primū, Epistola Michaëlis Balbi ad Ludouicum
Pium, Caroli Magni filium: secundò, collecta testimo-
nia ex veteribus Patribus, quibus probatur, imagines,
neque frangendas esse, vt volebant Iconomachi, neque
colendas, vt Synodus Nicæna II. statuerat: Tertiò, Epi-
stola Summi Pontificis nomine scripta à Francis Do-
ctoribus ad Michaëlem Imperatorem, qua docetur, ima-
gines neque iniuria afficiendas esse, neque etiam ado-
randas. Quartò, Epistola Ludouici Imperatoris ad Eu-
genium Pontificem eius nominis secundum, qua cum
hortatur ad legationem in Greciam mittendam, & Ec-
clesiam pacificandam. Quintò, Epistola eiusdem Ludo-
uici ad Hieremiam, & Ionam Episcopos, quos Romanum
ad Summum Pontificem mittit, eosque instruit, quem-
admodum prudenter cum Pontifice se gerere debeant,
vt eum ad suam sententiam pertrahant.

Ex his promptum erit intelligere, fucum facere vo-
luisse eos, qui hunc libellum specioso nomine Synodi

Parisensis ornare voluerunt, qui quidem caussam Iconomachorum iuare, & Catholicæ fidei detimentum aliquod adferre conatis sunt, sed, Deo iuante, mox efficiemus, ut oleum & operam se perdidisse, dolcant.

CAPUT SECUNDUM.

NAM ut ad Epistolam Michaëlis, quæ primam partem libelli occupat, veniamus: ea quidem plena videtur religiosi studij, ut si quis aliundè, quis iste Michaël fuerit, ignoret, arbitretur eum unum ex optimis, & Christianissimis Principibus fuisse.

Sed extant annales publici Iohannis Zonaræ, Georgij Cedreni, & aliorum, qui res gestas Græcorum Principum litteris mandauerunt. Ex his cognoscere licet, Michaëlem non solum cognomine, sed etiam re ipsa Balbum, virum fuisse impium & scelestissimum, quippe, qui magis Hœbraicæ superstitioni, quam Christianæ Religioni adductus esset: qui Resurrectionem carnis perteneret, & ob id Prophetas, & Apostolos, qui eam predickerant, irrideteret: qui fornicationem licitam esse dicteret, & sacram coelibatum adeo contemneret, ut è monasterio sanctimoniale iam Deo sacram sibi coniugem deligeret: qui septimam Synodus Oecumenicam, atque ab Adriano Pontifice maximo approbatam repudaret: qui sacras imagines nullo honore dignas arbitraretur: qui Iconomachis impensè fauaret, & Constantium Copronymum Iconomachorum Principem sibi præter ceteros imitandum proponeret: qui Sanctum Euthimium, Sanctumque Methodium, aliasque pios veritatis defensores vel exilio, vel carcere, vel morte mularet.

Hic igitur est ille Michaël, qui ouinam pellem indu-tus, cum esset re vera Lupus rapax, quasi fidei zelo accusatus nihil aliud optare se fingit, nisi Ecclesiæ reformatiō-nem & pacem, sed quemadmodum in illa ipsa Epistola deplorat necem Leonis Imperatoris, cui proximè ipse successit, quem dicit ab improbis quibusdam coniura-tione

tione facta misérè necatum, cum satis aperte constet ex auctoribus supra citatis, ipsum eundem Michaëlem cōspirationis Principem fuisse: sic etiam pie queri videtur, Ecclesiam ob dissensiones de cultu imaginum esse divisa-ram; cum ipse potissimum dissensionis, & divisionis au-stor esset, qui Synodum Generalem, quæ dissensiones susciterat, reiecerat, & Iconomachiam propagare stu-deret: & non contentus dissensionibus Orientalibus, in Occidente quoque dissensiones ferre, ac propagare satageret.

Quod vero in extrema Epistola Catholicos repre-hendit, quod viuificam crux despiciant, quod imagi-nes ut Deos quosdam adorent, quod eis sacrificia offe-rant, quod ab eis nescio quo artificio de facto fonte suscipi, & sacram communionem percipere velint, deni-que quod alias id genus superstitiones velinatrias in cultu sacrarum imaginum ostendant, mera calumnias, atque imposturas sunt. neque mirabitur eiusmodi medi-dacia Græcum Imperatorem in sua Epistola ad Latinos longe positos scribere potuisse, qui cogitari voluerit, quam crassa, & quam incredibilia mendacia nostri tem-poris hæretici de Catholicis in vicinis locis degentibus fingant.

Sed ex Concilio Nicæno secundo verè legitimo, & Oecumenico, velit nolit Michaël Balbus, illis ipsis tem-potibus celebrato, luce solis clarius effici potest, illa esse commenta fraudesque hæreticorum. Docuit enim Cō-cilium illud, cui Catholici omnes assentiebantur, imagi-nibus sacræ debet quidem suam venerationem, sed non maiorem quam viuificæ Cruci, neque illis vlo modo sacrificandum esse, neque eas cultu latræ, qui Deo est proprii, adorandas. Legatur synodus, & imposturas subito euaneant.

Quæ cum ita sint, vel Franci, qui Ludouico Impera-to ri consiliis erant, fidem habuerunt litteris Michaëlis, vel non habuerunt. Si fidem habuerunt, circumuen-ti sunt, atque decepti: si fidem non habuerunt, abusi suis litteris illis ad permouendum Summum Pontificem, ut maiorum suorum acta rescinderet, & synodum Nicæ-

242 Append. ad lib. de Cultu Imag. Cap. 2.
nam ab Hadriano approbatam improbarecipse atque
damnaret.

Sed siue decepti fuerint, siue decipere voluerint, ni-
hil attinebat istum vel errorem vel istud scelus ipsorum
orbi terrarum prodere, præsertim, cum non sine causa
maiores nostri libellos eiusmodi, qui nihil vtilitatis, de-
trimenti autem plurimum adferre poterant, libenter de-
litescere passi sint.

C A P V T T E R T I V M.

VEnio nunc ad ea testimonia, quæ pauci illi viri à
Ludouico Imperatore vocati, ex veterum monu-
mentis collegisse dicunt. multis enim nominibus viti
illi pécasse videntur, ac primum quidem ante collectio-
nenem satis audacter iudicium tibi de scriptis Apostolicis
desuaperunt, nec solum de Summo Pontifice, sed etiā
de Generali synodo à Pontifice approbata temerè iudi-
carunt. In qua re longe superarunt peccatum auctořis
illius, qui nomine Caroli Magni librum edidit aduersus
cultum sacrarum imaginum. Ille enim (quod etiam Pa-
tres Concilij Francofordiensis fecerunt) Nicenam Sy-
nodum secundam improbavit, quoniam celebratam
fuisse existimauit sine consensu Apostolica: Sedis. At
consiliarij isti Ludouici Imperatoris, quoruim scripta dis-
cutimus, fatentur Synodum pro cultu imaginum, id est,
Nicenam secundam ab Hadriano Summo Pontifice
coactam, & probatam, & tamen tum ipsam Synodum,
tum Epistolam eiusdem Hadriani ad Cōstantinum Im-
peratorem pro cultu imaginum, & rursum defensionem
eiusdem Synodi ab Hadriano ad Carolum missam ex-
aminare, diuidicare, reprehendere non verentur.

Hæc enim sunt iplorum verba pag. 19. Primum Epi-
stolam Domini Hadriani Papa, quam pridem pro imaginibus
erigendis Constantino Imperatori, & Irene matri eius ad eō-
rum depreciationm intransmarinis partibus direxit, coram no-
bis legi fecimus, Et quantum nostræ paruitas res patuit, si-
c ut suscepimus reprehendit illos, qui imagines sanctorum temerario-

Append. ad lib. de Cultu Imag. Cap 3. 243
ausu in illis partibus confringere & penitus abolere presum-
iserunt: sic indiscretè noscitur fecisse, in eo quod superfluiſe eas
adorari inſtitit, pro qua etiam cauſa Synodum congregari prece-
pit. Et inſtrā pag. 21. de defensione Nicenæ Synodi ab
Hadriano edita sic loquuntur. Persingula capita in illorum
excusationem responderet que voluit, non tamen que docuit, co-
natua est, &c.

Ita nimitemū iudicem suam, & torius Mundii iudicare,
paſtorem omnium Christi ouium paſcere, & Doctorem
vniuersorum docere non erubuerunt, qua temeritate
nulla maior cogitati potest.

C A P T Q V A R T V M.

S Ed fortasse noua aliqua, atque recondita testimonia
repererunt, quibus freti resistere in faciem Aposto-
lico Praefuli non reformidarunt. Imò verò notissima &
vulgaria, & quæ nihil ad rem faciant sine vlla ratione, vel
ordine collegerunt.

Ac, vt exempli gratia pauca discutiamus, primum te-
stimonium sumunt ex libro Sancti Augustini de hærefi-
bus, vbi legimus Simonem Magum iussisse imaginera
suam, & Helenæ meretriculæ suæ à discipulis adorari.
Atque hanc esse dicunt primam originem adorâdarum
imaginum. Quasi vero, si de falso cultu agatur, non an-
te Simonis tempora, vituli aurei ab Hebræis, & simula-
chra hominum mortuorum à Gentilibus adorata fue-
rint. Sed Ecclesia Catholica non disicit cultum rerum
sacrarum ab hostibus suis. & si ex eo testimonio liceret
colligere non esse Christi, & Sanctorum imagines ve-
nerandas, licebit eadem ratione colligere, ne ipsum
quidem Christum vlo honore dignum esse, propterea
siquidem impium erat, Simonis, & Helena imagines
colere, quod Simon, & Helena indignissimi essent qui
coleceretur.

Sed ridicula plane sunt, quæ ex Epistola 56. eiusdem
Augustini ad Dioscorum testimonia desumptserunt. Ri-
dicula, inquam, si ad id, de quo agimus referantur. Quæ

namque S. Augustinus disputat de imaginibus, quæ à corporibus defluentes in animum penetrant, vt per eas aliquid cernamus, vel cogitemus, ea proferunt isti ad probandum non esse Christi & sanctorum imagines depictas vel sculptas, vlo modo colendas. Quæ quam bene cohærent cum præsenti disputatione, lectoris est iudicium.

Quid? quod plurima testimonia, quæ Summus Pontifex Hadrianus in Epistola illa sua doctissima pro imaginibus posuit, isti rursum allegant, qui contra imagines pugnant.

Quod vero dicunt, & nonnullis etiam testimoniis probare nituntur, non esse consuetudinem, vel annorum numerum, aut quamlibet vetustatis auctoritatem præferendam veritati: tunc rectè diceretur, si probari possit, cultum, quem Ecclesia Catholica imaginibus exhibet, ex manifesto errore, non ex certa veritate descendere. Sed cum de re aliqua litigatur, multum valere consuetudinem, & venerandam esse antiquitatem, ne ipsi quidem negare possunt, quo sum enim tantò pere laborarunt in euoluendis antiquitatis monumentis, si nullū probabile argumentum ex antiquitate peti potest? non nevident, se hoc suo facto contra sua verba ptignare? & re ipsa destruere, quod verbis astruere nitebantur? Certe si liberet testimonia S. Augustini, S. Basilij, aliorumque veterum Patrum in medium adferre, quibus ipsi ex antiquitate, vel Ecclesiæ consuetudine probant Ecclesiastica dogmata, nullus finis esset.

Sed quod superat omnem admirationem, illud est, quod multa testimonia proferunt pro adoratione Crucis. & cum rationem reddere volunt, cur signum, vel lignum Crucis adorandum sit, & imagines Christi non sint adorandæ, dicunt eam esse caussam, quia Christus in Cruce suspensus fuit, non in imagine: & quia per Crucem nos redemit, non per imaginem. Quod si refellere voluero, timeo ne nimis tarditatis, lectors, existimare videar. Certe enim Christus non in signo Crucis, quod in pariete, vel in tabella, vel in fronte, vel in aëre pingimus, suspensus fuit, neque etiam in liguis illis crucibus

quæ passim cernuntur, & adorantur in Ecclesiis, sed in illa una Cruce, cuius ista nostra signa, quæ pingimus, vel erigimus, imagines sunt. Cum ergo licet per aduersarios Crucis imaginem colere, cur imaginem Crucifixi colere non licet? & si iure Crucis adoramus imaginem, quia per Crucem redempti sumus à Christo, qua causa singi potest, cur non iurecoli possit imago Christi, qui proprio nos redemit?

At, inquit, nihil manu factum colere fas est. quid igitur? Lignum vel signum Crucis nō est manufactum? Codex Euangeliorum, & sacra vasa, quæ horum opinione veneranda sunt, quid sunt aliud, nisi opera manuum humanarum? Et tamen verum est, nihil manu factum esse, colendum eo genere cultus, quo Deus ipse qui omnino non est factus, sed omnium rerum factor colendus est.

Quare poterant Collectores isti maximam partem testimoniorum quæ attulerunt, omittere; quoniam iis nihil probatur aliud, nisi solum Deum esse colendum cultu latræ sibi vni proprio, & non esse imagines ita adorandas, vt etiam sacrificia illis offerantur, quæ neque non negamus, neque S. Nicæna Synodus negavit.

Ac, vt videoas, Lector, quantas vires veritas habeat, ipsi quoque qui eam oppugnant, non raro vel iniuti vel imprudentes eam tuentur. Id accedit Collectoribus nostris. Nam inter alia testimonia colligunt etiam nonnulla, vt probent imagines non esse frangendas, vel iniuria afficiendas. Sed in iisdem testimoniis non habetur solum quod ipsi volunt, imagines videlicet non esse afficiendas iniuria, sed habetur etiam quod nolunt afficiendas honore, quod quidem isti Collectores aliquando videbunt, & textum audacter corruperunt, aliquando non videbunt, & testimonium contra se in ipso suo libello imprudentes reliquerunt.

Prioris rei exemplum habes pag. 87. vbi allegatur S. Gregorius, qui in Epist. 5. libri septimi ad Ianuarium reprehendit acriter nonnullos, qui Beatae Virginis imaginem, & Crucem dominicam contumelice causâ ad iudiciorum Synagogam detulerunt: & mandat Ianua-

rio Episcopo, vt sublatam ex eo loco cum ea qua dignū est veneratione, imaginem, atque Crucem, in Ecclesiam referat. Hic boni Collectores nomen imaginis simpliciter deleuerunt, vel omiserunt, ne videretur contra oīrum dogma non solum Crux, sed etiam imago Beatae Virginis veneranda, nisi forte libratorum errore nomē imaginis sit omisum.

Iam vero pag. 91. adscribunt hæc verba ex Epistola Synodica Gregorij Papæ: *Nos nō ob aliud nomen imagines facimus. Et adoramus, sed pro nobis incarnato Verbo Dei, &c.* Audis ne Collector, vocabulum, (*adoramus?*) & tamen à se hoc testimonium prolatum est. Sed habemus clariora.

Paulo infra ponuntur hæc verba ex libro S. Basilij ad Amphilochium de Spiritu sancto cap. 17. *Imaginis honor ad primam formam transit, &c.* Ecce tibi rursus honorem imaginis. Sed ad clarissima veniamus.

Paulo post adferuntur hæc alia verba ex Epistola eiusdem Magni Basilij ad Imperatorem Julianū: *Credo in unum Deum patrem omnipotentem, Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum unum Deum, hec tria adoro & glorifico. Confiteor autem & filij Incarnationis dispensationem, & Deigenitricem, que secundum carnem eum genuit, S. Mariam, Suscipio vero Et Sacerdos Apostolos, Prophetas, & Martyres, & ad Deum depreciationem, que per eos propitium mihi efficit misericordissimum Deum, pro quo Et figuræ imaginis corum honore Et adoro, specialiter hoc traditum est a Sanctis Apostolis, & nō prohibitum, sed in omnibus Ecclesiis nostris eorum designari vel historias, &c.* Quid audiuius? S. Basilius Magnus ab aduersario aduocatur testis, & vere testis est omni exceptione maior. Is vero palam affirmat, se honorare, & adorare Apostolorum, Prophetarum, & Martyrum imagines. Idque affirmat, dum fidei suæ confessionem edit, ac de rebus non dubiis aut verisimilibus, sed certissimis, & exploratis loquitur. Addit vero id 2b Apostolis traditum, & ab omni Ecclesia suscepsum, & obseruatum. Quid quæso responderi potest? Auctor grauissimus aperte loquitur, & cius testimonium ab aduersario profertur. Neque defuncta alia testimonia similia in eodem libello, Atha-

247 Append. ad lib. de summo Pontif. Cap. 4. nalijs, Germani, Leontij, & aliorum, quæ imprudenter ab aduersariis contrasse, & pro nobis, hoc est, pro cultu sacrarum imaginum profertuntur. Sed ego breuitati studio, neque libenter in his refellendis inceptiis tempus tero.

CAP VT QVINTVM.

SEquitur pars tertia, id est, Epistola Eugenij Papæ ad Michaëlem, & Theophilum eius filium Imperatores quam Epistolam iidem Collectores scripsisse videntur, neque enim Eugenius ullam talem Epistolam scripti, sed (vt supra diximus) scripta fuit, vt nomine Pontificis mitteretur, si ipse probaret. In qua re cogimur desiderare prudentiam Collectorum, qua enim fronte Romano Pontifici praescribere ausi sunt, quod ipsum scribere oporteret? qua vero fiducia sperare potuerunt, Romanum Pontificem scripturam ad Grecum Imperatorem contraria iis, quæ predecessores eius noa semel scripsierant?

Sed videamus, si placet, paulò diligentius, an Epistola illa summū Pontificem deceat. Omitto autem, quod in hoc libello Epistola illa caret principio, quod peccatum non primo auctori, sed ei qui nunc demum post tot secula libellum hunc in lucem edidit, tribuendum videtur. Nihil etiam dico quod Epistola verbosa est admodum, obscura, barbara, imperita, detur enim hoc temporis, taceo denique, quod dum conatur tollere repugnantiam, quæ in verbis S. Gregorij esse videbatur, tanto se magis inuoluit, quanto magis conatur evolvere. Sed tria quædam tacitus præterire non possum. Primum enim facit hæc Epistola Pontificem summum, adulatorum Imperatoris impudentissimum, dum ita loquitur, *O venerandi Mundi Principes, cum universa Sancta Dei, quam Domino disponente, Et cõmittente gubernatis Ecclesia.* Et infra, propter adunandam quam Domino Deo ordinante regitis Ecclesiam. Quæ fædior adulatio? Michael Balbus interfecto legitimo Imperatore, cum esset ipse pro sceleribus

suis iam morti adiudicatus, tyranice inuasit Imperium, & Pontifex Maximus affirmabit, Deo disponente, committente, & ordinante, hunc ipsum Balbum gubernacula suscepisse non solum Imperij, sed etiam Ecclesie, & si Ecclesia Dei ab ipso Deo gubernanda Imperator tradita est, quid faciunt in Ecclesia Episcopi? quid ipse Summus Pontifex? Imperator (inquit S. Ambrosius) in Ecclesia est, non supra Ecclesiam, filius Ecclesie, non Rector, ouis, non pector, Et S. Ioan. Chrysostomo Diacono suo dixit: Si is qui diemate coronatione indignè adeat ad sacra mysteria percipienda, cohibe & coerce, maiorem tu illo habes potestatem.

Deinde, in eadem Epistola non semel repetitur hoc argumentum: Si nulla inquam picta, vel scita fuisset imago, nihil periret de fide, spe, & charitate, quibus ad regnum peruenit aeternum: Et tamen propter imagines orta est dissensio & diuisio in Ecclesia, turbata pax, charitas violata. Et non animaduertunt, qui eam Epistolam nomine summi Pontificis scribunt, eo arguento non solum effici quod ipsi volunt, imagines non esse adorandas: sed etiam effici (si quid tamen efficitur, quod mox videbimus) imagines omnino de medio esse tollendas, quod ipsi nolunt. Nec tamen argumentum illud aliquid valet.

Quamuis enim nihil periret de fide, spe, & caritate, si nulla picta, vel scita esset imago tamen quando picta, vel scita est, peccat in fidem, qui eam negat esse venerandam, quoniam honor imaginis ad prototypum referatur, quod venerandum esse fides docet, & aduersarius non negat. Et potest hoc ipsum similitudine illustrari, si libellus aliquis diuinæ scripturaræ, ut Epistola ad Philemonem, non extaret, nihil deperiret de fide, spe & caritate: & tamen quia nunc extat, qui cam negaret esse cum veneratione suscipiendam, peccaret in fidem. & si propterea dissensiones oriuerentur, non esset Epistola abiicienda, sed imperitia dissidentium coarguenda, & instruedanda.

Postremo in eadem illa Epistola reprehenditur Constantinus & mater eius Hirenæ, quod editio suo iussit sacras imagines iuxta Concilij generalis decretum, cum veneratione esse habendas. Quæ sane reprehensio à Sommo Pontifice, nisi planè amente, scribi non potuit.

quid enim? Hadrianus Papa Constantiū, & Hirenam summis laudibus effert, quod sacrarum imaginum religioso cultui faueant; & Hadriani successor Eugenius eodem Imperatores ob causam candem reprehendet? & quæ major stultitia singi potest, quâ vñ Summus Pontifex molestè ferre se dicat, quod ab Imperatore decreta Conciliorum generalium à sede Apostolica approbata seruantur, ac defendantur.

Sed si parum prudentes Collectores fuerunt, non fuit inconstans Apostolicæ sedis Antistes, permanxit enim in iis, quæ prædecessores non sine magna deliberationis maturitate statuerat. Nam neque Eugenius eam Epistolam misit: & paulò post Hadrianus II. Synodum Occumenicam octauam Constantinopoli celebrandam curauit, in qua Synodus septima de cultu imaginum iterum approbata est. Denique Anastasius Bibliothecarius Romanus in præfatione septimæ Synodi, ad Ioannem VIII. Pontificem, qui Hadriano II. proximè successerat, scribit, in eadem sententia fuisse omnes Romanos Pontifices. Que, inquit, super venerabilissimum imaginum adoratione præsens Synodus docet. Nec tamen Apostolica vestra Sedes, sicut nonnulla scripta innuunt, antiquitus tenuit, & universalis Ecclesia semper venerata est, & hactenus veneratur, quibusdam dimitatax Gallorum exceptis, quibus utique nondum est horum veritas revelata.

CAP V T S E X T V M.

R Estat pars ultima, hoc est, Epistola Ludouici Imperatoris ad Eugenium Pontificem, & altera eiusdem Ludouici ad Hieremiam, & Ionam Episcopos. In quibus nihil obseruandum occurrit, nisi quod in eis quædam dicuntur, quæ redolere videntur fraudes reccatum hæreticorum. Vnde venit in mentem suspicari, ne forte vel totus hic libellus sit confictus, vel, quod eit credibilis, depravatus, & cauctus ad inuidiam Romanæ Ecclesiæ conciliandam.

Sed siue sit verus liber siue confictus, siue partim si-

cerus, partim adulterius: illud unum constat, non esse librum dignum, in quo legendo tempus conteratur. Titulus falsus, dictio barbara, sententia insulsa, ordo peruersus; corundem testimoniorum crebra reperitio, facile potuerint persuadere Typographo, si is commune commodum, & non proprium lucrum spectasset, ut sibi ab edendo eiusmodi opere temporaret.

DISPUTATIO DE EXEMPTIONE CLERICORVM.

CAPUT PRIMUM.

An Clerici sint liberi à iugo potestatis secularis.

DOCTRIINA. Ostrema restat quæstio de libertate Ecclesiastica, de qua in hac ultima editione paulò fuisse disputare instituit, quod animaduertiri his proximi annis non defuisse, qui testimoniis huius libri abuti voluerint ad oppugnandum Ecclesiasticam libertatem.

Primum igitur hæretici permuli contendunt, Clericos tum maiores, tum minores, iure subiectos esse debere seculati potestati tum in soluendis tributis, tum in indiciis & causis. Marsilius de Padua, & Ioannes de Landuno docuerunt, ipsum etiam Christum non fuisse liberum à soluendis tributis, & quod fecit Matt. 17, tum tributum soluit, id fecisse non voluntate, sed necessitate. Ita refert. Ioan. de Turrecremata lib. 4. Summa de Ecclesia, par 2. cap. 37.

Ioannes Caluinus lib. 4. Instit. cap. II. §. 15. docet, Clericos omnes, præterquam in causis mercè Ecclesiasticis subiectos esse debere legibus, & tribunalibus secularium Magistratum. Idem docet Petrus Martyr in cap-

17. ad Romanos, vbi etiam adit, Principes non potuisse concedere Clericis priuilegium, vt non subicerentur Magistratibus politicis, cum id sit contra ius diuinum: & ideo non obstante concessione Principium, debere Clericos subiectos esse Magistratibus seculari bus. Ioannes Brentius in Prolegomenis, & Melanchthon in locis, cap. de Magistratu, in rebus etiam & causis Ecclesiasticis subiiciunt Clericos politicis tribunalibus.

Ex Catholicis nonnulli censem, iure diuinoliberos esse Clericos, & eorum bona à potestate Principum secularium. Ita docet Glosa, & nonnulli ex Canonistis in can. Si Imperator, dist. 96. & in cap. Quanquam de censibus in 6 & ex Theologis Joannes Driedonius lib. 1. de libertate Christiana cap. 9. Nonnulli verò existimant, Clericos liberos esse partim iure diuino, partim iure humano, id est, in causis Ecclesiasticis, & spiritualibus iure diuino, in aliis, iure humano. In his videntur esse Franciscus Victoria de potestate Ecclesia, Relect. 1. qu. vlt. Dominicus à Soto in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 2. Ioannes Medina in Codice de restitutione, quæst. 15. & ex Canonistis Didacus Couarruicias in lib. prædicarum quæstionum cap. 31.

Sit igitur P R I M A propositio: *In causis Ecclesiasticis liberant Clerici iure diuino a seculariis Principiis potestate. Vocatur causæ Ecclesiasticæ, quarum cognitio non pedit à legibus ciuiis sed à Euangeliq. vel à Canonibus Pontificum, aut Conciliorum, quales sunt controversiae de fide, de sacramentis, & alia id genus.*

Probatur primum ex diuinis litteris. Nam ex doctrina scripturarum sanctorum Regimen Ecclesiasticum est distinctum à politico, & illo etiam sublimius, vt à nobis demonstratum est in lib. 1. de summo Pontifice cap. 7 & lib. 5. cap. 7. Ergo causæ Ecclesiasticæ iudicari non debent à Politicis Magistratibus. Præterea, secundum scripturas tota auctoritas regendi Ecclesiam à Christo commissa est Apostolis, & præcipue Petro: ergo in rebus Ecclesiasticis Laici omnes, etiam principes sunt oves, & subditi, non Pastores, & iudices, vt lo-

cis notatis demonstratum est.

Secundo probatur ex Concilijs. Nam in Mileuitano can. 13. & Matisonensi, can. 8. Clerici grauiter puniuntur, si causam Ecclesiarum ad Imperatoris terreni iudicium deferrant.

Tertio ex Patribus. Seuerus Sulpicius in lib. 2. sacra Historia refert, sanctum Martinum aliquando excommunicasse, nouum esse, & inauditum nefas, ut causam Ecclesiarum iudex seculi iudicaret. Item sanctus Ambrosius in Epist. 78. ad Theophilum, & sanctus Augustinus in Epistola 162. reprehendunt eos qui causas Ecclesiarum terrenis iudicibus iudicandas exponunt.

Quarto ex Apostolorum exemplo. Apostoli enim Ecclesiastas gubernauerunt, quo tempore nulli erant Principes Christiani, proinde nunquam ad eos causam Ecclesiarum iudicandam detulerunt. Et si Apostolus Paulus 1. Cor. 6. iubet lites etiam ciuiles Christianorum non deferriri ad iudicium ethnicorum, quo modo permisisti ad eos deferrilites Ecclesiasticas? Ultimo ex Iustiniano seniore Imperatore, qui idem affirmat Nouella 83.

Secunda propositio: Non sunt exempti Clerici ab obligatione legum ciuilium, que non repugnant sacris Canonibus, vel officio clericali. Loquimur hic potissimum de legibus politiciis, quae dirigunt actiones humanas in commerciis temporalibus, ut cum Princeps, vel Magistratus constituit pretia rebus venalibus, vel iubet noctu neminem incidere cum armis, vel sine lumine, vel non asportare frumentum extra prouinciam: & his similia. Nec volumus dicere his legibus teneri Clericos obligatione coactiu, sed solùm directiu, nisi exdem leges ab Ecclesia approbarat fuerint. Quod si de iisdem temporalibus rebus dispossuerit etiam lex Ecclesiastica, eam sequi deberent Clerici, & tunc legem ciuilem ne directiu quidem obseruare tenerentur.

Probatur igitur Clericos ad obseruationem legum ciuilium directiu teneri in defectum legis Ecclesiastice: nam clerici praterquam quod Clerici sunt, sunt etiam ciues, & partes quedam Reipublicarum politicarum: igitur ut tales, viuere debent ciuibus legibus: non sunt

autem aliæ, ut nunc ponimus, nisi quæ à politico Magistratu sunt latæ, igitur illas Clerici seruare debent. Alioqui magna perturbatio, & confusio in Republica oreiretur, si Clerici non seruarent ciuiles leges in commerciis ciuibus, & humanis.

Secundò probatur ex confessione Pontificum, & Imperatorum. Nicolaus I. in Epist. ad Michaelem prope finem dicit, Deum diuisisse Pontificiam auctoritatem ab Imperiali, ut & Christiani Imperatores pro æternâ vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterentur: Imperator Valentinianus in epist. ad Episcopos Asiae, quam refert Theodoreetus lib. 4. hist. cap. 7. scribit, probos Episcopos non solum Dei, sed etiam Regum legibus obtemperare. Denique, S. Ioan. Chrysostomus in cap. 13. ad Romanos, dicit Christi Euangelio non tolli politicas leges, & ideo debere etiam sacerdotes & Monachos eis parere.

Tertia propositio: Non possunt Clerici à indice seculari iudicari, etiam si leges ciuiles non seruent. Probatur primò ex Concilio Chalcedonensi can. 9. vbi sic legimus: Si Clericus aduersus Clericum habet negotium, non relinquat Episcopum suum, & ad secularia iudicia non recurrit. Concilium Agathense can. 32. adhuc clarius in hac verba loquitur: Clericum nullus presumat apud secularem indicem, Episcopo non permittente, pulsare. Idem habent Concilium Carthaginense tertium can. 9. Toletanum tertium can. 13. Matisonense can. 8.

Secundo probatur ex Imperatorum Constitutionibus. Nam eximit Iustinianus Clericos & Monachos à seculari iudicio in nouellis 79.83. & 123. quanquam non eximit in causis criminalibus, sed in ciuibus tantum, in criminalibus autem, vult à Prætore cognosci causam non tamem condemnari Clericum, nisi prius ab Episcopo fuerit degradatus. At nihilominus lex Canonica simpliciter eximit Clericos in omnibus causis tum ciuibus, tum criminalibus, & perspicuum est ex Epistola Cajii Papæ ad Felicem Episcopum, item ex Epistola 2. Marcellini, & ex lib. II. Registri S. Gregorij Epist. 14.

ad Ioannem Defensorem. deber autem lex Civilis cedere legi Canonica, cum possit Summus Pontifex Imperatori praecipere, in iis praeferim, quæ ad Ecclesiam pertinent.

Tertiò probatur ratione: nam omnino absurdum est, ut quis pastorem suum quo cunque modo iudicare presumat. Itaque non sine magna laude refert Rufinus lib. 10. hist. cap. 2. & post eum B. Gregorius lib. 4. Epist. 7. vocem illam Constantini ad Episcopos, *Vos Dij estis à summo Deo constituti, equum non est, ut homo inducit Deos.*

At obiicit Calininus lib. 4. Instit. cap. 11. §. 15. Epistolam Constantini Imp. ad Nicomedienes, quam refert Theodoreetus lib. 1. hist. cap. 20. vbi dicit Constantinus se Eusebium Episcopum Nicomedensem in exilium eieisse, & subiungit: *Si quis Episcoporum inconsultè tumultuatus sit, ministri Dei, hoc est, mea executione illius audacia eretur.*

Respondeo, more solito Caluinum imponere simplicibus. Nam Constantinus in illa Epistola scribit, se quidem eieisse in exilium Eusebium Episcopum, sed addit, eum antè fuisse à Niceno Concilio depositū ab Episcopatu propter hæresim. Nos autem non negamus, quia debeat Magistratus sacerularis punire Clericos, quando ab Ecclesia damnantur, & degradantur, & iudicibus sacerularibus traduntur. Verba autem Constantini, Caluinus subiungit, ab ipso depravata sunt, non enim minatur eo loco penam Constantinus Episcopis, sed Laicis: dicit enim, se grauiter animaduersurum in plebem Nicomedensem, si iterum redire velit ad Episcopos hæreticos à Concilio generali damnatos, & non acquiescat suscipere probum & Catholicum Antistitem. Hæc enim sunt verba eius, *Sin autem quisquam (non dicit, Episcoporum, ut Caluinus addidit) temeriter & audacie acerbus, eas Ecclesiæ pestes, id est, Episcopos Arianos, vel memoria, vel Ludiibus celebrare eggrediatur, confessim opera ac diligentia ministri Dei, hoc est, mea, penas sue inficitæ dabit.*

Oibiicit secundò Petrus Martyr: *Iure divino subiecti est omnis anima sublimioribus potestatibus, id est, Regib. ut constat ex Epist. ad Rom. cap. 13. Ergo non potuerunt Reges eximere illos*

Christianos à sua potestate. Et confirmatur argumentum ex doctrina Catholiscorum, qui ea ratione probant, non posse nullum eximere potestate Pape, quia iure diuino omnes subiunguntur Pape.

Respondeo, nihil ea ratiocinatione concludi quāmuis enim iure diuino sit omnis anima potestatibus sublimioribz subiecta, ac per hoc etiam Regibus, dum sublimiores potestates sunt, tamen fieri potest, vt qui nunc est sublimior potestas, paulò post non sit, vt si ipse subiungat alteri partem sui regni, vel iure belli, aut alio iusto titulo regnum, vel regni partem amittat. Quoniam ergo Clericos partim ipsi Principes subiecerunt in omnibus caassis, etiam temporalibus & ciuilibus Episcopis suis; & postremò Summus Pontifex Clericos omnes eximit a subiectione Principum seculatum, sequitur, vt respectu Clericorum non sint Principes, superiores potestate, ac proinde non teneantur Clerici Principibus parere neque iure humano, neque iure diuino, nisi quantum ad leges quasdam directivas, vt diximus.

Ad confirmationem respondeo, non esse candem rationem Pontificatus, & Regnorū. Nam Regna nō sunt immediate à Deo instituta, sed ab hominibus, & ideo ab hominibus mutari possunt in alias regiminis formas: Pontificatus autem à Deo immediate est institutus, & ideo non potest ab hominibus immutari.

Quarta propositio: *Bona Clericorum tam Ecclesiastica, quam secularia libera sunt, ac merito esse debent à tributis Principum secularium. Quod libera sint de facto, perspicuum est ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. par. 1. cap. 19. ex Cöcilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 46. Item ex cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut. ex cap. Quanquam, de cens. in 6. Extravaganti, Quod olim, de Immunit. Eccles. Item ex cap. Quia nonnulli, & cap. Clericis, de Immunit. Eccles. in 6. Præterea, ex legibus Principum, quæ habentur in Codice Theodosiano, lib. 16. tit. 2. l. 16. & 26. & in Codice Iustiniani, l. sanctimus, de sacro sanctis Ecclesijs, & in libro 10. hist. Eusebij cap. 7. ex versione Christophorsoni. Vbi tamen est obseruandum, ante Iustiniani tempora, legibus priorum Principum immunes fuisse Clericos à tributis per-*

sonalibus, ut etiam indicat S. Hieronymus in commentario ad cap. 17. Matthæi: non tamen fuisse liberos à tributis, quæ pendi solent ratione possessionum, ut colligitur ex S. Ambrosio in oratione de tradendis Basiliis, vbi dicit, *Agri Ecclesiæ solunt tributum, & ex Theodoreto lib. 4. histor. cap. 7. vbi scribit. Valentianū seniorem in Epistola ad Episcopos Afiz illa verba posuisse, Boni Episcopi tributant pensant Regibus.*

Quod autem hæc exemptio iure facta sit, & quo iure, humano ne solum, an etiam diuino, in sequentibus propositionibus exponemus.

Obiicit aduersus hanc propositionem Marsilius de Padua exemplum Christi, qui tributum soluit, ut habemus Matth. 17. Sed facilis est responsio. Christus enim soluit tributum, quia voluit, non quia debuit. Id quod ex eodem loco intelligi potest: nam cum dictum esset Petro ab iis qui exigebant tributum. *Magister vester non soluit didrachma?* Dominus Petro ait, *Quid tibi videtur Si mō? Reges terre à quibus accipiunt tributum, vel censum? à filijs suis, àn ab alienis, respondit Simon, ab alienis, ait Dominus, ergo liberi sunt filii. Sed ut non scandalizemus eos, rade ad mare & mitte hamum, & eum piseam, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies statarem, illum sumens da eis pro me, & pro te.* Duæ sunt autem interpretationes eius loci, *Ergo liberi sunt filii,* & secundum vitramque rectissime Dominus ostendit, scilicet liberum fuisse à tributo soluendo. Prior expeditio est S. Hilarij, qui docet, agi hoc loco de tributo, quod imposuerat Deus omnibus filiis Israel. Exod. 30. in vium templi, quod tributum propriè erat didragma, & secundum hanc expositionem, quæ verissima nobis videtur, vis argumenti hæc est, Reges terre non erigunt tributum à filiis suis, sed ab alienis: igitur neque Rex celi exigit tributum à me, qui sum cius proprius & naturalis filius. Posterior interpretatio est Sancti Hieronymi, qui verba Domini de tributo, quod Cæsari soluebatur, exponit. Quæ sententia minus probabili est videtur, quia tributum, quod soluebatur Cæsari, tempore Christi, non erat didracbma, sed denarius, ut perspicuum est ex cap. 22. Matth. *Ostendite mihi numisma censu*

censu, at ibi obtulerunt ei denarium. Neque potest villa solidaria ratione demonstrari, conuenisse didragmæ tributum Cæsari solui nisi post Christi ascensionem in cœlū scribit enim Iosephus in lib. 7. de bello Iudaico cap. 26. post eiusum templum à Vespasiano Imperatore, institutum fuisse, ut tributum didragme, quod Iudei omnes templo soluebant singulis annis, deinceps in Capitolium deferretur. Sed tamen ex hac etiam sententia recte colligitur, Christum non fuisse viilius tributi debitorem, quamuis enim non esset filius Cæsaris, qui tributum, iuxta hanc sententiam, exigebat: erat tamen filius Dei, cuius ministri sunt omnes Reges, & Principes terræ, ut legimus Sap. 6. & Rom. 13. neque debent ministri Regis a Filio Regis tributum petere. Præterea, tributa soluuntur Regibus ratione virtutis huius corporalis, timoribus & periculis obnoxio, ut S. Thomas docet in 2. 2. qu. 104. art. 6. ad primum. & ideo iusti etiam homines, licet secundum animam liberi sint à seruitute peccati, tamen ratione corporis, cuius redemptionem adhuc expectant, ut ait Apostolus ad Rom. 8. subiecti sunt tributis, & potestati ciuilis. At Christus non solum secundum animam, sed etiam secundum corpus liber erat, non seruus, neque redemptiōmem, sed solam Resurrectionem corporis expectabat: carebat enim omnimodo concupiscentię, & omni lege peccati, neque periculis, aut iniuriis obnoxius erat, nisi quantum ipse permittebat. *Oblatus est, inquit Isaías cap. 53. quia ipse voluit.* Itaque nulli Regi tributum debebat, qui nullius Regis defensione indigebat. & merito damnata est, ut hæretica, sententia Marsilius Paduani à Ioanne XXII. Pontifice in Extrauaganti, licet, quam refert Ioan. de Turrecremata lib. 4. Summa de Ecclesia, par. 2. cap. 37.

Quinta propositiō: *Exemptio Clericorum in rebus politi- cis tumquoad personas, tum quoad bona, introducta est iure huma- no pariter & diuino.* Et quidem quod iure humano introducta sit, patet ex iis testimoniosis, quæ attulimus in tertia & quarta propositione probanda. Quod autem sit etiam introducta iure diuino, probandum est hoc loco. Sed antea tamen obseruandum est, nos perius di-

tinum non intelligere præceptum Dei propriè dictum, quod exter expressè in sacris litteris: sed quod ab exemplis vel testimonijis testamēti veteris, vel noui per quādam similitudinem deduci possit. Atque hinc fortasse conciliari poterunt Theologorum, & iuris peritorum sententiae. Illi enim cùm negant, exemptionem Clericorum esse iuris diuini, præceptum diuinum propriè dictū expressè in scripturis extare negant: isti verò cùm affirmant, eandem exemptionem esse iuris diuini, id solum affirmant, quod Theologi minimè negant, deduci per similitudinem ab exemplis, & testimonijis sacræ scripturæ, Deum voluisse, ut Clerici, & ipsorum bona libera cōsent à potestate, & iurisdictione Laicorum.

Certè Geminianus Ancharenus, & alij insignes Doctores, exponentes caput, Quamquam, de censibus in 6. notant, in eo capitulo haberi textum expressum, quo immunitas Ecclesiasticorum dicatur esse iuris diuini. Sed quomodo id sit intelligendum, à Glossa petendum esse monent. Glossa verò in idem caput, docet, esse iuris diuini eam immunitatem, quia deducitur ab exemplo Iosephi Patriarchæ, qui exempti Sacerdotes A Egyptiorum, Gen. 4.7. & Artaxerxis Regis Persarum, qui exempti Sacerdotes Israeliticos, i. Esdræ 7. Nam vt rectè ait Alexander Pontifex in Concilio Lateranensi, vnde extat cap. Non minus de immunitate Ecclesie. Non decet Ecclesiam Dei minus liberam esse tempore principium Christianorum quam fuerit tempore Pharonis.

His igitur notatis, probatur nostra propositio, primò testimonijis scripturæ diuinæ. Nam prater loca iam citata ex Genesi, & ex libro Esdræ, habemus alia duo non minus illustria. Siquidem in lib. Numerorum, cap. 3. Deus nō semel, sed sepius repetit, Leuitas propriè suos esse, atque eos sibi ex omni populo delegisse. & in eodem loco dono dari iubet omnes Leuitas Aaroni, & filiis eius, id est, summo Sacerdoti, & successoribus eius. Quos enim sibi ipse delegit ad ministerium templi, remunque sacrarum, soli Pontifici, qui locum Dei representabat in terris, subiectos esse voluit, ac per hoc à iurisdictione terrenorum Principum liberavit. Constat

autem id esse nunc in Ecclesia Clericos, quod erant Leuitæ in testamento veteri; & Pontificem Christianoru[m] non minoris esse auctoritatis, sed longe maioris in Ecclesia Christi, quam fuerit Aaron in Synagoga Iudeorum. Nunc (inquit S. Leo serm. 8. de passione Domini) Ordo clarius Leuitarum, & dignitas amplior Seniorum, Et sacerdotior unitio Sacerdotum.

Sequiturigitur ut quemadmodum in testamento veteri liberi erant Leuitæ iure diuino à potestate Principiū secularium: ita sint etiam Clerici in testamento novo.

Alius locus est is, quem suprà tractauimus ex cap. 17. Matth. Ergoliberi sunt filii. Nam cùm filii Regum à tributis eximuntur, non ipsorum personæ tantum, sed etiam serui, & ministri, atque adeo ipsorum familiæ à tributis eximuntur. Certum est autem, Clericos omnes propriè ad familiam Christi, qui filius est Regis Regū pertinere. Atque id videtur Dominus significare voluisse, cùm ait Petro, Ut autem non scandalizemus eos, sumus statuerem da illis pro me; Et pro te. Quasi diceret, & se & familiâ suam, cuius præfectus erat Petrus, & liberos à tributis esse debere. Quod etiam intellexisse videtur S. Hieronymus in commentario eius loci, cùm dicit, Clericos propter honorem Domini tributa non soluere. & S. Augustinus lib. 1. qu. Euangel. qu. 23. cùm scribit, in omni Regno terreno non esse vestigales filios Regni illius, sub quo sunt omnia Regna terræ.

Secundò probatur eadem propositio ex testimonijis sacerorum Canonum. Concilium Tridentinum Generale nostris temporibus celebratum, sess. 25. cap. 20. de Reformatione, sic loquitur, Ecclesie et personarum Ecclesiasticarum immunitas, Dei ordinatione, Et Canonis sanctiōibus instituta est. Concilium Colonense paulò ante ipsam Tridentinam Synodus celebratum, par. 9. cap. 10. Immunitas, inquit, Ecclesiastica vetustissima res est, iure pariter diuino Et humano introducta, qua in duobus potissimum sita est, primum ut Clerici eorumque possessiones à vcligalibus tributis, aliisque munieribus laicis libera sint, deinde ne rei criminis ad Ecclesiam confugientes inde extrahantur. Concilium Lateranense sub Leone X. celebratum, sess. 9. Cum à iure,

inquit, tam diuino, quem humano Laicis potest et nulla in Ecclesiasticas personas attributa sit, innouamus omnes, & singulae constitutiones. & Consilium Lateranense sub Innocentio III. cap^o 43. Nimirum, inquit, de iure diuino quidam Laici usurpare conantur, cum viros Ecclesiasticos nihil temporale oblinentes ab eis ad prestantia fidelitatis iuramenta compellunt. Bonifacius VIII. in capit. Quanquam, de censibus in 6. tanquam de re nota & explorata loquitur, cum ait, iure diuino & humano, Clericos, & eorum bona libera esse à secularium potestate. Ioannes item VIII. C. an. si Imperator, dist. 96. Non a legibus, inquit, publicis, non a potestate belli seculi, sed a Pontificibus & Sacerdotibus Omnipotens Deus Christianae Religionis clericos & Sacerdotes, volunt oratione mari, & discant. Et quod de personis affirmat Ioannes Ponitfer, affirmauit multò ante Simmachus Papa cum tota Synodo tertia Romana de bonis Ecclesiasticis. Selu, inquit, Sacerdotibus dissonendi de rebus Ecclesie indijusse à Deo cum commissa est. His addi potest Innocentius IV. Pontifex, quamuis non vt Pontifex, sed vt Doctor particularis de hacre scriperit. In commentario enim ad cap^o. 2. de Majoritate & obedient. posteaquam docuerat, Clericos exemptos fuisse à potestate Laicorum per Summum Pontificem, Imperatore consentiente, addit, hanc non esse plenam exemptionem, & ideo dicendum esse, Clericos ab ipso Deo fuisse exemptos. Hoc testimonium Innocentij ea de causa addendum putavi, quoniam Covarruicias in hb. practic. quest. cap. 31. scribit, prædictum Pontificem in loco à nobis citato, affirmasse, exemptionem Clericorum non esse iuris diuini, quod fallum esse, verba citata palam ostendunt, & ante nos in hanc eandem sententiam Innocentium allegauit Panormitanus, in cap. Nimis, de iure iurando, ubi etiam idem auctor recte refellit eos, qui per ius diuinum intelligunt ius Canonicum. & fortasse ad eiusmodi explicaciones excludendas Concilium Tridentinum non vitetur vocibus iuriis diuini, & humani, quæ possint trahi ad significandum ius Canonicum, & ciuile, sed ait, ordinatione diuina, & Ecclesiasticis sanctionibus immunitatem Ecclesie, & personarum Ecclesiasticarum fuisse institutam.

CAPVT SECUNDVM.

An exemptio clericorum sit iuris diuini
naturalis.

Dicitur hactenus de iure diuino positivo, nunc de iure naturali differendum est, quod plane divinum esse, in dubium reuocari non potest, cum ius naturale sit illud, quod est ab auctore naturæ in animis nostris impressum. Sed antequam explicare incipiam, an ad hoc ius pertineat exemptio Clericorum, distinguendi sunt gradus iuris naturalis. Tres enim sunt gradus naturalium præceptorum. Primus est eorum, quæ ita perspicue sunt impressa in cordibus hominum, ut solo lumine rationis, sine villa disciplina vel arte, immo sine nouo discursu rationis iudicentur ab omnibus iusta, talia sunt prima quædam principia, ut bonum esse appetendum, malum fugiendum, conseruandum viram cibo & potu, propagandam & educandam sobolem ad conservandum genus humanum, Deum esse colendum, non esse faciendum alteri, quod tibi non vis fieri. Hæc maximè propriæ sunt præcepta iuris naturæ de quibus ita loquitur S. Ambrosius in Epist. 71. ad Irenæum: Lex nature, quam Deus singulorum infudit pectoribus, non scribitur, sed innascitur, nec aliqua percipitur lectione, sed profuso quodam naturæ fonte in singulis exprimitur, & humanis ingenii hauritur. Et S. Hieronymus Epist. ad Altagiam qu. 8. Lex, quæ in corde scribitur, omnes continet nationes; & nullus hominum est, qui hanc legem nesciat, & idcirco, iustum iudicium Dei est scribentis in corde humani generis, quod tibi fieri nolueris, alteri nefeceris. Et S. Augustinus in tract. Psalm. 57. Manu formatoris nostri in ipsis cordibus nostris veritas scripta, quod tibi non vis fieri, ne facias alteri. hoc & antequam lex daretur, nemo ignorare permisso est, ut esset unde indicarentur & quibus lex non esset data. Nec dissentient Græci, vt Chrysostomus homil. 54. in Genesim, nec Scholastici, vt S. Thomas in 1. 2. qu. 94. art. 2. neque etiam ipsa iura, ut patet ex can. Ius naturale, dicit. 1. & l. 1. scilicet de iustitia & iure. Secundus gradus est eorum

præceptorum, quæ deducuntur ex illis primis principijs, tanquam conclusiones proximæ, & quæsi naturaliter fluentes per facilem, evidentem, & necessariam consequentiam, ut non sit opus arte vel disciplina, sed simplici discursu, qualē omnes homines habere possunt. talia sunt omnia præcepta decalogi: nam ex illo principio in corde omnium impresso, Deum esse colendum, sequitur continuo, non esse colenda, idola, neq; esse pierandum: ex illo altero principio, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, sequitur, non esse occidendum, nō esse mœchandum, non esse furandum, &c. Et sanè aliqua huius generis præcepta aliquando ob nimiam hominū execrationem delera sunt de cordibus hominum, vt patet ex lib. 6. Cæsar, de bello Gallico, vbi legimus, apud Germanos furtum non fuisse vitium, sed virtutem, & ex S. Hieronymo lib. 2. in Iouianum, & ex Theodoreto lib. 9. ad Græcos, qui referunt multa vitia contra naturam, quæ à populis quibusdam, & etiam à legislatoriis eorum tanquam licita & iusta approbabantur. Sed quamvis eiusmodi præcepta à nonnullis ignorarentur, verè tamen & propriè ad ius diuinum naturale pertinent, vt docet S. Thomas in 1.2 q. 94. art. 5. & q. 100. art. 8. vbi scribit, in præceptis Decalogi, quia sunt propriè iuris naturalis, nullam cadere posse dispensacionem. & certè, sicut ea, quæ deducuntur per necessariam consequentiam ex articulis fidei, pertinent ad fidem, quia non possunt negari, quin articuli ipsi negentur: ita quæ deducuntur per necessariam consequentiam ex primis principijs iuris naturalis, pertinent etiam ad ius naturale, quia non possunt destrui, quin destruantur natura. Tertius gradus præceptorum naturalium, est eorum, quæ deducuntur quidem ex principijs iuris naturæ, sed per consequentiam non absoluè necessariam, nec omnino evidenter, & ideo egent humana constitutione. & hæc sunt quæ Theologi propriè referunt ad ius gentium, & ea distinguunt a iure civili, quod ius civile non deducatur ex iure naturæ per modum conclusionis deducere ex principijs, sed per modum determinationis eorum, quæ generatim præcipiuntur à

iure naturæ. Quæ doctrina est Sancti Thomæ 1.2. quæst. 65. art. 2. & 4. & quamvis idem S. Thomas in predicta quæst. 65. art. 4. Isidorum sequitus dicat, ius gentium esse speciem iuris positivi, contrà verò in 2.2. quæst. 57. art. 3: & clarius lect. 12. in lib. 5. Ethic. dicat esse sp̄ciem iuris naturalis, & alleget iure consultos veteres, qui ius naturale aliud esse docebant, quod est commune omnibus animalibus, aliud quod est commune omnibus hominibus, tamen non pugnat p̄le secum, nec Isidorus cum Iure consultis pugnat. nam & idem S. Thomas in 1.2 quæst. 95. art. 4 ad primum, scribit, ius gentium est aliquo modo naturale, & aliquo modo positivum, ac per hoc est medium inter ius naturale purum, & ius ciuale: ius enim naturale purum, est illud, quod nullo modo pendet ex humana constitutione: ius ciuale autem quod ex sola hominum constitutione pendet, & ideo purè positivum dici potest: ius verò gentium partim est naturale, partim positivum, quia pendet quidem ab humana constitutione, id est, à consensu omnium gentium, sed non pendet ab auctoritate Principis, vel Magistratus particularis. Ex quo sequitur, vt ea quæ sunt iure gentium, quia sunt alio modo naturalia, ideo prohibeantur quia sunt mala, contrà autem quæ sunt de iure ciuali, quia sunt purè positiva, ideo sunt mala, quia prohibentur. Rursus sequitur, vt ea quæ sunt de iure gentium, quia sunt aliquo modo naturalia, non possint à Principiis vel Magistratis abrogari, vel immutari: contrà autem, quæ sunt de iure ciuali, quia sunt purè positiva, sicut à Principe, vel Magistratu constituantur, ita posse à Magistratu, vel Principe abrogari. His ita explicatis, dicendum videtur, exemptionem Ecclesiasticorum non pertinere ad primum, vel secundum naturalium præceptorum gradum, nec tamen esse iuris tantum positivi sive canonici, sive ciuilis, sed referenda esse ad tertium gradum præceptorum iuris naturæ, sive, quod idem est, ad ius gentium. Hæc mihi videtur esse sententia ferè omnium Theologorum, & Canonistarum, & in re non arbitror dissentire Ioannem Driedonem, qui in lib. 1. de libertate Christiana cap. 9.

cum Canonistis dicit, exemptionem Clericorum esse iuris divini naturalis, à Victoria in Relectione prima de potestate Ecclesiarum, q. vlt. & Soto in 4. sent. dist. 25. qu. 2. qui dicunt, esse iuris humani, ac positivi. Nam Ioannes Driedo non dicit, esse iuris naturalis, quia sit primum aliquid principium iuris naturae, aut conclusio proxima, & quasi naturaliter deducta ex primis principiis, sed dicit esse iuris naturalis, quia est omnino conformis, & consentanea rationi naturali Victoria vero, & Sotus negant esse iuris divini naturalis, quia per ius naturale intelligunt ius purè naturale, quomodo etiam negat idem Sotus, ius gentium esse naturale, tamen idem auctores, & maxime Sotus, addunt hanc exemptionem esse omnino consentaneam rationi, & ipsi naturae, neque dicere volunt, solum esse rationabilem, id est, non contraria rationi, sic enim nihil dixissent, cum omnis iusta lex etiā purè positiva non debeat esse contraria rationi. Sed dicere volunt, esse deductam ut conculsionem ex iure naturae, & vim habere ex iure naturae, & ideo addunt, in hac exemptionem consenserit omnes gentes, ac propterea non posse mutari, vel abrogari à Regibus & Principibus, etiam si omnes simul coniuncti eam abrogare co[n]tentur. Neque dissentit S. Thomas, licet in comment. ad cap. 13. ad Rom. scripterit, Clericos priuilegio Principum liberos esse à tributis: nam in eodem loco addit, id factum esse ob naturalem aquitatem.

Hanc igitur sententiam probare possumus his argumentis. Primo ex consuetudine omnium gentium, quod enim ubique sit, ex natura ipsa descendit, quæ omnibus communis est. Constat apud Hebreos, Leuitas fuisse liberos à tributis ex cap. 30. Exod. & cap. 1. Num. constat apud Ægyptios sub Rege Pharaone Sacerdotes fuisse exempti, ex cap. 4. Gen. Constat idem de Sacerdotibus Hebreorum sub Rege Artaxerse ex lib. 1. Esdræ cap. 7. Ideo cognosci potest de Sacerdotibus Gentilium ex Aristotele in lib. 2. Oeconom. ex Cæsare lib. 6. de bello Gallico, ex Plutarcho in Camillo, & ex aliis. Apud Christianos Imperator Constantinus, qui primus fuit Imperator aperiè Christianus, continuo natura docen-

te Ecclesiasticos immunes à communibus Recip. oneribus declarauit, ut patet ex Epistola eius ad Aulilium, apud Eusebium lib. 10. hist. Eccles. cap. 7. quod idem multi alij Imperatores fecerunt. & notanda sunt verba Iustiniani I. Sancimus. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Nam ubi exemisset Ecclesiastis, ait, *Cur enim non facimus discrimen inter res divinas & humanas, & cur non competens prerogativa cœlesti favoni conseruerit, Quibus verbis ostendit, exemptionem illam, non fuisse arbitrariam, & liberam, sed debitam, & necessariam.*

Alterum argumentum ducitur à similitudine, quam potestas Ecclesiastica, & secularis habent cum anima & corpore humano. Nam ut ostendimus in lib. 5. de Summo Pontifice, ex S. Gregorio Nazianzeno, Hugone de S. Victore, aliisque insignibus, auctoribus non potest melius intelligi quo modo se habeat potestas Ecclesiastica ad secularem, quam ex modo, quo se habet in homine spiritus ad carnem. Spiritus autem ita se habet ad carnem, ut quamvis non impedit actiones eius, cum bene se habent, eam tamen regat, & moderetur, & aliquando cohibeat, aliquando exire, prout ad finem suum expedit iudicat. Contrà verò, caro nullum habet imperium in spiritum, neque eum villa in re dirigere, vel iudicare, vel coercere potest. Sic igitur potestas Ecclesiastica, quæ spiritualis est, ac per hoc naturaliter seculari superior, secularem potestatem, cum opus est, dirigere, iudicare, & coercere potest, ipsam verò à seculari dirigiri, vel iudicari, vel coerceri, nulla ratione permititur. Tertio, probatur ex noninib. Patrum, & Pastorum, quibus tum in facris litteris, & in libriss sanctorum Patrum, tum ex communis Christianorum consuetudine Sacerdotes ornantur: natura enim docet, ut filii parentibus obedient, atque ab iis se corrigi a quo animo, ferant, non autem ipsi parentibus imperare, eosque corrigeri, vel iudicare velint. multò etiā magis eadem duce & magistrâ naturâ, oues à pastorum reguntur & gubernantur, & quando aberrant, vel sibilo, vel baculo reducuntur in viam, & planè contra naturam esset si, otius pastorem regere, vel gubernare videretur. Quartum argumentum pei potest à nomine & officio

Clericorum, Clerici enim sunt ministri Dei, consecrati ad obsequium solius Dei, atque ad hoc ipsum ab uniuerso populo, Deo oblati, vnde & Clerici dicuntur tamquam ad sortem Domini pertinentes, ut S. Hieronymus docet in Epist. ad Nepotianum. Certe autem in ea, quae sunt oblata & consecrata Deo, & quasi propria ipsius Dei facta sunt, nullum ius habere possunt Principes feculi. id quod & lumen rationis ostendit, & Deus ipse in scripturis Sanctis non obscure tradit, cum ait Leuiticius 10. *Quicquid semel Deo fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit domino.* Quis autem dicere audeat, ius esse profano homini in ea, quae sancta sanctorum, id est sanctissima dei meruerunt? quia ratione bona etiam temporalis Clericorum bona dominica propriè dicuntur, in can. 4. Apostolico, & ideo tanquam Deo sacra, iurisdictioni Laicorum subiecta esse non possunt. Quintum argumentum ducitur à signis, & prodigijs, quæ non raro Deus ostendit in eos, qui Ecclesiarum immunitatem violare presumperunt. De qua re multa legi possunt apud Tilmannum Bredembachium in lib. 5. sacrarum collationum. Sed extat insigne testimonium Basiliij Porphyrogeniti Graecorum Imperatoris apud Balsamonem in Nomocanone Photij, in commentario canonis primi synodi Constantinopolitanæ primæ, & secundæ, quam nos Latini, octauam synodus appellamus. Refert enim idem Basilius causam omnium calamitatum eius temporis in legem quandam Nicephori Phoce prædecessoris sui contra Ecclesiæ libertatem latam. *Ex quo, inquit, lex ista robur habuit, nihil boni penitus in hodiernum usque diem vite nostre contigit, sed potius è contrario nullum omnino genus calamitatis definit.* Itaque legem illam meritò irritam esse voluit, ac penitus abrogavit.

CAPUT TERTIVM.

Soluuntur argumenta contraria.

Ed operpretium erit ad eas obiectiones breuiter responderem, quas Didacus Couarrunias loco citato, & Iohannes Medina in Codice de Reftit. q. 15. (qui liberius alijs auctoribus loquuti sunt,) in medium protrulerunt. Obiiciunt ergo primo, nullam extare legem diuinam, qua Clerici eximantur à iurisdictione Principum Laicorum. Sed iam ostendimus extare non pauca testimonia scripturarum, ex quibus per probabilem consequentiam ducatur argumentum, ad probandum, iure diuino Clericos liberos esse à iurisdictione Principum secularium. Neque obstat, quod testamentum vetus abrogatum iam sit per testamentum nouum: nam tametsi abrogata sunt ceremonia, iudicia, & praecepta, non tamen sunt abrogata moralia, id est, quæ continent vel declarant ius naturæ, & præterea cum ceremoniæ Iudaeorum, figuræ fuerint rerum nostrarum, ut Apostolus docet. 1. Cor. 10. Galat. 4. & Heb. 7. non male ducimus argumenta per similitudinem à ritibus Iudaicis. Denique, non sola testimonia scripturarum, sed etiam rationes ex iure naturæ de promptis adduximus, ius autem naturæ non humanum, sed diuinum est, cum ab ipsius naturæ auctore manauerit. Secundò obiiciunt leges multas Iustiniani ex Codice, & Authenticis, ex quibus cognosci potest, olim Clericos Imperatoris iurisdictioni fuisse subiectos. Sed facilis est responsio: nam si hoc argumentum vim villam haberet, probaret etiam in rebus Ecclesiasticis & spiritualibus non esse liberos Clericos iure diuino à potestate Principum Laicorum: constat enim non solum ex Codice & Authenticis, sed multo magis ex Nomocanone Photij, non paucas leges Iustiniani de rebus planè Ecclesiasticis, & spiritualibus disponere. Couarrunias autem, & Medina, ut etiam omnes Theologi & Canonista, summo consensu docent, in rebus Ecclesiasticis & spiritualibus liberos esse Clericos à potestate Principum seculari iure diuino. Coguntur igitur ipsi etiam nobiscum dicere, leges illas procedere de facto, non de iure, & toleratas aliquando à summis Pontificibus nunquam autem approbatas. Non tamen negauerim, multas quoque esse ciuilis leges Im-

peratorum, quas non minus Clerici, quam Laici sequi debent Ecclesia enim pro cursu temporalium tantummodo rerum, ut loquitur Nicolaus I. Papa in Epist. ad Michælem, Imperialibus vtitur legibus. quod ideo habemus in multis Canonibus distinctionis decima a. pud Gratianum, & cap. i. de noui oper. nunciat. & alibi. quæ tamen omnia intelligi debent de iis legibus, quæ non sunt contraria Ecclesiastica libertati, & quoad directionem, non quoad coactionem; ac denique cum adstant alia conditiones, quas notant Doctores, ac præterim Felinus in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. qu. i. Tertiò obiiciunt exemplum Apostoli Pauli, qui cum esset Præsul Ecclesiasticus, non timuit appellare Cæsarem, atque ab eo iudicari, se debere libere confiteri, vt S. Lucas refert Acto 25. sed hanc obiectionem Couarruias omnino debuissest omittere. Nam B. Paulus, vt constat ex cap. ultimo Actorum, coactus est appellare Cæsarem, oppressus videlicet calumniis Iudæorum, & iniustitia Præfidis Romani, qui solum Cæsarem, supremum iudicem agnoscabant. Itaque ipse quoque de facto saltem, si non de iure, Cæsarem iudicem agnoscere debuit, nec sine risu exceptus fuisset, si B. Petri suprèmi Principis ac iudicis sui coram Gentilibus, vel Iudeis mentionem facere voluisset.

Quartò obiiciunt testimonia Sanctorum Apostolorum, Petri, & Pauli, scribit enim B. Petrus in Epist. priori capite 2. *Subiecti sunt omni humanae creaturae propter Dominum, sive Regi, tanquam precellenti, sive Ducibus, tanquam ab eo misfis.* & B. Paulus in Epist. ad Rom. cap. 13. *Omnis, inquit, anima potestatis sublimioribus subdita sit.* In quem locu scribit S. Ioann. Chrysostomus, hæc dici non tantum Laicis, sed etiam Clericis & Monachis, & ipsis etiam Apostolis & Euangelistis. Respondeo, sententias Apostolorum generales esse, quamvis enim nominatim in eis fiat mentio Regum, quoniam eo tempore valde necessarium erat, diligenter monere Christianos, vt Regibus obedirent, ne fidei prædicatio impediretur: tamen absolute verba illa tam B. Petri, quam B. Pauli, nihil aliud significant, nisi debere omnes homines suis legitimis

superioribus subditos esse, eisque debitam obedientiam exhibere. Quare non potest ex his testimonis Apostolicis probari, Clericos Principibus seculi, vel ipsorum legibus obtemperare debere, nisi prius probetur, Reges seculi esse legitimos superiores, & iudices Clericorum, quod certè probari non poterit, nisi probetur, oues pastoribus, filios parentibus, & temporalia spiritualibus præminere. Nec tamen Chrysostomo contradicimus, quamuis enim iudicem proprium Clericorum, & Monachorum solum Pontificem esse dicamus, tamen fatemur, Reges non solum Laicorum, sed etiam Clericorum, & Monachorum Reges esse. Vnde etiam nos sine causa in publicis precibus oramus pro Rege, vel pro Imperatore nostro: nam cum Reges bella gerant non solum pro Laicis, sed etiam pro Clericis, & Monachis, pro que omnium pace, & tranquillitate inuigilent, debetur eis ab omnibus honor, iuxta illud B. Petri, i. Epist. cap. 2. *Regem honorificate, debetur etiam obedientia, cum eorum leges non sunt contrariae sacris canonibus,* & cum de rebus iisdem nulla extat Canonica dispositio, ac demum quoad directionem, vt suprà diximus, non ad coactionem. Præter hæc argumenta obiicit Ioannes Medina loco citato quædam alia, quæ Couarruias fortasse vt leuiora prætermittenda putauit. Sed nos ea quoque breuiter diluamus. Ait igitur Medina, in lege naturæ primogenitos omnes fuisse Sacerdotes, nec tamen exceptos à maiorum suorum potestate. Item in lege scripta, Levitas, quibus nunc succedunt Clerici, non solum Aaroni Pontificis subiectos fuisse, sed etiam Moyse, qui Princeps erat civilis totius populi Iudæorum. In lege quoque Euangelica Christi, ipsum, qui caput erat omnium Sacerdotum, Pilato subiectum fuisse, iuxta illud, *Nō haberes potestatem in me ullam, nisi ibi datum esset desuper.* Ioan. 19. Denique ita ratio cinatur Medina: Lex Euangelica, Baptismus, Ordo clericalis, non liberant iure divino a debitis antea contractis, vt à debito seruitutis, à debito pecuniario, à debito coniugali, ergo nec à debito subiectionis, & obediëtia ciuilis: sed Clerici ante Clericatum subiecti erant potestati & iurisdictioni Principi-

pum, & Magistratum secularium, non igitur liberi sunt iure diuino ab eadem potestate, & iurisdictione post Clericatum. Sed ad hæc omnia facilis est & expedita responsio. Nam de primogenitis in lege naturæ non probauit Medina eos cuiilibus Magistratibus fuisse subiectos: non autem probare possumus, non fuisse, quoniam idem primogeniti, Sacerdotes & Principes esse solebant, docet S. Hieronymus in questionibus Hebraicis ad cap. 49. Genes. quæ est etiam communis Hebreorum sententia, & exprimitur ab ipsa Paraphrasi Caldaica eodem loco in benedictione Ruben. Porro, Moyses, cui subiecti erant Leuitæ, non solum Princeps ciuilis totius populi, sed etiam summus Sacerdos erat, & Aarone maior, quamvis extraordinaria potestate. Vnde dicitur in Psalm. 95. Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius: & nouimus Aaron à Moysi condecoratum, & denique testatur Philo in extremo libro de vita Moysis, fuisse Moysem Pontificem, Regem, & legilifikatorem Hebreorum, quid igitur mirum, si Leuitæ Moysi subiecti erant non minus quam Aaroni, cum Moyses non minus quam Aaron Sacerdotio fungetur. Christum autem Pilato subiectum fuisse de facto solum, non de iure, certissimum est, & potestas desuper data, quam in Pilato Christus agnoscit, non potestas iudicaria, sed permisso intelligenda est, vt Sancti Patres docent, Chrysostomus & Cyrillus. De qua Dominus ait Lucæ 22. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* Et certè, ferendum non esset, si Medina cum Marcellio Paduano Christum Dei filium naturalem, Principibus terrenis iure subiectum fuisse, dicere vellet. Ratiocinatio denique eiusdem Medina aut nihil probat aut plus quam ipse velit, probat. Nam si paria sunt, eximere à debito seruitutis, vel pecuniario, vel vxorio, & eximere à debito subiectionis, & obedientia ciuilis: sicut non potest Summus Pontifex eximere homines Christianos à debito seruitutis, vel pecuniario, vel vxorio sine consensu partis, quoniam alioquin iniuriam facere videretur, ita non potuisse idem Summus Pontifex eximere Clericos à iurisdictione Principum secula-

rium, sine ipsorum consensu. Atque hoc est contra omnes Theologos, à quibus nec ipse Medina dissentit. Non igitur sunt illa paria, ac per hoc Medina argumentum non rectè concludit. Ratio verò discriminis inter illa debita, hæc est, quod maius omnino sit vinculum inter creditorem & debitorem, Dominum & seruum, virum & vxorem, quam inter Principem, vel Magistratum, & ciuem. Itaque clericatus non eximit à debitis illis priors generis, & ideo non poterit fieri Clericus is, qui seruos est, nisi prius à Domino liberetur, neque is qui est alligatus vxori, nisi vxor consentiat, & ipsa quoque votum continentia emittat, neque is qui tantum pecunia debet vt restituere nequeat, si Clericus fiat, nisi à creditore debitum remittatur. At idem Clericatus eximit à subiectione ciuili, & transfert in subiectionem Ecclesiasticam etiam non consentiente, vel repugnante superiore ciuili, quoniam vnuquisque circa statum propriæ personæ liber est, sicut potest relinquere patrem & matrem, & adherere vxori, iuxta verbum Domini Matth. 19. ita potest relinquere Principem seculi, & in sortem Domini transire, atque ad Dei seruitutem accedere, sèque totum Episcopo in Clericatu, vel abbatii in Monastica professione committere. At, inquit Medina, lex Euangelica, & Baptismus, non eximunt à iurisdictione ciuili, igitur neque eximit Clericatus. Respondeo non esse eandem rationem legis Euangelicæ & Baptismi, ac ipsius Clericatus. Nam lex Euangelica, & Baptismus non excludunt, immo necessarium esse volunt Principatum ciuilem, vt aduersus Anabaptistas non alio loco probavimus. Clericatus, vt etiam Monachatus, non posset suo munere rectè fungi, nisi liber esset, & immunis à iurisdictione ciuili; & ordo ipse naturæ perueretur, si pastores ouibus, parentes filiis, & spiritualia corporalibus subiicienda sint. At, inquires, iniuria fiet Principibus si iniuriis suo iure priuentur, quod in Clericos ante Clericatum habebant. Respondeo, nullam ipsis iniuriam fieri, quia qui iure suo vtritur, nullam facit iniuriam. vtitur autem iures suo, qui eligit statu quem sibi magis convenientem esse censet, quauis per accidens sequatur, vt

Princeps subdito suo priuetur. Nam eis qui iusta de causa domicilium suum in aliam ciuitatem, vel prouinciam transferat, desinet subditus esse priori Principi, nec tam eniuriam illi fecisse videbitur. Ultima obiectio Medinae illa est, quod non repugnet rationi, ut homines addicti obsequio Dei & spiritualibus functionibus, subsint in rebus temporalibus, & ciuilibus Regi, vel Magistrati seculari. Ex quo sequitur, ut si exempti sint, id factum sit, concessionem Principum, non iure diuino. Addi potest confirmatione ad hoc argumentum, ut nihil difficultatis subterfugere videamur: nam sicut Princeps secularis, ut Christianus & in rebus spiritualibus est oues, & filius Sacerdotum: ita est contrario Sacerdotes ut ciues, & in rebus temporalibus videtur posse dici oues, & quasi filii Principum seculatum. Item quia una tantum est Ecclesia, continens Clericos & Laicos, & Ecclesia caput est Summus Pontifex, ideo subsunt omnes eidem Summo Pontifici tum Clerici, tum Laici, igitur eodem modo quoniam una est ciuitas continens Laicos, & Clericos, & ciuitatis caput est Princeps secularis, ideo subiecti debent esse omnes tam Laici, quam Clerici, Principis seculari in iis, quae pertinent ad bonum regimen ciuitatis. Respondeo, hoc argumento probari, exemptionem Clericorum, non esse de iure naturae primario, quod nos supra in duos gradus distinximus, sed esse de iure naturae secundario, quod etiam ius gentium appellari diximus. Nam ut S. Thomas recte docet in 2. 2. qu. 57. art. 3. ius naturae primarium respicit rem absolutem consideratam, ius naturae secundarium, sive ius gentium, respicit rem in ordine ad certum finem, & ideo pendet ex discussu rationis. Licet igitur non repugnet rationi absolute, ut Clericus subsistat rebus ciuilibus Principi seculari: tamen repugnat in ordine ad officium Clericorum ritè administrandum: nam ut alia omittam, turpissimum esset, ut etiam Sotus annotauit, si Magistratus Episcopum corrigeret, vel punire posset, à quo ipse corrigendus, & puniendus est, & quis ferret, si hodie Sacerdos ad suum tribunal Magistratum vocaret, cras autem Magistratus vocaret Sacerdotem ad suum? & nonne omnis reue-

rentia,

rentia, quam necessariò debent Laici Sacerdotibus, pertinet, si eos pro imperio coercere possent. Hinc igitur ante omnes Principum leges, humanum genus ratione docente constituit, ut vbiique Sacerdotes immunes essent à iurisdictione Principum Laicorum. Ad primam confirmationem respondeo, Principem quidem ovem, ac filium spiritualem Sacerdotis esse: sed Sacerdotem nullo modo filium vel ouem Principis dici posse. Quoniam Clericorum, & omnes Clerici suum habent Principem spiritualem, à quo non in spiritualibus solùm, sed etiam in temporalibus reguntur. Neque fieri potest, ut duos agnoscant Principes in rebus temporalibus, cum, iuxta Evangelium, nemo possit duobus Dominis servire. Ad alteram confirmationem respondeo, Ecclesiam verè unam tantum esse, & nullo modo duas ciuitatem auem unam esse materialiter, & duas formaliter. Nam Ecclesia continet omnes Christianos Catholicos, sive sunt Clerici, sive Laici, si quis autem consideret ceterum Laicorum, non ut Christiani sunt, sed ut ciues, vel quocunque alio modo, is ceterus, Ecclesia dici non potest. Non igitur duæ singuli possunt Ecclesie, ac multo minus esse. At ceterus Laicorum, & ceterus Clericorum formaliter duæ ciuitates dici possunt, quoniam in ipsis etiam temporalibus rebus diuersas leges habent, diversum Principem, diuersa tribunalia, & tamen materialiter unam quoque ciuitatem faciunt, quia unam urbem inhabitant, & sub eiusdem Principis protectione viuunt, qui sicut pro labore, ac sollicitudine, quam pro communi bono suscipit, à Laicis tributa recipit, ita recipit à Clericis auxilia longe maiora publicarum precum, & sacrificiorum ad Deum.

F I N E.

IUDICIVM
ROBERTI BEL-
LARMINI POLI-
TIANI.

SOCIETATIS IESV
 THEOLOGI,

DE LIBRO QVEM LV-
 THERANI VOCANT
 concordiæ,

Cum Apologia breui pro eo-
 dem iudicio.



*Iber Concordiae, nuper editus à Lutheranis, tria
 mihi continere videtur, præter communes &
 notos Lutheranorum erros, insignem videlicet
 vanitatem, gravissimas hereses contra symbo-
 lum Apostolicum, & mendacia innumerable,
 apertissima, atque inter se pugnantia. De singulis ordinedi-
 cemus.*

De vanitate Concordiae.

IN signis igitur vanitas in subscriptione perspicitur.
 Quorsum enim attinebat, ut omnes ministri, concio-
 natores, ludi magistri, hypodidascalii, subscriberent?
 Certè non potest exemplum ullum, cuiusmodi sub-
 scriptionum, in negotio fidei, ab antiquitate peti. Si quidem ab Apostolicis temporibus per annos mille qui-
 gentos, in omnibus Conciliis, tam generalibus, quam
 nationalibus, aut prouincialibus, soli Prælati, qui iu-

risdictionem aliquam habent, subscribere consue-
 runt. Sunt etiam interdum addita nomina Imperatorū,
 aut Regum, aut Principum aliquorum: Sed ludimagi-
 strorum & hypodidascalorum, nulla vsquam inuenit
 mentio. Deinde, ista subscriptio ad librum Concordiæ,
 ingentis discordiæ signum est. Qualem enim unionem
 inter Lutheranos esse existimabimus, quando non so-
 lùm Principes ad Concordiam redigi, sed etiam priuati
 homines ad subscribendum cogi debuerunt? Et quam-
 uis numerosa subscriptio esse videatur, est tamen ipsa
 quòque argumentum pacitatis. Nam si Catholica Ec-
 clesia eiusmodi subscriptionem requireret, in puncto
 temporis haberet non octo millia, sed plus quam octin-
 gentia millia subscriptum, neque ex sola Italia liben-
 tissimè subscriberent innumerabiles Presbyteri & Dia-
 coni, atque scholarum & gymnasiorum præfecti, sed
 etiam ex Hispania, Germania, Gallia, America, Brasi-
 lia, India, Iaponia; nec decesserent etiam ex Britannia &
 Palæstina. Denique, tam numerosa subscriptio, inex-
 culcabilis reddit tam multa, & tam crassa mendacia, quæ
 nos infrà annotabimus. Si enim unus tantum aut alter
 librum istum, antequam ederetur, vidisset, ignosci pos-
 set fortasse humanæ imbecillitati, si aliquid erroris ob-
 replisset: at quod sedecim millia oculorum crassissima
 illa mendacia, deprehendere non potuerint, quis ferat?
 Alterum profectò necessarium est, aut cæcos omnes
 fuisse, aut etiam cum mendaciis Concordiam facere
 voluisse.

*De erroribus Concordiae, discordantibus à Symbolis
 in ipsa Concordia receptis.*

I. E R R O R.

PRIMUS error est, quod Christus non solùm ut ho-
 mo, sed etiam ut Deus, Patri fuerit obediens. Qui
 error destrut penitus veram diuinitatem Christi, quam
 symbolum Nicænum contra Arianos afferuit. Nam si
 Christus, ut Deus, Patri obediuit, certè ut Deus à Patre

distinguitur; alius igitur Deus est pater, alius Deus est filius sed unus tantum est verus Deus, & constat, Patrem esse verum Deum, non igitur filius est verus Deus, nec & *deus* *homo* Patri, ut in Niceno symbolo confitemur. Rursum, qui obedit, minor est illo cui obedit: nam imperare, superioris, obediens, inferioris est: Ergo, si Christus, ut Deus, Patri obedit, Deus minor est Patre, & mentitur symbolum Athanasij, cum ait: *Æqualis Patri se. undum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem.* Adhæc, secundum illam naturam Christus obediuit, secundū quā mortuus est: nam ipsa mors, obedientia fuit summa, & absolutissima: at non est mortuus Christus secundum diuinitatem, sed solum secundum carnem, i. Petri 4. *Christus igitur in carne passo, &c.* Denique, cur Apostolus Paulus, ad Philippiens 2. dicitur, *humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, præmisit, exinauit semetipsum, seruam seruacipiens, nisi ut nos admonereret, non secundum formam Dei, qua æqualis est Patri, sed secundum formam servi, qua minor est Patre, Christum obedientiam usque ad mortem Deo Patri præstisset?*

Sed fortassis non habet Concordia hunc errorem. Inspiciamus igitur an ita sit. In Epitome articulorum controvèrserum, art. 3. pag. 556. *Credimus*, inquiunt, *docebamus*, & confitemur magno consensu, quod Christus quidem verè sit nostra iustitia, sed tamē neque secundū solam diuinā natūram, neque secundum solam humanā natūram: *Credimus autē, Christum totum, secundū utramque natūram, esse nostram iustitiam: in sola videlicet obedientia sua, quam ille Patri ad mortem usque, absolutissimam præstisset.* hæc illi. Si igitur iustitia nostra, id est, nobis imputata, totus Christus est, secundum utramque natūram, & iustitia illa in obedientia consistit, quam Christus Patri usque ad mortem exhibuit, certè sequitur, Christum totum secundum utramque natūram, Deo Patri obedientiam præstisse. Et infra, pag. 664. *A sentiendū est, inquiunt, quid iustitia nostra, neque in diuina, neque humana natura, sed in tota ipsius persona consistat: quippe, qui ut Deus, & homo, in sola sua tota, & perfectissima obedientia, est nostra iustitia.* Quid est, qui ut Deus & homo in sua obedientia est nostra iustitia, nisi, Christus ut Deus, & homo,

Patri obediuit, & ea obedientia, nostra obedientia reputatur? Nec est idem, Deus & homo Patri obediuit, & Christus, ut Deus & homo, Patri obediuit. Illud enim personæ diuinæ obedientiam tribuit, sed in natura humana, & Catholicum est: hoc vero utriusque naturæ tribuit obedientiam, & Arianum est. Et pag. 663. *Tota totius persona Christi obedientia, quam ille patri usque ad ignominiosam crucis mortem, nostris causa, præstavit nobis imputatur.* Et infra: *Cum autem obedientia Christi, non sit unius duntata ut naturæ, sed totius personæ, &c.* Et in his locis, quare dicunt, totius personæ obedientiam illam fuisse? Non sat satis erat dicere, fuisse persona? Sed utriusque naturæ obedientiam non tribuissent, nisi, totius persona, dixissent. Per totam enim personam duas naturas, pag. 727. significare se dicunt. Nec mirum est, Professores Augustinianæ Confessionis & Apologij ita sentire, quandoquidem ipse primarius, tam Confessionis quam Apologia architectus, Philippus Melanchthon, in locis communibus anni 1558. loco de Filio, pag. 40. ita scripsit: *Natura diuina, non est quidem lacerata, aut mortua, sed fuit obedientia Patri, quietis, cessit ira eterni Patris.* Et Martinus Lutherus in libro de Conciliis, & Ecclesia, non solum obedientiam, sed etiam passionem diuinitati tribui posse, contendit.

I I. E R R O R.

A Lter error est, quod Christus fuerit perfunctus munere mediatoris, & Pontificis, non solum per humanam natūram, sed etiam per diuinam. Sic enim habent verba Concordiæ, pag. 736. in articulo de persona Christi: *Itaque Christus est noster mediator, redemptor, Rex, Summus Pontifex, &c.* Non secundum unam tantum natūram, sive diuinam, sive humanam, sed secundum utramque natūram. At quod Christus sit mediator, & Pontifex secundum utramque natūram, & etenim non solum ut homo, sed etiam ut Deus, error est, qui aperte pugnat cum Christi vera diuinitate, & proinde cum Symbolo

fidei, vbi dicitur Christus, D E s verus, de D e o vero. Nam mediator per id, quo munus mediatoris exercet, necessario distinguitur ab eo, cuius est mediator. Est autem Christus mediator Dei & hominum. Ergo, si vt Deus mediator est, vt Deus à Deo distinguitur, erunt igitur duo dij, unus maior, alias minor, vt Arianis volebant. Quocirca B. Paulus, 1. Timoth. 2. cùm dixisset, *Vnus est mediator Dei & hominum*, mox adiunxit, *homo Christus Iesu*. Et B. August. lib. 2. de peccato Originali, cap. 28. Non per hoc, inquit, mediator est, quod equalis Pater per hoc enim quantum Pater, tantum Et ipse à nobis distat: & quomodo eris medietas, ubi eadem distantia est? Ideo Apostolus uos ait, *Christus Iesus*, sed, *homo Christus Iesus*, per hoc ergo mediator, per quod homo: inferior Pater, per quod nobis propinquior: superior nobis, per quod patri propinquior. Quod aperius ita dicitur, inferior Pater quia in forma seruus: superior nobis, quis sine labe peccati. Et tract. 82. in Ioan. Mediator Dei & hominum, non in quantum Deus, sed in quantum homo est, *Christus Iesus*. Deinde, si Christus, vt Deus, mediator est, sequitur. Vnum è duobus, aut totam Trinitatem esse mediaticem, aut Christum non esse unum Deum cum Patre & spiritu sancto, sed alium quandam Deum. Nam quod. vni personæ conuenit, ratione Deitatis, id etiam aliis omnibus personis conuenit, quæ habent eandem Deitatem. Igitur esse mediatorem, quod filio conuenit ratione Deitatis, quandoquidem vt Deus mediator est, conuenit etiam Patri & spiritui sancto, si unam & eandem cum Filio Deitatem habent, vel si non conuenit, certè non habent. Denique, esse Pontificem & Sacerdotem, intrinsecè, & essentialiter includit esse creaturam, & longè minorem eo, cui sacrificium offerri debet. Omnis enim Pontifex & Sacerdos minister Dei est, & cultu latræ Deum summum colit, dum ei sacrificium offerit. Ergo si Christus, vt Deus est, Pontifex etiam est, & Patri suo sacrificium defert, profectò vt Deus, Patre suo longè minor, atque adeò verè & propriè creatura est. Hinc videlicet Arianis interpropositiones suas, quæ leguntur apud Augustinum, tomo 6. in sermone Arianorum, etiam istam numerabant,

quod filius Dei & minister & Sacerdos sit Patris sui. Ipse verò B. August. lib. 1. de consensu Euangelistarum, cap. 3. Secundum hominem, inquit, Christus È Rex, & Sacerdos effectus est, ut esset ad interpellandum pro nobis mediator Dei È hominem, homo Christus Iesus. Et lib. 10. de Ciuit. D e i, cap. 20. Vnde, inquit, versus ille mediator, in quantum formam seruus accipiens, mediator effectus est Dei & hominum, cum in forma Dei sacrificium cum Patre sumat, cum quo est unus Deus. Et S. Cyrillus in Apologia pro capitulis suis aduersus Orientales, in defensione decimi capituli: Quando, inquit, factus est homo, vocatus est È Pontifex, non quod maiori Deo offeret sacrificium, sed sibi ipso & patri. Et infra: Dictus est, inquit, Sacerdos propter humanitatem. Et lib. 11. in Ioan. cap. 7. In quantum, inquit, filius È Deus est, vna cum Patre bona nobis largitur, in quantum verò mediator est, È Pontifex, nostras preces ad Deum adducit.

III. ERROR.

Tertius error est, quod natura humana Christi sit ubique verè, & realiter. Sic enim loquitur liber Concordia, in articulo de Cœna Domini, pag. 572. *Dextera D e i ubique est, ad eam autem Christus, ratione humanitatis sua, verè & re ipsa collatus est: ideoque presens gubernat in manu sua, & sub pedibus suis, ut scriptura loquitur, habet omnia que in celo sunt È in terra.* Et infra, pag. 731. *Revera omnia impler, & ubique non tantum ut D e s verum etiam ut homo, presens dominatur à mari ad mare.* Et similia leguntur pag. 745.

Porro, hic error repugnat primò Scripturis, quæ pafsim asserunt, Christum ratione humanitatis, alicubi non fuisse. Ioan. 6. Cùm vidisset turba, quia I F s v s non esset ibi. Ioan. 11. Lazarus mortuus est, È gaudeo propter vos, ut creditis, quoniam non eram ibi. Matth. vltimo: Non est hic, surrexit.

Secundo repugnat articulis symboli, de Christi conceptione, natuitate, passione, morte, descensu ad inferos, resurrectione à mortuis, ascensione ad cœlos, & descensu ad iudicandum. Nam articulus de cœceptio-

ne docet, in solius M A R I A E utero corpus Christi fuisse. At si vbiique fuit statim ab incarnatione, ut aduersarij docent, tunc in vteris omnium feminarum, imo etiam omnium virorum. Articulus de Nativitate, docet, Christi corpus post nonum mensem ex utero prodidisse, & sic verè esse natum. At secundum Vbiuitas, ante nonum mensem, imo primo die conceptionis fuit extra uterum, & post nonum mensem adhuc erat in utero, nec inde vñquam exiit. Nec valet responsio quam adferunt, cùm dicunt, Christum verè esse natum, quia cùm fuisse in utero localiter spatio nouem mensum, & non alibi, postea esse localiter extra uterum, & non in utero Hæc, inquam, solutio nihil valet: nam quod verè est vbiique, siue localiter, siue alio modo sit, non potest verè & propriè moueri de loco ad locum, sed solum potest metaphorice moueri, id est, apparet, vbi non apparet, licet ibi esset. Quemadmodum D e vs, qui vbique verè est, tamen si non localiter, moueri non potest, sed solum apparet, & ostendere se, vbi antea non videbatur esse, quamus ibi esset. Eodem igitur modo, si corpus Christi ab ipsa conceptione vbiique fuit, licet non localiter fuerit vbi que, tamen nunquam verè moueri potuit de loco ad locum, & proinde Nativitas ex utero, non verus ex utero egressus, nec vera natiuitas, sed tantum apparenſ, & metaphorica fuit. Parte ratione deſtruuntur cæteri articuli. Qui enim semper, vbi que fuit, non verè potuit in passione transire de loco cœnæ ad hortum, nec de horto ad domum Caiphæ, nec inde ad prætorium Pilati, nec inde ad montem Calvariaz: nec potuit in morte separari anima à corpore, ita ut corpus sine anima in sepulchro iaceret, & anima sine corpore ad inferos descendere: nec potuit verè anima in resurrectione ad corpus redire, nec corpus illud rediuiuum clauso sepulchro egredi, nec intrare ad discipulos ianuis clausis, nec denique verè potuit in cælum conſendere, nec poterit verè in nouissimo die de cælo descendere. Sed hæc omnia metaphorice exponi debent, quemadmodum cum de D e o legimus eiusmodi mutationes.

Tertio, repugnat hic error veritati corporis Domini in Cœna, & quod admirabile est, confirmat Zwingli lententiam, ad quam deſtruendam excogitus est. Nam si corpus Christi, ab ipsa conceptione est vbiique, non egemus Sacramento Cœnæ, vi præsentiam habemus corpori Dominici. Quid igitur sacramentum Cœnæ facit? non exhibet certè præsentiam corporis Domini: nam hæc antea quoque aderat, quid igitur facit? nisi hoc quod significat Christi corpus adesse? At hoc volunt Zwingiani, ex vi Sacramenti Cœnæ nihil nos habere, nisi signum. Et hoc idem videtur liber Concordia agnoscere, pag. 745. cùm ait: *Quare cum præsentem habemus, non tam secundum divisionem, verum etiam secundum humanam naturam: iuxta quam ipse frater noster eccl. nos caro sumus de carne eius, os de ossibus eius.. Et sane in his etiæ rei confirmationem, sacram fratrem Cœnam insinuavit testare, sed etiam secundum eam naturam, qua carnem sanguinem habet, nobiscum esse, in nobis habitare, & efficaciter operari velle Pæterea, si Christi corpus vbiique est, non potest verè cum pane, quantumlibet consecrato, sumi, nec sanguis eius cum vino, quantumlibet etiam consecrato, bibi. Nam panis & vinum idem sumi verè possunt, quia non sunt vbiique, & proinde verè transeunt de mensa ad manum, de manu ad os, de ore ad stomachum: quæ de Christi corpore & sanguine dici non possunt, si vbiique sunt: quemadmodum, licet D e vs vbique sit, nemo tamen cumpane D e v m comedit, nec cum vino D e v m bibit. Quorū igitur Eucharistia? vñ habeatur Christi corpus fructuose, dicit aliquis Brentianus, Ergo solus fructus, sola efficacia, sola virtus corporis Domini sumitur in Cœna, at hoc ipsum docent Calvinistæ.*

Quarto, repugnat hæc vbiuitas decreto Dresdensi, quod in eadem Saxonia, ab iisdem Confessionis Augustana Theologis, ante annos circiter decem promulgatum est, id est, anno 1571. vbi præter alia hæc verbalebuntur: *Commentitia ista communicatio physica, qua nostro proximum tempore cum vbiuitate corporis Christi introduci cæpta est, universa Orthodoxæ Ecclesie, & toto orbi Christiano, inde usque ab initio incognita fuit, atque etiam cum Pintificiis ipsis rei-*

citur, & taxatur acerrime. Et infra: Commētita illa vbiq̄itas horrendum in modum corruptit omnes penē articulos fidei de Christo, ac discrimen diuine & humane nature in Christo in primū delet atque evertit. Hæc sit tunc. Nuncautem sacrofandæ fiduci dogmata esse debent, quæ ante annos decem, pestilentiissimæ hæreses erant. Ista videlicet est constantia Theologorum Saxonorum.

Quinto, repugnat sententia primarij auctoris Confessionis, & Apologiz, qui duo libri primum locum in Concordia obtinunt. Philippus siquidem Melanchthon, in Epist. ad Fridericum Comitem Palatinum, quam scripsit anno 551. ita loquitur, *Alij vbiq̄itatem ex cogitarunt. Et addit, Hæc sunt portentosa omnia, ignota crudite vetusti.* Denique repugnat S. Augustino, & omnibus Patribus. Ac, vt cetera omitamus, Aug. in Epist. 57. ad Dardanum, nō solum docet, Christi humanitatem non esse vbiique, sed etiam soluit primarium argumentum aduersariorum. Illi enim existimant, necessariò sequi, vt Christi humanitas sit vbiique, si coniuncta est personaliter Verbo, quod siue dubio est vbiique. At S. Augustinus, *Homo, inquit, Christus, illa die secundum carnem inse pulchro, secundum animam in inferno futurus, De vs vero idem ipse Christus, vbique semper est.* Et infra: *Non est autem consequens, ut quod in Deo est, ita sit vbiique, ut De vs.* Nam *E* de nobis verisima Scriptura dicit, quod in illo uniuersus sumus, nec tamen sicut ille, vbique sumus. Sed alius homo ille in D. o. quoniā aliter & De vs ille in homine, proprio quodā *v* singulari modo. *Vna enim persona De vs & homo est.* Et utrumque est unus Christus I s v s, vbique per id quod De vs est, in celo autem per id quod homo. Hæc ille. Neque hic locum habent distinctiones de variis modis essendi in loco. Nam S. Augustinus negat in forma id ipsum, quod aduersarij docent. Ibi enim volunt, propter unionem hypostaticam, Christi humanitatem necessariò esse debere, vbiunque est Verbum, modo quodam supernaturali, & diuino: at hoc idem Augustinus negat. Et præter exemplum ab eo adductum, habemus etiam insigne exemplum in anima rationali. Nam caput unicum est animæ, & tamen non vbiunque est anima, ibi

De libro Concordia Lutheranorum. 283
continuò est caput: cum anima sit etiam in pedibus, vbi certè non est caput.

IV. ERROR.

Quartus error est, quod Christi humanitati sint collata verè & realiter, multa attributa diuina, vt omnipotētia, omniscientia, omnipræsentia, atque adeò ipsa diuina maiestas. Qui error destruit veritatem humanitatis Christi, renouat hæresim Eutychetis, & pugnat cum Symbolo fidei. Nam si Christi humanitas, verè & realiter non solum est vbique, quia est in toto mundo, sed quia habet omnipræsentiam & immensitatem, quam habet Verbum, & proinde est in infinitis spatiis imaginariis extra mundum, vel certè esse potest: profectò est formaliter infinita & immensa, & cum non sit infinita magnitudine molis, vt aduersarij concedunt: nam dicunt, eam non esse diffusam vbique localiter, infinita erit, magnitudine virtutis, Infinita autem virtus infinitam essentiam requirit. Est igitur Christi humanitas, essentia infinita, & proinde vel est conuersa in Deitatem, vel duo sunt entia infinita. Idem argumentum de omnipotētia, & aliis D. i. attributis fieri potest. Sed Verba concordia audiamus. pag. 731. *Adeptus autem est Christus secundum humanam naturam, plenā possessionem, & diuine maiestatis usurpationem.* hæc ibi. Nam si Christus secundum humanam naturam adeptus est diuinam maiestatem, ergo secundum humanam naturam est De vs: Ergo secundum humanam naturam non est homo. Nec enim idem secundum idem, duo disparata esse potest. Et pag. 744. *Iam etiam secundum assumptā humanam naturam, omnia nouit, & reuera omnipotens est.* hæc ibi. Ecce quām aperte dicunt, Christū, vt hominē esse omniscientem, & omnipotentem, quod quid est aliud, quām dicere, Ghrilum, vt hominem non esse hominem, sed D. v. m. Et pag. 745. *Scriptura sacra hauc maiestatē omnipræsentie solum Christo, nulli autem alijs hominib[us] tribuit.* Et paulo antea dixerat, se de Christi humanitate loqui, & non de sola

diuinitatē, cum Christo tribuunt omnipræsentiam. De-
nique pag. 7, 8. prolixè docere conantur, Christi huma-
nitatem capacem esse infinitorum attributorum, verè
& realiter sibi communicatorū per hypostaticam vni-
onem. Nec satis expediuntse, cùm dicunt, hanc esse idio-
matum communicationem, quam etiam veteres Partes
agnouerunt. Nam communicatio idiomatum, secundum
Patrum doctrinam, non tribuit vni naturæ ea, quæ sunt
alterius, sed tribuit vni supposito vtriusque naturæ pro-
prietates. Vide de communicatione idiomatum, Am-
bros. lib. 2. de fide, cap. 4. August. lib. 1. de Trinit. cap. 13.
Cyrillum in defensione 4. Anatematismi. Et Ioan. Da-
mascenum lib. 3. cap. 4. Et præterea communicatio idio-
matum, quam Patres agnoscunt, mutua est, & non mi-
nus Deo conuenit, quam homini: At aduersarij, huma-
na natura tribuunt realem communicationem diuino-
rum attributorum; Diuinę autem non tribuunt realem
communicationem humanarum proprietatum; vt in
hac ipsa Concordia disertè docent, pag. 736. Itaque re-
ctè Dresdense decretum, cuius supra mentionem feci-
mus, ab ijsdem Saxonis ministris editum, ita alicubi ha-
bet: *Quod pricipuum fidei nostræ, & Ecclesiæ caput est, videlicet articulum de diuisbus naturis in Christo, id communitia idiomatum realiè physica, in ipsis naturis communicatione, deprauari horri-
bile: atque e contrario, hereses iam olim damnatas, Marci-
onitarum, Arianorum, Manicheorum, Samosatenorum, Valen-
tianorum, Sabellianorum, Nestorianorum, Entychianorum, &
Monothelitarum, reduci atque innovari, satis evidenter demon-
stratum est: hæc sibi.*

V. E R R O R.

Quintus error est, quod vno hypostatica consistat
in communicatione diuinorum attributorum.
Tamen si enim pag. 744. videntur dicere, communica-
tionem istam esse posteriorem vniōne hypostatica. Sic
enim loquuntur: *Propter vniōne autem hypostaticam, &
ex ea consequentem communicationem, &c.* Tamen in pluri-

bus locis aperte indicant, in ista communicatione con-
sistere vniōne hypostaticam, pag. 729. Propter hanc,
inquiunt, *hypostaticam vniōne, quæ sine vera illa communi-
catione nec cogitari, nec subsistere potest. &c.* at certè id non
est posterius, sed est verè de essentia, sine quo alterum
nec esse, nec cogitari potest. Et pag. 730. *Et sicut, inquiunt,
veteres Ecclesiæ Doctores, duo haec vocabula, vniōne & tra-
ditionem & vniōne in explicatione huius mysterij co-
inixerunt, & alterum per alterum declararunt. En, quā a-
perte idem esse volunt, vniōne hypostaticam, & suam
illam communicationem proprietatum. Cū ergo di-
cunt, vnum ex altero sequi, vel manifestè secum pu-
gnant, vel intelligunt de consecutione Logica, non Phy-
sica, quo modo dicimus, ex eo quod aliquis est homo,
sequi ut sit animal rationale.*

Porrò, hæc sententia, quod vno hypostatica consi-
stat in illa communicatione diuinorum attributo-
rum, destruit omnino mysterium incarnationis. Nam
in primis, cùm diuina attributa, id est, omnipotētia,
omniscientia, omnipræsētia, & similia, sint com-
munia toti Trinitati? Si in illorum communicatione
consistit vno hypostatica, sequitur, omnes tres
personas esse incarnatas. Vt enim secundum Catholi-
cam fidem, quam exposuerunt, vetera Concilia ge-
neralia, 3. 4. 5. & 6. id est sola persona filij incarnata est,
quia vno facta est per communicationem subisten-
tiæ propriæ iphius filij: ita secundum aduersariorum
sententiam, totam Trinitatem incarnatam esse necesse
est, cùm vno facta sit in eo quod est commune toti
Trinitati.

Deinde, si vno hypostatica consistit in communica-
tione attributorum, sequitur, Patrem, & Filium, & Spi-
ritum S. vniōes esse hypostaticæ, atque vnam tantum es-
se personam. Nam Pater gignendo Filium, omnia sua
attributa illi communicavit, & similiter Pater & Filius
producent Spiritum S. omnia sua attributa illi com-
municarunt. Præterea, aut volunt, hypostaticam vni-
ōnem consistere in communicatione omnium attributo-
rum, vel aliquorum tantum, si omnium, impossibilis erit

vnius hypothesistica. Nam inter attributa Dei numeratur vera æternitas , quæ principio & fine caret : at impossibile est , rem creatam carere principio , & saltem certum est , Christi humanitatem non fuisse ab æterno . Par ratio ne Dei proprium est , carere principio effectiu , at id nullo modo creature communicari poterit . Si vero aliquorum tantum , quis dicere poterit , quæ sint illa , cum eadem sit ratio omnium ? Vt enim esse potest vnuio hypothesistica , sine communicatione æternitatis , cur non poterit esse sine communicatione omnipræsentie , vel omnipotentie ? Denique , ista attributa non possunt esse nature humanae essentialia , erunt igitur accidentalia , id quod liber Concordia assertere videtur , cum pag . 741 . explicat istam communicationem , per operationem diuinitatis , quam exercet per humanitatem . At hæc ipsa est Nestorij hæresis , qui Verbum cum homine per operationem coniungebat , estque hæc hæresis ex parte damnata in Concilio V. generali , cap . 4. & 5.

VI. E R R O R .

Sextus error est , quod totus Christus Deus & homo , ad inferos descenderit . Id quod aperte sequitur extilio errore , & præterea in ipsa Concordia disertè assertur , pag . 750 . Simpliciter , inquit , credimus quod tota persona D e s t homo post sepulturam ad inferos descenderit . Atq; hic error cum duobus , immo etiâ tribus articulis Symboli pugnat : destruit enim mortem , sepulturam & resurrectionem Christi . Nam si Christus homo descendit ad inferos , viuus , non mortuus descendit , mortuus enim non est homo , cùm omnis homo per mortem definat esse homo . At si Christus viuus & de cruce descendit , & viuus peruenit ad inferos , non anima solum descendit , sed etiam caro , non enim sola anima homo dici potest , quod si anima & caro descendit , quid quæso iacuit in sepulchro ? Denique , si Christus semper fuit homo , nec vñquā verè mortuus aut sepultus est , certè , nec verè etiam resurrexit , non enim resurgit homo , nisi quando per nouam vitam iterum incipit esse homo , qui

permottem desierat esse homo . Atque hæc pauca de extoribus contra Symbolum sufficiant .

Mendacia Concordia .

I. M E N D A C I V M .

In præfatione Concordiæ , atque adeo in ipso principio præfationis , habetur illustre mendacium de Confessione Augustana , quod videlicet in totum orbem terrarum sparsa , vbiique percrebuerit , & in ore & sermone omnium esse cooperit . Nam ex tribus partibus orbis terre , dux , Asia atque Africa , ne nomen quidem Augustana Confessionis adhuc audierunt , in Europa , quæ tertia pars est , Græcia , Italia , Hispania , aut omnino quid sit Augustana Confessio , ignorant , aut eâ ut perniciosam & hæreticam doctrinam , execrantur . Gallia ac Britannia , partim à Catholicis , partim à Calvinistis habitantur , quorum illi Augustanâ Confessionem aperte repudiunt , isti solo nomine recipiunt . Quanquam nouam hanc in Confessione Concordiam , Calvinisti ne quidem nomine amplectuntur . Solus restat angulus Germaniæ , isque non totus , in quo sepe fama Confessionis dilatet . Nam & in ipsa Germania Zuwingiani , & Anabaptistæ inueniuntur , qui Confessionem Augustanam nunquam receperunt . Quid ? quod initio nec in parte Germaniæ , Confessio Augustana locum habere potuit . Nam eo ipso anno , quo Augustæ nata est , Augustæ quoque exstanta quodammodo est . Siquidem à Theologis Catholicis refutata , & ab Imperatore Carolo V. publicè damnata fuit in generali recessu , cui damnationi subscripsierunt Electores V. Ecclesiastici Principes X X X . Seculares X X I I I . Abbates X X I I . Comites & Barones X X I I . Civitates liberae & Imperiales X X X I X . Cùm ipsi confessioni solum subscripserint , Elector I. Principes V I . Civitates . I I . Quocirca merito Philippus libr . I. in Epistol . ad Ioannem Obernburgerum ita scribit . Non elector inquit , recordatione Comitiorum Augustanorum , in quibus trifisi

ac atrocis sententia damnati sumus. Nec solum Augusta confessio vix dum nata, extincta fuit, sed etiam in duobus archiis ita sepul. a., ut pentatos annos, o. lucem non viderit. Confessio enim Germanica in Cancillaria Moguntina: Latina vero in Bruxellensi longissimo tempore delituerunt, atque interim singulis propè annis edebantur aliae atque aliae, quæ cum omnes Confessionis Augustanae titulum præ se ferrent, tamen & verbis, & sententijs, cum inter se, tum ab illa prima plurimum dissentiebant. Itaque gloriosum illud encomium Augustanae Confessionis, quod in totum orbem terrarum sparsa, vbiique percrebuit, ita interpretandum esse videtur: Confessio Augustana, id est, Confessio, falsum nomen gerens Confessionis Augustanae, per totum orbem terrarum, id est, in quodam angulo Septentrionis, vbiique sparsa percrebuit, id est, in aliquot oppidis Germaniae audiri coepit.

II. MENDACIVM.

In eadem praefatione, ultra medium, protestantur aduersarij, in negotio Cœnæ ad nulla alia fundamenta pios homines deducendos esse, quam verborum institutiones Testamenti Domini nostri Iesu Christi licet tam ipsi, quam etiam Lutherus, in iuri pertracti sint ad disputationem de vniione personali duarum in Christo naturarum. At in ipsa Concordia, pag. 17. & iterum pag. 717. in articulo de Cœna Domini, vna cum Lutherio, quatuor alia fundamenta iaciunt. Primum est, quod Christus sit Deus & homo, in una persona, indivisus, & inseparabilis. Secundum, quod dextera Dei est vbiique. Tertium, quod verbum Dei sit neque falsum neque fallax. Quartum, quod Deus variis modis habet, nouisque, quibus aliquo in loco esse potest. Mendax igitur est huius praefationis protestatio.

III. MENDACIVM.

Praefatione Confessio ad Carolum V. pag. 6. ita habetur: *Oferimus in hac religionis causa, nostrorum Confessionis*

etiamnotorum, & nostram Confessionem; cuiusmodi doctrinam ex Scripturis sanctis, & puro verbo Dei, haec tenus illi in nostris terris, Dicatibus, ditionibus, & urbibus tradiderunt, ac in Ecclesiis tractauerunt.

Hoc insigne mendacium esse, vel ex eo cognosci potest, quod Confessio Lutheri, in multis ab Augustana dissentit, cum tamen eodem anno 1530. edita sit, neque credibile videatur, melius Lutheranos, quam ipsum Lutherum, quæ sit Lutheranæ doctrina, scire potuisse. Articulus 11. Lutheranæ Confessionis habet: *Quod Confessio privata debeat esse libera. Confessio autem Augustana in cap. de Confessione, dicit: Apud nos non solere porrigit corpus Domini, nisi ante exploratio & absolutio. Et in cap. de Missa, sic ait: Nulli admittuntur ad Sacramentum, nisi ante ploratio atque auditi. Item articul. 16. Lutheranæ Confessionis, vult, Missam pre omnibus abominationibus, esse abrogandam. Confessio vero Augustana, in cap. de Missa: Falso, inquit, accusantur Ecclesia nostra, quod Missam aboleant, retinetur enim Missa apud nos, & summa reverentia celebratur. Ad hanc, nec Augustana Confessio à Philippo fabricata, nec Lutherana, quæ Augustanam sine dubio peperit, cum ea doctrina concordat, quam initio Lutherus & Melanchthon tradiderunt. Audio, Ioannem Cochleum eodem anno 1530. collegisse articulos ex lib. Lutheri & Philip. contra articulos Confessionis Augustanae; sed eos nondum videre potui. Sed facile credo, illum hoc fecisse, cum ipse quoque id prestare nullo negocio possum, qui tamen multo minus versatus sum in Lutheranorum libris, quam Cochleus fuerit. Ac ne sim nimis prolixus, conferam solum duos aut tres principales Confessionis articulos, cum Lutheri & Philippi doctrina.*

Articulus primus Confessionis Augustanae sic habet: *Ecclesia magnò consensu apud nos docent, decretum Nicene Synodi, de unitate essentie divina, & de tribus personis, verum & sine ulla dubitatione credendum esse. Et infra: Et nomine persona vtuntur ea significatione, qua usi sunt in hac causa scriptores Ecclesiastice, ut significet non partem aut qualitatem in alio, sed quod propriè subjicit. Et infra: Damnant omnes hereses contra hunc articulū exortas, ut Manicheos, Valentianos, Arianos,*

Eusomianos, &c. Huic articulo primo recte annexatur tertius, qui est de incarnatione filij Dei, in quo duæ naturæ vnitæ asseruntur in una persona. Lutherus autem quā verum crediderit Nicænum decretum de vnitate essentiaz, satis ostendit illis verbis, quibus est vñs contra Iacobum Latomum: *Anima mea*, inquit, *odit hoc verbum* *ipsoz...* Quod tamen verbum ignorare non poterat in Concilio Nicæno, (vt D. Augustinus loquitur lib. 3. contra Max. cap. 14.) aduersus hæreticos Arianos, veritatis auctoritatē, & auctoritatis veritate, firmatum esse. Neque vero id Luthero excidit per incogitantiam, nam rursum id repetit in libro de Conciliis: *Sanc-*
tus, inquit, *Hieronymus vehementer perturbatus, lamentabilis litteras scribebat ad Episcopum Romanum, Damasum, & cupiebat expungi vocabulum ipsoz...* Vbi scilicet notanda est alia fraus Lutheri. Non enim S. Hieronym. vocabulum *ipsoz...* sed vocabulum *vñz ipsoz...*, tacendum arbitrabatur, propter eius vocis ambiguitatem. Notæ sunt Epistolæ duæ S. Hieronimi de hac re ad Damasum, quarum altera ita concluditur, *Obeastor beatitudinem tuam per crucifixum mundi salutem, per ipsoz... Trinitatem, vt mihi Episcopis tuis sine tacendarum, sine dicendarum hypotheseon detinaturitas.*

Deinde, si Luthero probatur doctrina Catholica de vnitate essentiaz, & Trinitate personarum, cur ex precibus communibus Germanorum, illam precatiunculam sustulit: *Sancta Trinitas unus Deus, misere nobis.* Necnon uam esse hanc formam invocationis, sed ab antiquissimis Patribus, tam Græcis, quam Latinis, usurpatam, certum est ex Nazianzeno, qui oratione 2. de pace, ad finē ait: *O Trinitas sancta & longanimis, suscipe etiam istos, &c.* Et ex Aug. lib. vlt. cap. vlt. de Trinitate: *Domine Deus, unu,* inquit, *Deus Trinitas, quecumque dixi in his libris de tuo, agnoscans & sui: Si que de meo, & tu agnosc, & tu sui, Amen.*

Porrò, de incarnatione, quām recte Lutherus senserit, ex tribus eius operibus facile poterit intelligi. Nam in concione de natali Domini, qua primum caput Epistolæ ad Hebræos exponit, dum metuit cum Eutychete permiscere naturas, audacter cum Nestorio diuidit per-

sonas. Dicit enim, *Imperitos quosdam facere Christum hominem omnipotentem.* At si ille homo Christus non est omnipotens, eadem ratione non est Deus, nec enim Deus est potest, qui non sit omnipotens. Duo igitur erunt, Christus Deus, & Christus homo, quæ est apertissimè Nestorianæ sententia. Contrà vero, in libro de Conciliis & Ecclesia, parte 2. dum vitare cupit Nestorium, aperte incidit in Eutychetem. Sic enim loquitur: *Mihi puto antè negocium fuisse cum Nestorianis, qui pertinacissime cōtra me disputabant, quod diuinitas Christi non posset pati.* Et infra: *Oportet dici, hic homo Christus, hæc caro & sanguis condidit cœlum & terram.* Certè, natura diuinitatis & carnis, nomina sunt naturarum, non personarum. Ergo si Luthero diuinitas patitur, si caro cœlum ac terram condit, quis non videat, à Luthero Christi naturas confundit ac ut propensionem animi in Nestorium, & Eutychetem, Lutherus ostenderet, in codem de Conciliis libro, ita diligenter Nestorium & Eutychetem excusat, vt vtrique zelum bonum, animum sincerum, & fidem rectam tribuat, & solum ex inscripçione quadam, & in modo loquendi lapsos dicat: totam vero causam tumultuum & perturbationis illius temporis, in Episcopos Catholicos referat. Et eò usque tandem progreditur, vt dicat, *Veneris se, ne in extremo iudicio aliqui, qui dicuntur hæretici, indices sedent, & Episcopi, qui illos in Conciliis damnauerunt, in eternum pereant.* Tantum non aperte affirmans, Nestorium, & Eutychetem cum Christo judices futuros, sanctos vero, Leonem, & Cyrrillum, in eternum perituros, Porrò, in libro, qui inscribitur, *Confessio Martini Lutheri de Cana Domini,* non solum reprehēdit Zuuingianos, quod passionem Christi, soli tribuant humanitati, non etiam Deitati: Sed etiam econtrariò ipsam humanitatem in Deitatem cœchere videtur, cum ait: *Neceſſe habes, eam Christi essentiam, quæ est cum Deo una persona, longissimi extra creaturas collocare, ideoque tam longè quam Deus ipse, extra creaturas est.* Neque vult Lutherus dicere, Christi humanitatem extra creaturas esse, quātum ad locum, sive spatiū, sed quantum ad ordinem & dignitatem, Nam in eodem libro contendit, *vbiique esse Christi humanitatem.* Et in

Serm. de Sacramentis Cœnæ Domini, Credimus, inquit, quod Iesus Christus sit iuxta humanitatem super omnes creaturas collocatus, & omnia impleat. Et infra: *Ei habeat omnia in sua manu, & si ubiis presens.* Si igitur Christi humanitas, extra ordinem creaturarum est, non creata natura, sed invenientia essentia est, ac per hoc non amplius humanitas, sed diuinitas dici debet. Rursum: *Si Christi humanitas tam longe abest à creaturis, quantum ad excellentiam & dignitatem, quam longe abest ipse Deus; Deus autem infinito interculo à creaturis omnibus separatur.* Igitur Christi humanitas infinita dignitatis, & excellentiae est. Ex quo sequitur, aut duas esse infinitas naturas, aut Christi humanitatem in Deitatem esse conuersam, quæ est hæresis Eutychiana. Et fortasse non sine mysterio, nec in Confessione, nec in Apologia, illa fit mentio Nestorij, & Eutychetis, qui tamen nominatio damnati debuissent in articulo tertio, ut damnantur in primo, Arius, & Eunomius. Iam verò Philippus Melanchthon, in Loci anni 39, pag. 9. Necesse est, inquit, in filio aliquid esse diuinam naturam. Et rursum, pag. 11. Necesse est in Christo aliquam esse diuinam naturam. Et in Loci anni 45 fol. 53. de Spiritu S. loqueus: *Testatur, inquit, per Icœlem Deus, non muti creatam agnitionem, sed aliquid essentie Dei.* Necesse est autem, personam esse distinctam, quæ est aliquid Dei, & tamen non est Pater. Philippo igitur aut multæ sunt naturæ diuinæ, cum necesse sit in filio aliquam esse diuinam naturam, aut certè multæ sunt partes eiusdem diuinitatis, cum tamen in Filio, quam in Spiritu S. aliquid sit diuinæ naturæ. Quod quam bene cohæret cu[m] articulo primo Confessionis, nemo non videt. Rursù, idem Philippus in Loci anni 45. & 58. pag. 40. Non est, inquit, *lacerata aut mortua diuina natura, sed fuit obediens Patri, quenam, cessit ire eterni Patris.* Quid clarius pro Ariana hæresi dici poterat? Nam si natura diuina Filij, Patri fuit obediens, & iræ illius cessit, distinguitur diuinitas Filij à Patre, & Pater non habet diuinitatem, vel habet aliam. Vbi est igitur unitas essentie diuinæ, quam predicit Augustana Confessio? Ad hæc, in iisdem Loci pag. 42. ita exponit illud, *Glorifica me Pater: Nunc missus*

subiectus sum cruci, & seruio mea vocationi. Deinde vero gloriam mihi restitue, quam ante mundi constitutionem apud te habui, &c. Certe non potest restitu quod non fuit amisum, Amisit igitur Christus gloriam, quam habuit ante mundi constitutionem, non autem amisit eam vt homo cum ante mundi constitutionem non fuerit homo, amisit igitur vt Deus. Deus igitur mutabilis est Christus, ac per hoc nec Deus verus, nec Deus unus cum Patre, sed Deus factus & creatus à Patre, vt Ariani döcebant. Atque hoc etiam fortasse alludit in ijsdem locis, pag. 45. cum ait, *Tempore passionis non fuisse in Christo gloriam beatitudinis, ut alio tempore.* Omitto illud, quod ibid. pag. 22. tres personas diuinas, tres esse vult singulares intelligentes. Qui modus loquendi, non satis contentit cum Symbolo Athanasij, quod in hac Concordia, tanquam più, vt verè est, recipitur. Ut enim in Symbolo dicitur, *Non tres omnipotentes, sed unus omnis potens, ita sine dubio dici debet, non tres intelligentes, sed unus intelligens.*

Veniamus ad articulos de libero arbitrio, & causa peccati, & videamus, an id semper Lutherus & Philippus docuerint, quod in Confessione nunc docent. Articulus 18. Confessionis, sic habet: *De libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendā ciuilē iustitiā, & diligendas res rationis subiectas, &c.* Articulus 19. de causa peccati, docet: *Quod tametsi Deus creat & conservat naturam, tamen causa peccati, est voluntas malorum, vis delicti diaboli, & impiorum, quem non adiuuante Deo amerit se à Deo, sicut Christus ait, Cum loquitor medaci, ex seipso loquuntur.*

Audiamus nunc verba Lutheri ex assert. artic. 36. Liberum, inquit, arbitrium, est figuratum in rebus, & titulus sine re, quia nudi est in manu sua quippiam cogitare boni vel mali, sed omnia, (vt VV. cœli articulus Constantia damnatus, recte docet) de necessitate absoluta eseniant, quod & Poëta voluit, quādo dixit; *Certa stant omnia lege.* Et Christus Matth. 6. *Folium arboris non cadet in terram, sine patre vestro.* Et infra: *Non est dubium Santana magistro, in Ecclesiastis venisse hoc nomen, Liberum arbitriū.* Ac vt sibi & suis Lutherus præcluderet adiutū ad retractationem, in eadem assertione, ita praefatus fuerat: *In ceteris articulis, de Papatu, de Cœciliis, de indulgentijs, alijsq; non neces-*

sarius nugis, ferenda est locutus, & stultitia Pape, & suorum: Sed in hoc articulo, qui omnium optimus, & rerum nostrarum summa est solendum & stendum est, miseris sic insinare. Et in libro contra Regem Angliae scripsit: Adeo se certum esse de sua doctrina, si se quis aliter doceret, aut damnaret, que ipse scripsit deside, de operibus, de libero arbitrio, &c. Is damnaret Deum, & sporteret ipsum manere filium inferni. Atque his similia Philippus docuit in Locis, anno 21. & 22. editis. Tantum abest agitur ut verum sit, quod in prefatione Confessionis dicatur; Hanc ipsam Confessionis doctrinam eam esse, quam hactenus Lutherani Concionatores tradidierunt, ut potius sit verissimum, in principio articulo & in summa rei, defecisse Confessionis autores a Luthero ad Papam. Et si verum sit Lutheri vaticiniū oportere iam eos manere filios inferni; quippe qui Deum in Luthero damnare ausi fuerint. Non ignoror, Lutherū in Visitatione Saxonica, & Philippū in Epitome Moralis Philosophie, & in locis editis posterioribus annis longè aliter docuisse de libero arbitrio & causa peccati, quam antea docuerat, cū haberet primitias Spiritus, tamen id neque mendacium excusat, & arguit inconstantiam. Et quia non parum conducere videtur ad commendationem architecti huius Confessionis, ad memoriam reuocare Philippi egregiam in doctrina constantiam, annotabo breuiter eius sententias de libero arbitrio, & causa peccati.

In Locis anni 21. Primo, repudiatur nomen ipsum liberti arbitrij, & rationis. Vix surpata est vox, inquit, liberi arbitrij, & diuinis litteris, ac sensu, & indicio spiritus alienissima: additum est ē Platonis Philosophia, vocabulum rationis aequē pernitosum. At in locis posterioribus: Monendis sunt, inquit, radiiores, ut à Physicis sumant distinctiones, & appellaciones partium hominis. In homine est pars cognoscens, & indicans, que vocatur mens, vel intellectus, vel ratio, altera pars appetens, vocatur voluntas. Vocatur autem liberum arbitrium mens & voluntas coniuncta.

Secundo, defendit Vallam, contra Ioan. Eckium: Valla, inquit, ait Eckius, quod scholarum sententia de libero arbitrio confutant, plura voluisse scire, quam dudicisset, scilicet egregie festinus nuzator. At in locis posterioribus: Valla, inquit, & plerique alij non recte detrahunt voluntatis hominis

libertatem. Et in Epitome moralis Philosophie: Stoicas illas, inquit, de Fato, seu Valla absurdas imaginationes, que propter diuinam gubernationem, admittunt libertatem voluntati fugientem.

Tertio, reprehendit Philosophiam: Hoc loco, inquit, prouersus Christiana doctrina à Philosophia, & humana ratione dissentit. At in Epitome moralis Philosophie: Est, inquit, prudentissime ab Aristotele additrationis descriptio. Et in locis, cap. deviribus hominum: Hec est, inquit, libertas voluntatis, quam Philosophi recte tribunt homini.

Quarto, tollit omnem libertatem, & contingentiam: Quandoquidem, inquit, omnia que eveniuntur, necessariò iuxta diuinam predestinationem eveniuntur, nulla est arbitrii nostri liberitas. Quid igitur, inquires, nulla ne est in rebus contingentia nisi huius casusnibil fortuna? omnia necessariò evenire, Scriptura docet. Et si videatur tibi in rebus humanis esse contingentia, iudiciorum rationis hic imperandum est. At in locis posterioribus: Concordandam est, inquit, quod Scriptura Apostolica tribuat homini, etiam nunc post lapsum, libertatem aliquā diligendi ea, que sunt subiecta rationi. Et infra: Hec Manichei imaginatio (qua videlicet libertatem & contingentiam tollit) horribile mendacium est, & ab hoc errore mentes abducende sunt, & docenda agere aliquid liberum arbitrium.

Quinto, in commentariis ad cap. 8. Epistolæ ad Rom., docet, D eī m peccatorum caussam esse: Sicut, inquit, fatemur proprium D eī opus fuisse, Pauli vocationem, ita fatemur opera D eī propria esse, sine qua media vocantur, ut comedere, bibere, &c. sine qua mala sint, ut D'audis adulterium, Mālijs seueritatem. Constat enim ex cap. I. ad Rom. D eī v M omnia facere, non permisimè, sed potenter. Et infra: Ergo nō est, cur frigidi glossema admittamus, D eī v M mala permittere, non etiam facere. At in locis de causa peccati: Est, inquit, hec vera, &c. pia sententia, utraque manus, & verius toto peccatore tenēda, D eī v M non esse caussam peccati: nec velle peccatum. Et infra: Nec figura illae verborum in sermone Hebraico pugnant cum hac sententia, Indurabo cor Pharaonii, & similes. Certum est enim Hebraica phrasē significare permissionem, non efficacem voluntatem.

Ex his satis constare puto, & quam grauem & constantem auctorem habuerit illa Confessio tantoperē

celebrata, & quam verum sit, quod in eius p̄fatione asseritur, in hac Confessione eam doctrinam contineri, quam usque ad illud tempus ex diuinis litteris Lutherani tradiderant.

III. M E M D A C I V M .

IN Confessione Augustana, articulo 12. pag. 15. Concordiae, sic habetur: *Reiciuntur ipsis, qui non docent, remissionem peccatorum per fidem contingere, Sed docent, remissionem peccatorum contingere propter nostram dilectionem, et opera.* Hac verba esti de industria obscurè proposita esse videtur, tamen sine dubio hunc faciunt sensum, ut reiiciendos esse significant illos, qui docent, homines iustificari à peccatis sine fide, per solam dilectionem, & opera. Nec dubitari potest, quin his verbis notantur Catholicci omnes, & præsertim Theologi Scholastici. Etsi quod dubium esse potuisse, iam est sublatum per Apologiam vbi usque ad nauseam repetitur, & inculcatur hoc mendacium, quod Scholastici doceant, iustificationem non contingere ex fide, sed ex operibus, hoc est, ex operibus sine fide. Quoniam enim versantur ipsis in uno extremo, cum docent, iustificari homines ex fide sine operibus, cupiunt nos in altero extremo collocare, quasi doceamus, iustificari homines ex operibus sine fide. At non est ista, nec unquam fuit, doctrina Ecclesiæ Catholice, nec etiam Scholasticorum Theologorum. Semper, enim docuimus & docemus, iustificari homines ex fide & dilectione ac operibus bonis, ita ut ad præparationem ac dispositionem, ad iustificationem, requirantur actus fidei, spei, & dilectionis, quos ipsos tamen non habemus, nisi Deus in gratia nos præueniente, excitante, & adiuuante: Ipsa vero formalis iustificatio consistat in remissione vera omnium peccatorum, & infusione habitu fidei, spei, & caritatis, quos propter Christi meritum, Deus in corda nostra gratis diffundit. Denique actualis iustitia sit legis diuina obedientia & obseruatio, ad quam non ex nobis idonei sumus, sed ex spiritu gratiæ, id est,

fidei, spei, & caritatis, nobis à Deo per Christum donata. Ita docet Cōcil. Trid. Ses. 6. cap. 6. Disponuntur, inquit, ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, adiuvi, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deo et in M. Et cap. 7. Quanquam nemo possit iustus, nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur, id tamē in hac impij iustificatione sit, dum eiusdem sanctissime passionis merito, per Spiritum sanctum caritas Dei et diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsis inheret. Unde ipsa iustificatione, cum remissione peccatorum, haec omnia simul infusa accipit homo, per Iesum Christum, cui inferiorum fidem, spem, et caritatem. Et capit. 10. Per observationem mandatorum Dei et Ecclesie in ipsa iustitia, per Christi gratiam accepta, cooperante fide, bonis operibus, crescent et cetera. Vides igitur, fidem nonquam excludi, sed contraria potius semper requiri, siue de ipsa iustificatione agatur, siue de ijs, quæ illam aut præcedunt, aut etiam consequuntur. Ac ne dicant, nouam hanc esse doctrinam, & nos nunc demum ab ipsis excitatos sapere ceperisse, ut aliquoties Philippus stat in Apologia, addamus etiam testimonium principis Scholasticorum, quod fides ad iustificationem requiratur. S. Thomas 1. 2. q. 113. articulo 4. Ad iustificationem impij requiritur motus mentis, quo convertitur in Deo et in M. Prima autem cōuerlio in Deo et in M, sit per fidem, iuxta illud Hebreæ. 11. Accedentem ad Deo et in M, oportet credere. Et ideo, motus fidei requiritur ad iustificationem in pii.

V. M E N D A C I V M .

PAg. 16. in art. 13. Confess. habentur hæc verba: *Dam non ingerit illos, quæ docent, quod Sacra menta ex opere operato iustificant, nec docent, fidem requiri in virtute Sacramentorum, que credat remitti peccata.* Hoc etiam loco Theologi Scholastici notantur, quasi doceant, Sacra menta etiam sine fide prodesse. Sed apertum mendacium est, ad quod refellendum viuis sancti Thomæ testimonium sufficit qu. 3. parte. q. 6. 8. art. 8. *Recta fides, inquit, ex necessitate requiritur ad Baptismum, quia sicut dicitur Rom. 3. Iustitia Dei*

Et per fidem Iesu Christi. Et infra: Ad primum ergo dicendum, quod Dominus loquitur ibi de Baptismo, secundum quod perducit homines ad salutem, per gratiam iustificantem quod quidem si ne recta fide esse non potest, et ideo signanter dicit: Qui crediderit, et baptizatus fuerit saluus erit.

VI. MENDACIVM.

PA. g. 17. in art. 16. Confess. ita habetur: *Damnant et illos, qui Evangelici perfectionem non collocant in timore Dei et fidei: sed in deserendis ciuilibus officiis.* Médacium est manifestum contra Catholicos professores ordiné religiosorum, quasi existiment perfectionem propriè consistere in deterendis ciuilibus officiis, coniugio, militia, magistratibus, & similibus. At neque veteres, neque recentiores Monachi, vñquam hoc docuerunt. Io. Cassianus collat. i.c. 7. leiuina vigilia, meditatio Scripturarum, muidas, ac priuatio omniū facultatum, non perfec̄io, sed perfectionis instrumenta sunt. B. Thomas ex Scholasticis, 2. 2 q. 18. 4. art. 3. Perse, inquit, et essentia liter consitit perfec̄io Christiane vite in caritate, principali et quidem secundum dilectionem Dei et secundario autem secundum dilectionem proximi. Et infra: Secundario, et instrumentaliter consitit perfec̄io in conciliis, que ordinantur ad remouendum impedimenta altus caritatis, que tamen caritati non contrariantur, sicut est matrimonium, occupatione negotiorum secularium, & alia huiusmodi.

Quod autem status perfectior sit eorum, qui deserūt omnia propter Christum, nec implicantur negotiis secularibus, quam aliorum, qui hoc non faciunt, & quod hic perfectior status, non imperet, sed consulatur, latit aperte colligitur ex verbis Domini, Matth. 16. vbi postquam dixerat, Si uis ad vitā ingredi, serua mandata: subiunxit, Si uis perfectus esse, uade, vende omnia que habes, &c. Nec usquam legimus: Si uis perfectus esse, uxorem ducio, capesse Rempub. &c. Hinc D. Augustinus Epist. 89. quæst. 4. Videbit, inquit, ille innenit, quemadmodum illa legis mandata seruatur. Veritatem Magister bonus, mādata legis ab ista excelleto perfectione distinxit. Ibienim dixit, si uis venire ad vitam,

serua mandata: hic autem, Si uis perfectus esse, uade, vende omnia, &c. Eusebius lib. 1. de Demonstrat. Euangel. cap. 8. declarans communem doctrinam Ecclesie Catholice, ex diuinis litteris deriuatam, Quocura, inquit, in Ecclesia, DEI, duo modi uiuendi instituti sunt. Alter quidem naturam nostram, & communem hominum vita rationem excedens, non nuptias, non sobolem, non substantiam, non opum facultate requiriens, & soli diuino cultui, ex immenso rerum caelestium amore, addictus. Et talis quidem existit in Christianissimo vita perfecta modo. Alter vero remissior atque humior, hic et modesto consilio, & soboli procreatione implicatur, et rei familiaris curam assumit, & iuste militabitibus que sint agenda describit, agros quoque et mercaturam, adiuncta religione, non neglit. Et his quidem secundus pietatis attributus est gradus.

Hoc idem ex pluribus Scripturæ, & Patrum testimoniis probate possemus, si refellere errores Confessionis, & non solum mendacia indicare, propositum nobis esset.

VIII. MENDACIVM.

PA. g. 18. in articulo 20. Confess. *Falso accusantur nostri quod bona opera prohibeant.*

Mendacium hoc esse non dubitabit, quicunque aliquid scriptorum Lutheri perlegerit. Certe in Serm. de punctione Petri sic legimus: *Si quanto sceleratior es, tanto citius DEI uis gratiam infundit.* Ibidem: *Debemus cum solo Isaac venire, id est, cum fide, seruos & afios, hoc est, opera, deorsum dimittere oportet.* Item in Serm. Sic DEI uis dilexit mundum: *Ego dico tibi, quia angusta est via, Oportet te fieri temerari uis per eam venire Ceterum qui operibus onerati sunt (sic ut consilibus onus) videmus Iacobij peregrinos) si non poterunt penetrare.* Et infra: *Si ueneris cum magnis sacris operum plenis, depone oportebit, alioquin non poteris penetrare.* Porro, ex his fontibus manarunt illa præclara dogmata, quæ Lutheri discipuli in Colloquio Altemburgensi stabilire conati sunt. *Opera bona legis, & noua obedientia, non ad regnum Christi sed ad mundū pertinent.* Ad Satanam spectant Christiani cū om-

nibus bonis operibus. Precari vero oportet, ut infide sine bonis operibus omnibus, ad finem usque constanter perseueremus. Ad ea necessaria illa non sunt, ut etiam ad salutem incommodeant, sive que perniciosa. Deinde, Catholici non tam Lutheranos accusent, quod prohibeant opera bona, quam quod ea contemnunt, & cum Eunomio antiquo haeresiarcha, immo etiam cum Simone Mago, haereticorum omnium principe, non necessaria ad salutem esse, doceant. Ac de Eunomio quidem testis est Augustinus in libro de haeresibus, cap. 54. de Simone Irenaeus, lib. 1. cap. 20. de Luthero, liber ipsius de captiuitate Babylonica, cap. de Baptismo: Liber de libertate Christiana: Sermo de Moysi, Commentarii in Epist. ad Galatas.

VIII. MENDACIVM.

PAg. 19. in articulo 20. Confess. Iubent (Catholici Doctores) mereri remissionem peccatorum operibus. Si de merito operum illorum, quæ sunt solis naturæ viribus, sermo sit: de quo merito articulum intelligendum esse, consequentia verba declarant: insigne est mendacium Philippi. Non enim id habet Catholica doctrina, ut operibus illis, quæ sunt sine fide, & auxilio Dei gratuito mereri possint homines remissionem peccatorum, & contra hæc operum merita defendit S. Augustinus gratiam & iustitiam fidei: nec non etiam S. Prosper in libris de vocatione gentium, quos libros imperie Philippus tribuit Ambroso, cum in iis libris nominatum refellantur Pelagiani, qui post Ambrosij obitum orti sunt. Si vero de illis operibus agatur, quæ ex fide & gratia Dei proficiuntur, fatemur quidem nos illis operibus aliquo modo mereri remissionem peccatorum. Sed idem fatentur Propheta, Evangelista, Patres: Exech. 18. Cum ameriter si impius ab impietate sua, ipse animam suam iustificabit. Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Ionæ 3. Vidi Deum opera eorum, & misertus est eis. Luca 11. Date elemosynam, Ecce omnia munda sunt vobis. Luca 7. Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Ambroslib. 10. in Lu-

cam. lacryme veniam non postulant, sed merentur. Et infra: Et tu si veniam vis mereri, dilue culpam tuam lacrymis, &c. Hieronymus lib. 2. contra Pelagianos: Qui peccata simpliciter confitetur, meretur humilitate clementiam Salvatoris. Augustinus Epist. 105. Nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est: si fides hanc impetrat, neque enim nullum est meritum fidei: qua fide ille dicebat, Deus propitiatus esto mihi peccatori, & descendit iustificatus merito fideli humiliatus, quoniam qui te humiliat, exaltabitur. Reslat igitur, ut ipsam fidem, unde omnis iustitia sumit initium, non humano, quo isti extolluntur, tribuanus arbitrio, nec ullis praecedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quæcumque sunt merita, sed gratuitum Dominum Dei esse fateamur, si gratiam veram, id est, sine meritis, cogitamus. Et epist. 170. Si quis dixerit, quod gratiam beneoperantis fides mereatur, negare non possumus, immo gratissime confitemur. Gregorius in lib. 1. Reg. lib. 3. cap. 4. Dum Ni-niuit, veluti pro difficulti reconciliatione, graui penitentia se deiciunt, omnipotentis Dei misericordiam facile meruerunt. Sanctus etiam Thomas, ex Scholasticis, cum praedictis Patribus docet, iis operibus, quæ sunt ex fide, & auxilio Dei, mereri nos aliquo modo iustificationem à peccatis 2. Sentent. distinct. 27. quæst. 4. in resp. ad 4. Quod tamen constanter negat de illis operibus, quæ sunt solis naturæ viribus. I. 2. quæst. 109. art. 6. & q. 114. art. 5. Huc accedit, quod illis etiam operibus, quæ sunt ex fide, & auxilio Dei, non tale tribuimus meritum, vt ei respondeat ex iustitia merces, sed meritum solum imprecatio-nis, ut Augustinus loquitur, quod Scholastici meritum de congruo, non de condigno nominare solent. Neque in hoc vlla est inter Catholicos dissensio. Et Concil. Tridentin. sess. 6. cap. 8. de hoc genere meriti aperte pronunciat, ideò gratis iustificari homines, quia nec fides, nec opera, quæ iustificationem praecedunt, ipsam merentur. Sed paradoxum videtur aduersariis, quod homo operetur ex fide, & nondum sit iustificatus à peccato, cum apud ipsos ita fides sola iustificet, vt separari nequeat fides à iustificatione. At non illi paradoxum vide-tur, qui ex fide orantes dicunt: Dimitte nobis debita nostra, Matth. 6. Nec illi paradoxum hoc videbatur, qui

ex fide orabat: Deus propitius esto mihi peccatori, Luc 18
Nec denique Augustino paradoxum hoc erat, cum scri-
beret in Epist. 105. Nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo
merito est, si fides hanc impetrat.

IX. M E N D A C I V M.

Et quidem multiplex.

Pag. 18. & 19. in eodem articulo 20. multa simul cōglomerantur mendacia, vt, *Quod nostri concionatores olim parum docebant de operibus, que Deo placent, quod tantum virgerent puerilia, & non necessaria opera, quod nunc à Lutheranis admoniti, hęc dediscant: quod iam incipiunt fidei mentionem facere, quod doctrina fidei diu iacuerit & nota.* Scilicet, non legerat Philippus sermones S. Bernardi, Petri Damiani, Innocentij III. Thomas Aquinatis, Vincen- tij, Bernardini, Laureatij Iustiniani, & aliorum innumerabilium, in quibus de Symbolo, de Decalogo, de oratione Dominica, de omnibus vitiis, omnibusque virtutibus grauissimæ disputationes continentur. Sed facile est dicere, & non probare.

X. M E N D A C I V M.

Pag. 21. in articulo 21. Confess. *Hec ferè summa est doctrine apud nos, in qua certi potest nihil inesse, quod discrepet à Scripturis, vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, quatenus ex Scriptoribus nostra est.* Ad hoc mendacium conuincendum, non erit opus ut extra articulum istum vigesimum primum egrediamur. Hic enim assertunt, non esse à Sanctis auxilium petendum, eò quod vñus sit intercessor Christus. In quo quidem articulo, manifestè dissentient à Scripturis, ab Ecclesia Catholica, & ab Ecclesia Romana. Nam eti vñus est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, & ideò vñus mediator, quia dedit semetipsum redēptionem pro multis, 1. Tim. 2. Nec vñus Catholicorum docuit vñ-

quam Sanctos esse mediatores per modum redēptionis: tamen vñum esse tantum intercessorem, vñum ad uocatum, vñum qui interpellet pro nobis, imò etiam vñum tantum mediatorem per modū supplicationis, non modò Scriptura non dicit, sed etiam ita dicentibus aperi- tiissimè contradicit, Iob. 5. *Voca si quis est, qui tibi respondeat,* & ad aliquem Sanctorum conuertere, rbi Angeli sunt intercessores hominum, teste August. in annotationibus in Iob. non igitur solus est intercessor Christus. Deuter. 5. Ego, inquit Moyses, sequester fui, & medius inter Deum, & vos, in illa die, 1. Reg. 7. dicunt filii Israël ad Samuel: *Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum.* Iob. ultmo: *Ite ad sernum meū, ille orabit pro vobis: suscipiam faciem eius.* Rom. 15. obsecro vos fratres, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum. Idem repetit. 2. Cor. 1. Coloss. 4. Ephes. 6. Heb. 13. Quomodo igitur vñus est tantum intercessor, cùm & Iob, & Moyses, & Samuel, & tot Romani, & tot Corinthij, tot Colossenses, tot Ephesij, tot Hebrei adhibentur intercessores? At, inquit, de mortuis agimus, non de viuentibus. Sed si idè mortui inuocandi non sunt, nec esse possunt intercessores, ne Christo gloria singularis intercessionis detrahatur, eadem de causa nec viuentes inuocandi erunt, nec esse poterunt intercessores. Deinde, si viuentes in terris inuocari possunt, cur nō magis viuentes in cœlis? An fortassis idè, quia non valeant, aut non velint illi pro nobis orare, aut certè ne- sciant quid petamus? Sed nec corum felicitas patitur, vt non valeant, nec caritas finit, vt non velint, nec pos- sunt ignorare preces ad se porrectas, cùm non ignorent pœnitentiam peccatum. Gaudium enim est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agentem, Lucas 15. Iam verò Concilium Chalcedonense, Concilium Ecclesiæ Catholicæ fuisse, & Concilium Orthodoxum, genera- le, plenissimum, aduersarij non negant. Concilium au- tem istud Aector. 11. ita clamat: *Flauianus post mortem vi- nit, Martyr pro nobis oret.* Eusebius Cæsariensis Catholicæ Ecclesiæ communem doctrinam tradens, libro 13. Präparat. Euangelicæ, cap. 7. *Hæc nos, inquit, quotidie facti- tamus, qui vera pietatis milites, ut Dei amicos honorantes, ad*

monumenta quoque ilorum accedimus, votaque ipsis facimus, tanguam viris sanctis, quorum intercessione ad Deum, non parvus iunari profitemur. Sanctus Basilius ad Catholicam Ecclesiam verba faciebat, cum dicaret, oratione in 40. Martyres: Qui aliqua premitur angustia, ad hos consurgit, qui tursum letatur, hos ore: ille, ut a malis liberetur: iste, ut duret in rebus letis. Sanctus Ambrosius, in libro de Viduis, Catholicas viduas instituebat, cum ita scriberet: Observandi sunt Angeli, qui nobis ad presidium datti sunt, Martyres observandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vindicare, possint pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine, etiam si qua habuerint peccata, lauerunt. Iste enim sunt Dei Martyres, nostri presules, speculatores vita, actuosque nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostre infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis, etiam cum vincerent, cognoverunt. S. Augustinus, tractatu 84. in Ioannem, tribus penè verbis tria aduersarij ritorum dogmata conuelliit, de Sacrificio altaris, de Oratione pro defunctis, de inuocatione Sanctorum: Idem quippe, inquit, ad ipsam mensam, non sic eos (Martyres) commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis oremus, sed magis, ut ipsis pro nobis oremus. Denique, Theodosius Imperator, Orthodoxus & pius erat, ut etiam aduersarij confitentur, & tamen de eo sic scribit Rufinus, lib. 2. Historiar. cap. 33. Circumbat cum sacerdotibus & populo omnia orationum loca, ante Martyrum & Apostolorum thecas iacebat, cilicio prostratus, & anxilla fida Sanctorum intercessione poscebat. Et de eodem Chrysostomus, Homilia 66. ad populum Antiochenum: Nam & ipse, qui purpuram indutus est, accedit, illa complexurus sepulchra, & fastu deposito, stat Sanctis supplicaturus, ut pro se apud Deum intercedant, & scenarum fabrum, & pescatores, ut protectores orat, qui diademate redimuntus incedebat. Viderint ergo qui negant, Sanctos esse orandos, an ab Ecclesia Catholica non dissentiant.

Quod autem ab Ecclesia Romana, quatenus ex antiquis Scriptoribus nota est, pariter dissentiant, ex Leone & Prudentio, ut certos omittamus, notissimum est. Leo siquidem, qui Episcopus Romanæ Ecclesie ante mille & centum annos fuit, & propter sanctitatis, & sapientiae,

tiz, atque etiam eloquentiaz excellentiam, Magnus dicti meruit, Romanam Ecclesiam ita instituebat, Sermone 5. de Epiphania: Confirmate amicitias cum sanctis Angelis, & Patriarchis, Prophetis, Apostolis, Martyribusque sociamini. Horis diuinis concupiscite, & per bonam emulationem ipsorum ambitus suffragia. Et Serm. 1. de natali SS. Petri & Pauli. Sic ut, inquit, et nos experti sumus, & nostri probauere maiores, credimus atque confidimus, inter omnes labores istius vita, ad obtinendam misericordiam Dei, semper nos specialium patronorum orationibus adiuuandos. Prudentius in hymno de S. Laurentio, de Romana Ecclesia loquens, ita cecinit:

*Quod quisque supplex postulat,
Fert impetratum prosperè,
Et tristis has illius redit,
Enpresso semper adfies,
Tuosque alumnos urbicos
Laetante complexus finis,
Paterno amore nutritas.*

Quale igitur & quam impudens mendacium est huius Confessionis, quæ in eo ipso articulo affirmat, in nulla parte doctrinæ dissentire se à Scripturis, vel Ecclesia Catholica, vel Ecclesia Romana, in quo articulo, Sanctorum inuocationem oppugnat, quam & Scripturæ, & Ecclesia Catholica, & Ecclesia Romana aperte simile docuerunt. Neque verò hoc vnum est, in quo discrepat Confessio Augustana, à Confessione Catholice & Romanæ Ecclesiæ. Nā nec de ipsa Ecclesia, nec de peccato Originis, nec de Iustificatione, nec de Sacrificio, nec de Sacramento Eucharistie, nec de aliis Sacramentis consensio est. Sed vnum sufficiebat, ad mendacium deterendum.

XI. MENDACIVM.

PAG. 22. in articulo 21. Confess. Apud nos, (inquit) magna ex parte veteres ritus diligenter obseruantur. Falsa

enim calumnia est, quod omnes ceremonie, omnia vetera instituta, in Ecclesijs nostris aboleantur. Quale sit hoc mendacium, nullo negotio intelliget, qui conferre voluerit cum presenti statu Ecclesiarum Protestantum, ea quæ de ritibus Ecclesiæ scripta reliquerunt Tertullianus, Basilius, Epiphanius, Augustin⁹, aliquæ veteres Scriptores. Certe Tertullianus in libro de corona militis, inter Ecclesiasticas ceremonias numerat, ante Baptismum renunciare diabolo, & pompis eius, ter mergi in sacro fonte, oblationes anniversarias prodefunctis facere, ad omnem progressum fronte crucis signaculo terere. Basilius lib. de Spiritu sancto ad Amphilochium, cap. 27. inter Ecclesiæ ritus ponit, orare ad Orientem, cruce signare, inuocationis verba dum ostenditur Eucharistia, benedictionem aquæ baptismatis, benedictionem olei unctionis, benedictionem eius qui baptizatur, trinam immersionem, &c. Epiphanius in compendaria doctrina Ecclesiæ, primo loco ponit virginitatis professionem, deinde etiam viduitatis, tum solitudinem Anachoretarum, ieiunia quartæ & sextæ feriæ, ieiunium quadragesimæ, arctiorem abstinentiam in sacra hebdomada passionis Dominiæ, memoriam defunctorum in precibus, nocturnas & matutinas Psalmorum, & Hymnorum celebrationes, varia Monachorum instituta, quorum alij à carnisbus abstineant, alij etiam ab ovis, alij etiam à piscibus, &c. Denique, August. mentione consecrationis aquæ per signum crucis, lib. 6. contra Iulianum, cap. 8. Exorcismi & exsufflationis, lib. de gratia Christi, cap. 40. Unctionis, qua vitur in Baptismo, lib. 1. quæst. Euang. cap. 40. Item Chrismatis, quo inungimus post Baptismum, lib. 15. de Trinit. cap. 26. Signo crucis, quo benedicuntur Chrisma, & quo signamur in fronte, dum Sacramentum Confirmationis accipimus. In Psal. 141. & tract. 118. in Ioan. A qua miscenda vino in sacro calice, lib. 4. doctrin. Christ. cap. 21. Ieiunij 4. & 6. feriæ, Epist. 86. ad Casulanum. Ieiunij quadragesimalis, in Psal. 110. Delectus ciborum in diebus ieiuniorum, lib. 3. contra Faustum, cap. 5. Voti continetia etiam post coniugium, Epist. 45. ad Armentarium.

Voti virginitatis, lib. de sancta virginitate, cap. 29. Votum paupertatis, lib. 17. de Ciuit. Dei, cap. 4. Monachorum, & Anachoretarum, lib. de moribus Ecclesiæ, cap. 31. Voti Monachorum, in Psal. 75. & 99. Peregrinatum ad loca sancta, Epist. 137. ad clerum & populum suum. Porro, hæc & similia, quæ in vetere Ecclesia in usu erant, & nunc etiam in Ecclesia Catholica locum suum retinente, à Lutheranis non modò non seruantur, sed etiam irritantur, & tamen in Confessione dicere audent, veteres ritus à se diligenter seruari, & falsam esse calumniam, quod omnium veterum instituta atque omnes fermè ceremonias aboleuerint.

XII. MENDACIVM.

PAg. 22. in præfatione de abusibus mutatis: *Cum Ecclesia, inquiunt, apud nos de nullo articulo fidei dissentiant ab Ecclesia Catholica, tantum paucos quosdā abusus omittant, &c.* Hæc verba mendacijs arguuntur ab ultima parte huius Concordiæ. vbi ea de Christo docent, quæ cum Symbolo Apostolico, Niceno, & Athanasij aperte pugnant, ut suprà iam ostendimus. Illud autem nō est prætereundum, quod cùm dicunt, se ab Ecclesia Catholica non dissentire, nisi propter paucos eosque nouos abusus: si per Ecclesiam Catholican intelligunt eam, quæ nunc parat Romano Pontifici, fatentur se extra Catholican esse. Et sanè viderint ipsi, an propter paucos abusus ab Ecclesia Catholica separari licuerit. Si verò per Catholican intelligunt antiquam aliquam Ecclesiam, mentiuntur, cùm dicunt, hos abusus esse nouos: fuerū enim in antiqua Ecclesia, si illa est ea Catholica, à qua non dissentient, nisi ratione abusuum.

XIII. MENDACIVM.

PAg. 23. in articulo de coniugio sacerdotum: *In Germania, inquiunt, primum ante annos 400. Sacerdotes*

*ri coacti sunt ad calibatum. Quod idem repetit Philip-
pus in Apologia. At exstat Concilium Moguntinum,
celebratum in Germania tempore Arnulphi Imperato-
ris, ante annos 600. cuius decimus canon statuit, ut nul-
la penitus mulier, nesoror quidem aut mater, cum Ec-
clesiasticis habitare permittatur. Exstat Gonciliū
V Vormatiense, in Germania ante annos 700. celebra-
tum, cuius nonus canon ita habet, *Placuit, ut Episcopi, Pres-
byteri, Diaconi, & Subdiaconi abstineant se ab uxoribus, & non
generent filios: quod si hoc decretum violauerint, ab honore clericatu-
tus pellantur.* Exstat Concilium Aquisgranense, tempo-
re Ludouici Pij celebratum, anno Domini 816. id est, an-
nis 714. ante Confessionem Augustanam, in cuius Con-
cilio Can. 6. indicitur Subdiaconis perpetua continen-
tia: & quod de Subdiaconis dicitur, sine dubio de altiori-
bus gradibus intelligitur. Exstat denique Epistola Za-
chariae Romani Pontificis, ad Bonifacium Episcopum
& Apostolum Germanorum, scripta ante annos 800.
vbi sic legimus: *A die suscepti Sacerdotij, etiam ab ipso proprio
coniugio prohibendi sunt.* Cuius legis meminerunt etiam
Magdeburgenses, Cent. 8. cap. 10. col. 704. Mendacium
igitur Confessionis tot testibus refutatur, quot Episco-
pi in tribus supra citatis Conciliis considererunt, addito
etiam Romani Pontificis testimonio.*

XIV. MENDACIVM.

PAG. 24. in eodem articulo de coniugio Sacerdo-
tum: *Et res, inquit, gesta est tam inciviliter, ut non se-
culum in posterum coniugia prohiberentur, sed etiam praesentia, ci-
tra omnia iura diuina & humana, contra ipsos etiam canones,
factos non solum a Pontificibus, sed a laudatisinis Synodus distra-
herentur.* Et hoc numerari potest inter illustria mendacia
Confessionis. Duæ sunt enim quæstiones de coniugio
Sacerdotum: Vna, an liceat post sacros ordines suscep-
tos, vxorem ducere: Altera, an liceat ei, qui duxit vxo-
rem ante sacrâ ordinationem, simul & sacerdotio & cō-
iugio operam dare. Ac de prima quidem quæstione Lu-

therani omnes, & verbis & factis respôdent, licere. Sed
hoc, ex sententia veterum canonum, quos vel Concilia,
vel Pontifices ediderunt, velle defendere, nimis aperta
impudentia est. Nam etiâ Græca Ecclesia, quæ tamen in
hac parte semper liberalior fuit, & damnat, & omni
tempore damnavit coniugia post ordinationem. Exstat
Concilium Neocæsaricense, ante annos 1200. celebratum.
In cuius primo Canone sic legimus: *Presbyteri si uxorem
duxerit, ordine suo mouseatur. Et Synodus Tulliana, Canone
6. prohibet, ne Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaco-
ni, post ordines susceptos, vxorem ducere præsumant.*
Quam candem prohibitionem legimus in Synodo Ro-
mana sub Sylvestro. Can. 8. In Concilio 2. Toletano cap.
1. in Canonibus Apostolorum, Can. 27. in Decreto Ca-
lixi I. apud Gratianum dist. 27. Can. Presbyteris. In
Epist. 82. Leonis primi ad Anastasiū, Thessaloniæ Epis-
copum; cap. 4. Et in Epistolis Gregorij I. lib. 1. Epist. 42.
Nec vla fuit vñquam dc hac re in Ecclesia Catholica
diffensio. Adde, quòd hoc ipsum affirmat Paphnutius
& Vdalricus, quos aduersarij pro sua causa oportune
& importunè adducere soleant. Scribunt enim Socra-
tes lib. 1. cap. 8. & Sozomenus lib. 2. cap. 22. Paphnutium
in Concilio Nicæno, dum sententiam suam de coniugio
clericorum explicaret, inter alia dixisse, oportere iux-
ta veteres canones, Ecclesiasticis prohibere, vt post sa-
cram ordinationem vxores ducant. Vdalricus quoque
in Epistola ad Nicolaum, quâ referunt Magdeburgen-
ses, & sèpius inculcant, Cent. 6. cap. 7. col. 388. Et cap.
10. col. 686. Et Cent. 9. cap. 10. col. 540. aperte docet, nō
licere Presbyteri & Monachis vxores ducere, & si du-
xerint, debent separari. Et quanquam nec historiam Pa-
phnutij, nec Epistolam Vdalrici omnino non proba-
mus: tamen ostendere volui, in quæstione de nouis nu-
ptiis sacerdotum, non solum à nostris, sed etiam à suis
patronis aduersarios refutari.

Iam verò de altera quæstione: An videlicet liceat sa-
cerdotibus, liberis operam dare? Philippus affirmat, &
quidem ita, vt subtrahere sacerdotibus coniugium, esse
contendat cōtra veteres Canones, quos tam Pontifices,

quām laudatissimā Synodi condiderunt. Mirum autem est, cur nec in confessione, nec in *Apologia*, vllū talem protulerit canonem. Nōs enim ē contrario, omnes Ecclesiarum canones proferre possumus, qui omnē vsum vxorum sacratis hominibus interdicunt. Ex quibus Philippī mendacium euidentissimē confutatur.

Ac primū ex Orientali Ecclesia, proferimus Nicenum Concilium I. in cuius Cōcilij 3. canone prohibetur Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ne vllam domi mulierem habeant, pr̄ter matrem, aut sororem, aut amitam. Vbi nulla vxoris fit mentio, quā tamē primo loco nominari debuit, si eius cohabitatio sacerdotibus licita esset. Ac eam mentem Nicenī Concilii fuisse, tribus testibus fide dignissimis comprobabimus.

Basilius enim in Epistola ad Georgium, ex huius canonis sententia, pr̄dictum Georgium ab vxore separari pr̄cipit. Epiphanius in hæresi 59. quā est Catharorum, ita scribit: *Sed et adhuc viuentem, et liberos gigantem uniuersorū virū, non suscipit; sed cum qui se ab una cōtinuit, aut in viduitate vixit, Diaconum, et Presbyterum, et Episcopum, et Hypodiacaonum, maximē vbi sinceri sunt Canones Ecclesiastici.* At dices mihi, in quibusdam locis adhuc liberos gigante Presbyteros, et Diaconos, et Hypodiacaonos, at hoc non est iuxta Canones: sed iuxta hominum mentem, quā per tempus elonguit. Hieronymus in lib. contra Vigilantium: *Quid facient, inquit, Orientis Ecclesiæ? quid Ægypti, & seūs Apostolice, quā aut virgines clericos accipiunt, aut si uxores habuerint, mariti esse desflunt?*

Ex Ecclesia Africana testem habemus Concilium II. Carthaginense, Can. 2. vbi sic legimus: *Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, vñl quas Sacraenta contractat, pudicitie custodes, etiam se ab uxoribus abstineant, ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus.* Idem habet Concil. Carthaginense V. Can. 3. & Concil. Africanum, Canone 77. His subscribit Augustinus, qui in lib. 2. de adulteriis coniugiis, cap. 20. *Solemus, inquit, eis proponere continentiam clericorum, qui plerumque ad eam sarcinam subeundam capiuntur insiti, etiamque susceptam usque ad debitum fiuem, Domino adiuuante, producunt.*

Ex Ecclesia Hispanica testem habemus Concilium Elibertinum antiquissimum, Can. 3. Toletan. II. Can. 1. Toletan. 4. Can. 26. Toletan. VII. Can. 6. quā etiam Subdiaconis vsum vxorum prohibent.

Ex Ecclesia Gallicana testem habemus Concil. Arlatense II. ante annos 1200. celebratum, in cuius II. canone cauetur, *Ne vllus coniugatus ad sacerdotium assumatur, nisi continentiam ab uxore promiserit.* Item Aurelianense III. canone 2. *Vt nullus, inquit, clericorum à Subdiacono & supra, propria, si forte iam habeat, misceatur uxo.* Quod idem pr̄cipiunt Agathense Concilium can. 92. Turomense I. can. 1. & 2. & Turonense II. can. 20.

Ex Ecclesia Germanica iam supra citauimus tria antiqua concilia: Aquisgranense, VVormatiense, Mogenitum.

Ex Ecclesia Anglicana testem habemus Bedam, quilib. 3. de tabernaculo, cap. 9. *Nemo, inquit, potest vel sacerdotium suscipere, vel ad altaris ministerium consecrari, nisi aut virgo permanensit, aut contracta cum uxore matrimonij fædera soluerit.*

Ex Ecclesia denique Italica, testem habemus D. Ambrosium, quilib. 1. de officiis cap. vlt. *Inoffensum, inquit, exhibendum, & immaculatum ministerium, nec ullo consuagali coitus violandum cognoscitis.* Item Siricium Papam in epist. ad Himericum cap. 7. Innocentium I. in epist. ad Victoricum cap. 9. & ad Exuperium cap. 1. Leonem I. in epist. 90. ad Rustic. cap. 3. & Gregorium I. lib. 3. epist. 34. *Sed verba Leonis audiamus in epist. ad Anastasiū Thessalonensem episcopum:* *Omnium, inquit, sacerdotum tam excellens est electio, vt hec, que in aliis Ecclesiæ membris vacant à culpa, in illis tamen habeantur illicitas.* Cum enim extra clericorum ordinem constituti, noptiarum societati, et procreationis filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfecte continentia puritatem, nec Subdiaconis quidem carnale connubia conceditur, vt & qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares et innupti.

Hic accedunt exempla totius antiquitatis, quotquot enim ab Apostolicis temporibus Episcopi, & Presbyteri celebres & laudati fuerunt, omnes omnino aut

vxorem nunquam duxerunt, vt Athanasius, Basilius, v-
terque Gregorius, Chrysostomus, Ambrosius, Hierony-
mus, Augustinus, Leo, & alij innumerabiles: aut vxores
quidem habuerunt, sed illis post susceptum sacerdotium
operam non dederunt, vi Gregorius pater Gregorij
Theologi, Hilarius, Paulinus, & alij non pauci. Certe,
vnum aliquem laudatum Episcopum, Presbyterum,
Diaconum, Subdiaconum, aut monachum, qui duxerit
vxorem, aut ex vxore antea duxta, filios procreauerit,
adhuc aduersarij inuenire in tota antiquitate minimè
potuerunt. Videt igitur Confessio contra quos cano-
nes Pontificij agant, cum sacerdotes non patiuntur nu-
ptiis & procreationi operam dare.

XV. M E N D A C I V M.

PAG. 25. in eodem articulo: *Hinc, inquiunt, capitalibus
paenitentia excruciantur sacerdotes, contra canonum voluntatem,
nullam aliam ob causam, nisi propter coniugium.* Si hoc
non est mendacium, proferant aduersarij, vel vnum ca-
nonem vbi prohibitum sit, ne sacerdotes excrucientur,
si vxorem ducere tentauerint. Nos enim iam canones
multos produximus, in quibus indicitur continentia sa-
cerdotibus; & sanè contra canones esse non potest, si
pœna statuatur in canonum violatores. At, inquit Phi-
llipus in Apologia, *Canones tantum suspendunt ab officio,
vos autem suspenditis ab arboribus.* Ergo fatetur in primis
Philippus, Lutherum præceptorem suum, & omnes
alios noui Euangelij ministros, qui vxoribus carere no-
luerunt, ex canonum sententia, suspensos ab officio fuisse,
& cum nihilominus officio fungi voluerint, contumaces & rebelles, contra leges omnium Ecclesiastium
extitisse, propter quod crimen, iure sanè ab arboribus
suspendi potuissent. Deinde, neque est verum, antiquos
canones solùm ab officio suspendisse. Exstat enim Ca-
non i. II. Concilij Toletani, vbi statuit, vt qui post
facios ordines vxorem ducunt, aut ad eam redeant, à cu-
iis contubernio iam recesserant, aut sacrilegij rei ab

Ecclesia habeantur extranei. Et in Concilio Toletano
VIII. Can. 6. qui post facios ordines vxoribus copulan-
tur, iubentur sub penitentia oneribus usque ad extre-
num vitæ ad monasteria relegari. In Concilio vero Tu-
ronensi, II. ante 1000. annos celebrato, Can. 6. haben-
tur haec verba de Monachis' (qualis Lutherus, Bucerus,
Martyr, Ochinus, & alij fuerunt ex Euangelicis) *Si quis
in monasterio conuersus fuit, nullatenus habeant licetiam euagan-
di, nec quod absit, ullus eorum coniugem ducere.* Nam si vxorem
duxerit, excommunicetur, & de uxori male sociata & consortio,
etiam iudicis auxilio, separetur: *qui infelix Monachus,* tali con-
iunctione fædatus, si per cuiuscumque patrociniū se coniugis fuerit
defensare, *et si quis in hac pertinacitate perdurat,* & illi qui
eum suscepserint defensandum, ab Ecclesia segregentur donec re-
vertatur ad septa Monasterij, & indictam ab Abbate, quandiu
præceptum eis fuerit, agat penitentiam, *et post satisfactionem re-
vertatur ad gratiam.* Scribit Gregorius Turonicus, lib. 4.
historiae Francorum, cap. 4. Insignem quendam Comi-
tem, qui dimisso, ex consensu mutuo, vxoris thoro, sa-
cris ordinibus initiatus fuerat, ac deinde ad diabolo in-
stigatus ad eandem redire præsumperat, mox fuisse una
omnium Episcoporum sententia excommunicatum. Et
multa similia vel exempla, vel decreta proferri possent
si necessitas postularet.

Accedit postrem, quod nūquam Ecclesia sacerdotes
puniuit propter coniugiā, (vt mentitur Philippus) sed
propter sacrilegia. Sicut enim (vt Aug. dicit, in libro de
bono viduitatis, capit. 9.) Non damnantur viduæ, que
nubunt post votum, quia coniugalem fidem posterius
inierunt, sed quia continentia primam fidem irritam
fecerunt: Sic etiam non punit Ecclesia sacerdotes, quia
coniugium inire volunt: sed quia coniugium post so-
lemne votum cōtrahendo, non verum coniugium con-
trahunt, sed sacrilegium committunt. Esti Augustin. in
eodem libro, cap. II. lapsus viduarum, quæ post simplex
votum continentia nubunt, adulterijs peiores esse
dicit: quid de lapsu Sacerdotum dicere, qui post so-
lemne votum vxorum nomine concubinas ducendo,

couiugium simul & sacerdotium violant? Quod si contendant, ut faciunt, vota continentia non esse seruanda, iam non sacrilegi solùm, sed etiam hæretici sunt, & merito ab arboribus suspendi possunt, cùm Apostolo contradicant, dicent i. Timoth. 5. Adolescentiores vidua deuita cùm enim luxuriae fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: quem locum de voti continentia violatione esse intelligendum, docent duo antiqua Concilia, Carthaginense IV. Canone 104. Et Toletan. IV. Cano. 55. Duo antiqui Pontifices, Innocentius I. in Epist. 2. cap. 23. Et Gelasius I. in Epist. 1. cap. 23. Omnes interpres huius loci, Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, Oecumenius, Ambrosius, Sedulius, Primasius, Beda, Haymo, & ceteri denique Patres, Tertullianus de Monogamia, Basilius de virginitate, Epiphanius hæret. 48. Hieronym. lib. 1. in Iouinianum, Augustinus de bono viduitatis, capitulo 8 & 9.

XVI. MENDACIVM.

PA g. 25. in eodem articulo : *Cyprianus*, inquiunt, suadet, ut mulieres nubant, que non servant promissam castitatem. Verba eius hec sunt, lib. 1. Epist. 11. Si autem perseverare nolunt, aut non possunt, melius est vt nubant, quam vt in ignem delitii suis cadant. Mendacium hoc esse, & Cyprianum non de iis loqui, quæ continentiam voleant, sed de iis, quæ adhuc deliberant, quid sint factura, & interim extra matrimonium impudicè vivunt, multis modis idem Cyprianus docet. Primo, quia non ait, si perseverare nolunt, aut non possunt, que promiserunt Christo continentiam. Sed simpliciter, si perseverare nolunt, aut non possunt, melius est nubant, quam vt in ignem delitii suis cadant, id est, si perseverare nolunt, melius est, vt non voleant, quam vt voleant, & votum non impleant. II. Quia in sequentiis verbis idem Cyprianus coniugia detestatur carum, quæ se Christo dicauerant: Christus, inquit, Dominus & index noster, cùm virginem suam sibi dicatam iacere cum altera

cernit, quam indignatur, & irascitur, & quas penas incestis eiusmodi coniunctionibus comminatur? III. Quia cùm Cyprianus sub disunctione loquatur, & dicat, si perseverare nolunt, aut non possunt. Si de iis loqueretur, quæ continentiam promiserunt, videretur velle dicere, licitum esse iis, pro arbitrio vota violare, si tantum nolunt perseverare etiam si possint: quod certè nemo sanus admittet. Accedit, quod non est vlo modo credibile, aut sensibile Cyprianum de isto loco Apostoli: *Melius est nubere, quam viri: quam quod postea sensit* Augustinus, qui tractans eundem locum lib. 1. de adulterinis coniugis cap. 15. Illis, inquit, que se non continent, expedit nubere, & quod licet, expedit. Multo verò minus credibile est, alium Cyprianum Carthag. Episc. de voto continentia docuisse, quam ante eum Tertull. docuerit, & post eum omnes patres, ac præcipue CCXIV. Episcopi Afric. qui in IV. Carthag. Concilio conuenerunt, quorum testimonia paulò ante citauimus.

XVII. MENDACIVM.

PA g. 25. in articulo de Missa. Falso, inquiunt, accusant Ecclesia nostra, quod Missam aboleant: retinetur enim Missa apud nos, & summa reverentia celebratur. Concordent, si possint, huius Concordiæ auctores hæc sua verba, cum illis aliis verbis suis, quæ habentur pagina 279. inter articulos Smalcaldicos. Curetur, ut publicè hominibus ostendatur, Missam vt rem commentitiam, seu humanum figuratum, posse sine peccato amitti. Et pag. 280. Abroganda merito Missa est. Et pag. 281. Ceterum, Draconis cauda ista (Missam intelligo) peperit multiplices abominationes, & idolatrias. Si igitur Missa res est vobis commentitia, & hominū figuratum, & cauda draconis, & merito obroganda, cur eam non abrogatis? aut si eam iam dudum abrogatis, nec vllus ei apud vos locutus conceditur, cur tam splendide mentimini? Dicitur fortasse, Pontificiam Missam, id est, oblationem Corporis Dominici pro viuis & mortuis, à se abrogatam, Lutheranam autem,

id est, Eucharistiae distributionem, retineri, & summa reuerentia celebrari. At non accusantur Ecclesia vestra, quod Eucharistiae distributionem aboleant, sed quod sacrificium è medio tollant, quod omnibus seculis in Ecclesia fuit. Itaque si per Missam intelligitis Cœnam Dominicam, mendacium est, quod accusamini: Si vero sacrificium, mendacium est, quod accusamini.

XVIII. MENDACIUM.

Pag. 27. in eodem art. *Accesit*, inquit, *opinio*, quod Christus satisfecerit sua passione pro peccato originis, & instituerit Missam, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis mortalibus & venialibus. Hinc manavit, quod Missa sit opus tollens peccata virorum & mortuorum ex opere operato. Multa sūt in his paucis verbis, vel absurdā, vel mendacia, vel pugnantia cum superioribus partibus huius libri. Primum enim, quis ante hoc tempus audiuīt, Peccata mortalia vocari delicta quotidiana? Sane D. Augustinus in Enchirid. cap. 71. distinguit peccata quotidiana, à sceleribus, & illa leuia, brevia, & minima vocat. Deinde impudenti mendacio tribuitur Catholicis doctoribus illa diuisio, quod Christus passione sua satisfecerit solum pro peccato originis: pro actualibus autem instituerit Missam. Nemo enim Catholicorum nunquam sic docuit, sed credimus, & profitemur, Christum in cruce pro omnibus omnino peccatis satisfecisse, tam originalibus, quam actualibus: quia tamen meritum passionis eius non prodest, nisi certa aliqua ratione applicetur, (si enim nulla requiritur applicatio, cur non omnes homines saluantur, cum sanguis Christi fuerit propitiatio, pro peccatis totius mundi, i. Ioannis 2. Neque vero sola fide applicari potest, alioqui mentiretur, qui dixit: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei*. Ioan. 3.) Propterea docet Ecclesia Catholica ad peccata expianda, siue ad meritum Passionis Christi hominibus applicandum, instituta esse varia Sacraenta, & ipsum etiam Corpo-

ris Domini sacrificium, quæ omnia ex opere operato utilia sint, & ad peccatorum purgationem conduceant, licet non æqualiter nec eodem modo. Quod vero hic negat Philippus, Missam valere ex opere operato, & apertius Lutherus in articulis Smalcaldicis, qui huic ipsi operi inserti sunt, repugnat articulo Confessionis 8. & hæresin Donatistarum renouat. Nam cum in hoc articulo de Misla, Missam à se retineri, & summa reuerentia celebrari dicunt, certè Missam utilem esse credunt. Non autem volunt utilem esse ex opere operato: Ergo ex opere operantis vim illius pendere existimant. Ad hæc hæresis est Donatistarum, quam nominatim artic. 8. damnauit Aug. Confessio. Vbi etiam afferuit: *Verbum, & sacramenta, utilia & efficacia esse ex institutione Dei*, siue fer bonos, siue per malos ministros exhibeantur. Et hoc ipsum est, quod Theologi nostri per opus operatum intelligunt, & ab opere operantis distinguunt. Sed video unde Philippus occasionem arripuerit mentendi, & calumniandi, quia videlicet S. Thomas in opusculo de Sacramento altaris, capit. 1. docet: *Corpus Domini semel oblatum in cruce pro debito originali, iugiter offerri in altari pro debitis quotidianis*. At S. Thomas non dicit, in cruce pro solo debito originali oblatum Christi Corpus, in modo etiam pro actualibus oblatum docet: i. p. q. 1. art. 4. & q. 49. art. 1. ad 4. Id ergo in eo opusculo fibi voluit S. Thomas, quia peccatum originale semel dimisum nunquam reperitur, ideo ad illud expiandum non esse necessaria quotidiana sacrificia, sed sufficere sacrificium crucis semel peractum, & semel per Baptismum applicatum: At pro peccatis actualibus, quæ semper committuntur, instituta esse, præter Baptismum, quotidiana remedia, in quibus sacrificium altaris merito numeratur. Non quod statim peccatores iustificet (ut aduersarij nos dicere mentiuntur:) sed quod iuuet ad placandum Deum, & ab eo impetrandum, ut super peccatores clementer respiciat, eisque desiderium conuersiois inspiret, atque ad iustificationem querendam, & obtineandam disponat.

XIX. MENDACIVM.

PA G.28.in codemarticulo. *Veteres*, inquiunt, *ante Gregorium*, non faciunt mentionem priuatae Missæ. Quod idē repetitur in *Apolog.* pag. 225. Si per Missam priuatum intelligatur Missa, quæ priuato nomine fiat, sive ab uno tantum fiat, & vni soli proficit Mendacium est, quod post *Gregorium*, eiusmodi Missæ in Ecclesia esse cœperint. Nulla est, nec vñquam fuit in ecclesia, Missa priuata; sed omnis Missa publica est, cum omnis Missa fiat a laicō, ut publicus minister est, & pro communi & publica utilitate totius Ecclesiæ. Sive rō per Missam priuatam intelligent eām, quæ non fit in loco publico, vel ad quam non conuenit populi multitudine, vel in qua non distribuitur populo Sactamentum: falso est, apud veteres non exstare memoriam eiusmodi Missarum, ante tempora *Gregorij*. Certè *Augustinus* *Gregorium*, ducentis ferè annis antecessit, & tamen lib. 22. de Cœlit. D e i. cap. 8. scribit hæc verba: *Vir tribunitus Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundum Cupedi appellationum, ubi cum afflictione animalium et seruorum suorum, et domum suam spirituum malignorum vim noxiām perpeti compreserit, rogauit nostros, me absente, Presbiteros, ut aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederet. Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit, ut cœfaret illa vexatio, Deoque protinus miserante, cessauit.* Habet hic Missam in loco priuato, ab uno celebratum, fine distributione Eucharistie populo facta, & tamen vtilem, & D e o gratam, ut miraculum subsequens declarauit.

XX. MENDACIVM.

PA G.29.in articulo de Confessione. *Antea*, inquiunt, immodec extollebantur satisfactiones, fidei vero & meriti Christi, ac iustitiae fidei, nulla siebat mentio. Hoc mendacium refellunt omnes libri Catholicorum, in quibus & fidēs passim prædicatur, & virtus Sacramento

tum, & ipsarum etiam satisfactionum, ac meritum Christi referuntur. Nunc vñus locus S. Thomæ sufficiet; 3. par. q. 62. art. 5. *Christi*, inquit S. Thomas, liberauit nos à peccatis nostris, precipue per suam passionem, non solum efficer, & meritorie, sed etiā satisfactorie. Similiter etiam per suam passionē initianit ritum Christianae religionis, offerens seipsum oblationem, & hostiam Deo, ut dicitur ad Ephes. 5. Vnde manifestum est, quod Sacraenta Ecclesie specialiter habet virtutem ex passione Christi. Et cetera. Et infra: *Per fidem Christus habitat in nobis*, ut dicitur ad Ephes. 3. & idē virtus Christi copulatur nobis per fidem, &c. Mentitur ergo qui dicit, ante hæc tempora nullam factam esse in Ecclesia fidei & meriti Christi mentionem.

XXI. MENDACIVM.

PA G. 34. in articulo de votis monasticis. *Augustini*, inquiunt, tempore Monasteria erant libera collegia, postea corrupta disciplina, ubique addita sunt vota, ut tanquam excogitato carcere, disciplina restituereetur.

Mendacium est hoc sanè dignissimum, cui non solum octo millia Lutheranorum subscriberent: sed etiam tot illustres ciuitates, torque illustissimi Principes, suffragium suum adiungerent Quid enim? An non vixit August. tempore *Augustini*? Isigitur scribens in Psal. 75. ita loquutus est: *Nemo positus in Monasterio frater dicat, recedo de Monasterio, neque enim soli qui sunt in Monasterio, peruenturi sunt ad regnum celorum: & illi qui sibi non sunt, ad Deum non pertinent. Respondet ei, sed illi non voluerunt, tū nouisti.* Et in Psal. 99. de Monachis apostatis loquens: *Dum non perseveraverit, inquit, implere quod voulit, fit desertor tam sancti propostis, & res votis non reddit. Sed forte non sufficit vñus: Nam in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. S. I o a n. C h r y s o s t. qui ætate Augustini ita vixit, vt etiam ante Augustinum mortuus sit, in epist. 6. quæ est ad Theodorum, qui deseruo Monasterio vxorem ducere voluerat (ut hoc tempore passim faciunt, qui ab Ecclesia ad Lutheranos des-*

ciant) Honnorabiles, inquit, *nuptie*, sed etiam fernare nos conuenit privilegia nuptiarum, quamvis frequenter hoc ipsum nuptiarum voces, ego tamen adulterio illud peius existimo, &c. At eur obsecro, nuptiae Monachorum adulterii sunt peiores, si nullis votis tenentur. S. H E R O N Y M V S, & ipse Augustino senior, in epistola ad Sabinum. Moris est, inquit, in *Egypti* & *Syria* monasteriis, ut tam virgo, quam vidua, que se *D e o* bauerint, & seculo renuntiantes, omnes delicias seculi concularint, crimen Monasteriorum matribus offerant defecandum. S. EPIPHANIUS scribens contra haereticum sexagesimam primam: *Tradiderunt*, inquit, *santi Apostoli*, peccatum esse, post decretam virginitatem ad nuptias conuerti. S. B A S I L I V S, qui nominatis aliquantò Patribus vetustior fuit, in proemio Monasticarum constitutionum. Itaque, inquit, qui à mundi vinculis liber esse cupit, nuptias veluti pedicas quadam fugit, hū autem relikti, vitam suam *D e o* consecrat, & castitatem profitetur, ut neque facultas ipsi sit conversionis ad nuptias. Et infra cap. 22. Constitut. Meminit voti Obedientiae, & cap. vltimo, voti Paupertatis. Idem in libro de virginitate, parum à medio: Cūm, inquit, Domino virginitatem professae sint, carnales postmodum voluptate male blanda delinque ac denique, stupri scelus honeste coniugij nomine obtegere cupiunt. Hæc dicta pertinent Catharinæ coniugi Lutheri, ipsi autem Lutheru conuenit, quod paulo ante habet: Horrendo, inquit Basilius, sacrilegio Christi spōne adulter efficitur. Denique idem Basilius in epistola vltima, quæ est ad virginem lapsam. Et quia, inquit impius in profundum collapsus, mala de certo contempsit, etiam ipsa abnegas ad verum spōnum patera, neque esse virgo, neque unquam promississe clamans. Renoca in memoriam honestam professionem, quam professa es coram *D e o*, & Angelis, & hominibus, &c.

XVII. MENDACIVM.

Ibidem sic aiunt: Docebant vota paria esse baptismo: docebant se hoc rite genere mereri remissionem peccatorum, & iustificationem coram *D e o*. Et infra: Ita persuadebant vitam

mona-

monasticam esse meliorem baptismo. Et addit Philippus in Apologia pag. 250. docebant, applicata aliis alios salvare. At quis Catholicorum unquam ita docuit? Dicimus quidem, opera religionis, id est, castè vivere, nihil proprij possidere, obedire maioribus, opera esse bona, & meritoria vita æternæ, si à iustis fiant, & conducere ad satisfactionem pro peccatis, sicut cætera omnia opera bona at mereri iustificationem illam, quæ ex impiis efficiuntur iusti, nullus Catholicorum docet. Scimus enim non ex operibus iustitiae, quæ fecimus nos, sed, propter magnam *D e i* misericordiam, iustos fieri quotquot erè iustificantur. Addimus vero, posse Monachos facere alios homines operum suorum bonorum participes, ut possunt omnes alij fideles, cum sit communicatio inter membra eiusdem corporis. At quod possit Monachus suis operibus alios saluos facere, merendo eis gratiam & gloriam, mera calumnia est, nemo nostrum dicit. Denique non negamus, inter Baptismum & Monachatum esse quādam similitudinem, quod sicut in Baptismo remittitur omnis poena peccatis debita, ita quoque in susceptione vitæ monasticæ fieri credibile est. At non continuò anteponimus, vel æquamus Monachatum Baptismo: Baptismus enim, & culpam, & poenam remittit, & hominem de impio facit piū, & de filio diaboli, filium Dei. Professio vero monastica solam poenam renittit, quæ post remissam culpam aliquando remanet. Neque hæc est folius S. Thomæ doctrina (vt Philippus existimat) sed etiam veterum SS. Patrum. Scribit S. Athanasius, in vita B. Antonij, Angelicam vocem aliquando auditam, quæ testaretur, D. Antonio omnia peccata dimissa, cum per vitam monasticam seculo renunciat. S. quoque Hieron. in epist. 25. de obitu Blefilla: Cūm, inquit, proprio Christo ante quatuor fermæ mensæ, secundo quodammodo se prepositi Baptismo lauerit, et ita deinceps vixerit, ut calcato mundo semper monasterium cogitauerit, &c. S. Bernardus lib. de præcepto & dispensatione, non procul à fine: Audire, inquit, & hoc vultu à me, unde præter cetera pœnitentiae instituta, monasticalis disciplina meruerit hanc prærogatiā,

re secundum Baptisma nuncupetur? Arbitror, ob perfectam mundanam renunciationem, ac singularem excellentiam vite spirituali, quia praemissens usiueris vita humana generibus huiuscmodi conuersatio, Professores & amatores suos Angelis similes, disimiles hominibus facit, mo diuinam in homine reformat imaginem, configurans nos CHRISTO instar Baptismi: & quasi deinde secundum baptismum, dum per id, quod mortificamus membrum nostrum, que sunt super terram, CHRISTVM induimus, complatato denuo similitudini mortis eius. Hac S. Bernardus, cuius testimonium Philippus recitare non deberet, cum in Apologia cum, tuta inter sanctos viros numeret, tum eius testimonia tanquam grauissima, pro se adducat. Illud tamen non est prætereundum, nec S. Bernardum, nec S. Thomam, nec ullam Catholicorum, vitam monasticam baptismu[m] anteposuisse, quod tamen Philippos Catholicis attribuit.

XXIII. MENDACIVM.

PAg. 34. Quid fibat, inquiunt, in monasteriis olim erant schole sacrarum literarum, & aliarum disciplinarum. At non ita describunt nobis Monasteriorum exercitaciones. Hieronymus in epistola ad Eustochium, de seruanda virginitate, & in altera ad Rusticum, de institutione Monachii: Augusti in lib. de moribus Ecclesiæ Catholicæ: Ioannes Casianus in libro de institutis cœnobiorum: Benedictus in Regula: & ante hos omnes Basilius, in monasticis Constitutionibus. Hi siquidem meminerunt obedientia, continentia, paupertatis, jejuniorum, vigiliarum, silentij, psalmodiz, solitudinis, ciliciorum, & similium rerum: At humanarum disciplinarum, Physicæ, Dialecticæ, Oratoriz, ac Poeticæ artis, ne verbo quidem meminerunt. Viderit ergo Philippus, vbi scholastica & politica monasteria somniari.

XXIV. MENDACIVM.

PAg. 45. in articulo de potestate Ecclesiastica: Facile inquiunt, possent Episcopi legitimam obedientiam retinere, si non ingerent seruare traditiones, que bona conscientia seruare non possunt. Nesci imperant celibatum, nullos recipiunt, nisi inventi se puram Euangelij doctrinam nolle docere. Ostendunt, si possunt, quis vñquam Episcopus exegit iuramentum de non docenda pura Euangelij doctrina. Nisi forte nomine puræ doctrinæ, heræcies intelligi velint. Praxis enim Ecclesiæ habet, vt exigatur à Pastoribus iuramentum, de non docendis heræcibus, & de scriptura non explicantia, nisi iuxta consensum sanctorum Patrum, & hoc, vt erroribus, & impuritatib[us] doctrinæ adiutor precludatur. Neque verum est, celibatum imperari, sed tantum exigiri, vt conditionem ad sacerdotium necessarium. Quemadmodum enim liberum est vnicuique sacros ordines non suscipere, ita quoque liberum est celibatum non seruare.

XXV. MENDACIVM.

PAg. 51. in præfatione: Et nunc scripsi, quæ moderationis p[ro]mè potui. Ac si quid videtur dictum asperius, hoc multi præfandum est, me cum Theologis, ac Monachis, qui scripserint confutationem, litigare, non, cum Cesare, aut Principibus, quos, redebo, veneror, &c. Si vera sunt hæc verba, contra Theologos, & Monachos, aliosque Catholicos, qui confutationem non scripserunt, nihil scriptis in Apologia hac Philippus, quod contumeliam sonare possit: contra ipsos etiam, si confutationem scripserunt, et si aliquid asperius dictum sit, seruata tamen est moderationis, quæ tantum Theologum decebat. At in ista ipsa pagina si, in verbis, quæ immediate precedunt hanc protestationem moderationis, asperime flagellantur Theologi Catholicæ: Sed aduersarij, inquit, sic agunt causam, re-

ostendat se neque veritatem, neque concordiam querere, sed re-
sanguinem nostrum exsorbeant. Et infra, eadem pag. Sophisti
nominantur omnes Theologi. Et infra pag. 103. moderatis-
meloquitur Philippus, cùm ait: *Turpe est autem aduersarii, tantopere predicare dilectionem, cùm nusquam præstant eam.* Quid nunc agunt? dispergunt Ecclesias, scribunt leges sanguine, Et has proponunt Cæsari, clementissimo principi promulgandas, trucidat sacerdotes, & alios bonos viros, si quis leuiter significarit, se aliquem manifestum abusum non omnino probare. Et pa. 164. Insignis moderationis cernitur in istis verbis Philippi: *Dominus* perdat illos impios sophistas, qui tam sceleriter detorquent verbum Dei ad sua somnia vanissima. Et paulo post: *Quis docuit hos asinos Dialeticam.* Et pag. 200. Nec vident isti asini apud Hieron, contra Vigilant. &c. Et pag. 208. Manifestos abusus noua & inusitata crudelitate defendunt. Nullos patiuntur in Ecclesia idoneos doctores. Et pag. 212. Nunc hoc expendat prudens lector, quid fronti habeant isti nihil homines. Et inf. de grauissimis Theologis ait: *Quasi verò Ecclesiam valde ornet ista publica infamia flagitiarum, ac prodigiorum libidinum, que flagrât apud illos sanctos patres, qui Curios simulat, & Bacchanalia uiuent, ac pleraque ne revercundè quidem nominari quent, que isti summa licetia faciunt.* Et pag. 210. Illi Sardanapali consilio abutuntur prætextu religiosis. Et pag. 222. Videbis, inquit, extremam impudentiam istorum nebulorum, &c. Sane prædicada moderationis est, seneis grauissimos, doctissimosque Theologos, nunc asinos, nunc nebulones, nunc Sardanapulos, nunc homines nihil appellari, & sic appellari ab eo, qui vix Grammaticam bene tenebat.

XXVI. M E N D A C I V M.

PAg. 59. in *Apologia*, articulo 2. *Ad eundem modum* (inquit Philippus) loquitur & Augustinus, qui ait: *Peccatum in baptismo remittitur, non ut non sit, sed ut non imputetur.* Hic palam fatitur esse, hoc est, manere peccatum, tametsi non imputetur. Et hac sententia adeò placuit posterioribus, ut recitata sit & in decreto.

Mirum profectò est, tantopere placere quibusdam

mendacia, vt ab eis auelli nulla ratione possint. Scripturæ hoc idem Lutherus in assertione articuli 2. & ostensum illifuit ab Episcopo Roffensi, nusquam dicere Augustinum, peccatum manere, & non imputari, sed concupiscentiam manere, & non imputari in peccatum, sicut verè non est peccatum. Hæc enim verba sunt Augustini, quæ corrupte citantur à Lutheris, libro 1. de nuptiis & concupiscentia, cap. 25. Si queritur, quomodo ista concupiscentia maneat in regenerato, in quo uniuersorum facta est remissio peccatorum? Respondetur, dimitti concupiscentiam carnis in Baptismo, non ut non sit, sed in peccatum non imputetur. Lib. quoque 6. in Julianum capite 8. non dicit Augustinus, peccatum actu manere, reatu transire. Nec enim tam stupidus erat Augustinus, vt non intelligeret, ita non cohærente, peccatum actu manere, & non manere reatu: cùm ipse idem Augustinus peccatum per reatum definire soleat. Et ibidem libro 1. de nuptiis & concupiscent. cap. 25. Cùm dicit, hoc est, non habere peccatum, reum non esse peccati. Qui etiam passim assertit, concupiscentiam remanentem malum quoddam, & infirmitatem esse, non autem peccatum. Tractat. 41. in Ioan. Nonquid, inquit, quia deleta est tota iniurias, nulla remansit infirmitas? Et libro 6. contra Julianum cap. 5. Omnes peccato carent iustificati, sed non omnimalo. Quid, quod ipse etiam Philippus in colloquio VVormatiensi, (vt Ioan. Cochlaeus testatur in discussione Confessionis Augustanae, articu. 2.) ingenuè fassus est, male hunc locum ex Augustino esse citatum, cùm id ei Ioan. Eckius obiecisset. Quid, quod multi nostrorum sibi iam de hoc errore Lutheranos admonuerunt? Cum igitur mendacium toties patefactum & refutatum, in libro Concordia, cui octo millia hominum subscriperunt, adhuc inueniantur: unum è duobus necessarium est, aut hoc mendacium à sedecim millibus oculorum depræhendi non posuisse, aut voluisse aduersarios, etiam cum mendacis Concordiam facere. Adde quod in decreto etiam Gratianni, dist. 4. de consecratione, can. per Baptismum: non habetur, peccatum manere, (vt Philippus mentitur) sed concupiscentiam.

XXVII. MENDACIVM.

Dicitur Ag. 62. in Apologia pro articulo 4. sic ait Philippus : Damnavit autores confutationis Confessionis Augustanae, quod affirmamus, homines fide consequi remissionem peccatorum, & fide in Christum iustificari. At mendacium est. Non enim autores Confessionis damnant, quod fide dicamur iustificari, sed quod fide sola. Illa enim confutatio, de qua Philippus loquitur, exstat in harmonia Confessionis Augustanae, edita ab Andrea Fabrio Leodio, & in ea sic legimus art. 5. Quod fidei mentionem hic faciunt, catenus approbatur, catenus de fide non sola, ut aliqui male docent, sed quae per dilectionem operatur, ut Apostolus recte docet, ad Gal. 5. intellegatur. hæc ibi.

XXVIII. MENDACIVM.

Ibidem Antonius, Bernardus, Dominicus, Franciscus, & alij sancti Patres, elegerunt certum vita genus, &c. Vel ex animo Philippus loquitur, cum sanctos vocat Antonium, Bernardum, Dominicum, Franciscum, vel aliud sentit, aliud dicit. Si loquitur ex animo, destruit totam Confessionem Augustanam, & vniuersum proflus Lutheranismum. Constat enim hos quatuor Patres Monachos fuisse, & Patres Monachorum, & omnes certum vestimenti genus excogitasse, cuculos gestasse, à certis cibis abstинisse, vota continentiae perpetue, & paupertatis, ac obedientie conclusse, atque aliis commendasse. Item Antonium certum est in solitudinem se contulisse, & omnia civilia officia deseruisse. Bernardum & Dominicum Missam assidue dixisse, Papæ Romano adhæsisse, atque adeo Papistas supra modum fuisse: Franciscum denique nemo ignorat, in suo testamento fidem Romanæ Ecclesiz commendasse, ac imperasse, ut si quis ex suis à fide

Romanæ Ecclesiz aberraret, is diligentissimè custoditus, in manus iudicium traderetur. Si vero aliud loquitur, aliud sentit, imitator, & filius est, qui mendacium ab initio, immo & qui pater mendacij, ab ipsa veritate nominatur.

XXIX. MENDACIVM.

ProAGIN. 105. in Apologia Aduersarij, inquit Philippus, docent, homines iustificari, dilectione & operibus; de qua apprehendimus propitiatorem Christum, nihil dicunt: immo hanc fidem improbat, neque improbat tantum sententiam, aut scriptum, sed etiam ferro & suppliciis conantur in Ecclesiis dolere. Iam scipè diximus, veram fidem in Christum nos maxime requirere in negotio iustificationis: & propterea mentiri Philippum, cum ait, nos de fide aut nihil dicere, aut fidem oppugnare. Specialem tamen illam fidem Lutheranorum, superbam, atque arrogantem, quæ sola vult iustificare, nec patitur comites, quos illi D e s assignauit, meritò relictimus, & deletam funditus, atque exterminatam optamus, quandoquidem & ipsa delet atque exterminat orationem, Sacra menta, opera bona, & quidquid D e s ad salutem hominum instituit. Nam si quis non orat ex fide, male orat, & D e v m irritat potius, quam placat, ut aduersarij etiam fatentur. Debet igitur fides orationem præcedere: at vbi est fides, ibi continuo est iustificatio: & certus est Lutheranus ex fide, sibi remissa esse peccata: neque potest ea de re sine gravissimo scelere dubitare: Ergo nō potest orare ac dicere: Dismitte nobis debita nostra, vel cum publicano: D e s propitiis esto mihi peccatori: Sed cum Phariseo dicendum illi est: Domine, gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines. Quomodo enim petere audebit, quod certò fecit ex fide, se iam esse consecutum? Pari ratione sine fide. Sacramenta non prosunt, sed obsunt, at fides vbi adest, mox iustificat: quorsum igitur Baptismus post fidem adhibetur? Niniuitæ quoque perdiderunt ieiunium illud suum.

tam laboriosum. Nam si absque fide ieiunantur, nihil profuit, si fide precedente, iam D E V S ante ieiunium placatus erat. Multa hic dici possent, sed causa ista usque ad Fastidium iam à multis tractata est.

XXX. MENDACIVM.

PAGIN. 112. in *Apología Planè*, (inquit Philippus) *sordi sunt aduersarij, toties iam dictū est, legem sine Christo prodeesse, propter quem placet bona opera. Sed illi ubique, excluso Christo, docent mereri iustificationem, opera legis.* Mentiris, Philippe, & tam impudenter, ut mirum sit, si quem inuenieris, qui tibi credat. Profer saltem vnum ex Theologis nostris, qui doceat, opera sine Christo mereri iustificationem. Certe ipsa confutatio Catholica, aduersus quam potissimum *Apologiam* scribis, ita loquitur articulo 4. *Attamen omnes Catholicī fatentur, opera nostra ex se nullius esse meriti.* Vide supra, mendacio XX.

XXXI. MENDACIVM.

PAG. 124. in *Apologia*, art. 6. sic ait Philippus: *Nec offendat quenquam, quod sibi Ecclesia nomen vendicant. Nā Ecclesia Christi apud hos est, qui Euāgelium Christi re-ētē docent: non apud illos, qui prauas opiniones contra Euāgeliū defendunt.* Et passim in hac *Apología* negat Philippus, apud nos esse Ecclesiam. At hoc falso est, ex eadem *Apología* cōvinci poteſt. Nam pag. sequenti, id est, 125. dicit Philippus, *Antichristum sedere in templo D e 1, id est, ipse exponit, in Ecclesia dominari & gerere officia* Et pag. 130. dicit, *Papam esse Antichristum.* Si ergo Papa tanquam Antichristus in Ecclesia dominatur, & gerit officia, & tamen non dominatur, nec gerit officia inter Lutheranos, sed inter Papistas: Ergo non Lutherani, sed Papistæ sunt Ecclesia. Et præterea pag. 222. Philippus agnoscit aliquam offensionem, eo quod schisma fecerit, & se cum suis dissenserit ab illis, qui existimantur ordinarij Episcopi,

gr addit, se concordiam summo studio concipiisse, quod & a libi saepe repetit. At si apud nos non est Ecclesia, sed regnum Antichristi, & ipsi Episcopimembra sunt Antichristi, certe non est crimen, à nobis & Episcopis nostris dissidere: sed è contrario potius crimen. Concordet igitur secum liber *Concordia*, & aut apud nos Ecclesiam esse fateatur, aut non dicat, Antichristum in Ecclesia magistratum gerere, neque nobiscum Condiām desideret.

XXXII. MENDATIVM.

PAG. 129. in *Apologia. Manifestus*, (inquit Philipp.) *errone est, quod docent aduersarij, mereri homines remissio-rem peccatorum dilectione erga Deum, ante gratiam.* At profectò ne somniauit quidem vñquam illus Catholicorū, quod hic nobis obicitur, & in confutatione Catholico- ca passim reperitur, opera sine gratia nihil valere.

XXXIII. MENDACIVM.

IBIDEM. *Quid opus erit fide, si Sacramenta ex opere operato, sine bono motu ventis iustificant?* At nullus Catholicorū dixit, vel scripsit vñquam, in adultis non requiri cum Sacramentis motum internum fidei, displicentia, vel contritionis, &c. Et nos supra, Mendacio XX. adduximus S. Thomam, afferentem, applicati Christi me- ritum hominibus per fidem, in Sacramentis.

XXVIII. MENDACIVM.

PAG. 129. in *Apologia*, sic ait Philippus. *Sed fortassis aduersarij sic postulant, definiri Ecclesiam quod sit Monarchia externa, suprema totius orbis terrarum, in qua oporteat Romonū Pontificem habere potestatem à m̄tē b̄sior de qua nemini licet disputare, aut indicare, condendi articulos fidei, aboleādē*

*Scripturas, qua velis instituti cultus & sacrificia, &c. Et infra:
Atque hec definitio non Ecclesie Christi, sed Regni Pontificij, ha-
bet auctores non solum canonistas, sed etiam Daneleum, cap. ii.*

Profer igitur vnum Canonistam, qui dicat, Ponti-
ficiem Romanum posse Scripturas abolere, instituere
sacrificia, & similia facere, & cum non potestis, scito,
te & esse & haberi mendacem. At nos facilè possumus
ostendere, Lutherum vestrum id sibi auctoritatis arro-
gasse, vt aboleret plurimos sacrosanctæ Scriptura lib-
ros, vt Machabæorum volumina, Epistolam Iacobi,
Epistolam ad Hebreos, & alia quedam. Item, vt con-
deret nouum articulum, quo videlicet quisque ex fide
credere teneatur se esse iustum, licet in omni bono
opere peccet. Quod verò ex Daniele adducitur, ad
demonstrandum, Romanum Pontificem esse Antichri-
stum: non in Pontificem, sed in Lutherum apertissime
quadrat. In eo enim loco Daniel Antichristo tribuit,
non instituere sacrificia, quod vos Papæ tribuitis, sed
zollere iuge sacrificium, quod Lutherus totis viribus
facere conatus est. Additibidem Daniel, Antichristum
contra omnes Deos pugnatur: At Pontifex Roma-
nus, vt vos quidem putatis, Deos innumerabiles colit,
omnes videlicet Sanctos, & Sanctas, qui cum Christo
regnant, cùm è contrario Lutherus aduersus omnes
Sanctos bellum gerat.

XXXV. MENDACIVM.

PAg. 130. in Apologia, articulo de Ecclesia sic de
Romanis Pontificibus loquitur Philippus: *Quotus
quisque curat Euangelium, aut iudicat dignum lectione?
Multi etiam palam irridunt religiones omnes. At cur tam insi-
gnis criminis nullum testem citas, nisi quia non crimen
Pontificum, sed tuum mendacium, tua blasphemia est?* certè Innocentius III. ex illis est, quos non probatis,
& tamen extant sermones eius, extant epitolæ, ex-
tant alia opera plena sacris testimoniis. Quod idem
de multis aliis dici posset, vt omittam, quod semper

Pontifices sacra fecerunt, vbileguntur Euangelia non
Latinè solum, sed etiam Græcè.

XXXVI. MENDACIVM.

PA. 136. in apologia, articulo 10, sic mentitur Phi-
lippus. Decimus articulus approbatus est, in quo confite-
mnr nos sentire, quod in Cœna Domini verè, & substanc-
tialiter adfint corpus & sanguis Christi, & verè exhibeantur
cum illis rebus, que videntur, pane & vino, hi qui Sacramentum
accipiunt. At, bone Philippe, in articulo 10. Confessionis,
quem nostri receperunt, nulla facta est mentio panis &
vini manentes cum corpore, & sanguine Christi: Hic
enim est articulus decimus. De Cœna Domini, docet,
quod corpus & sanguis Christi, verè adfint, & distri-
buantur vescientibus in Cœna Domini, in Germanico
autem exemplati additum erat, sub specie panis & vini.
Tantum verò abest, vt Catholici tunc receperint talem
articulum, de pane manente cum corpore Domini, vt
expresse monuerint, recipiendum esse decretum Gene-
ralis Concilij de transubstantiatione panis in corpus, &
vini in sanguinem Domini.

XXXVII. MENDACIVM.

PAg. 140. in Apologia art. 11. Nunc te hac fide consequer-
te remissionem peccatorum, nulla est syllaba in tanta mole
Constitutionum, Glossarum, Summarum, Confessionalium: nuf-
quam ibi Christus legitur. Si de fide loqueris, quæ sola iusti-
ficet & certos absolute reddat, remissa esse peccata, non
mireris, si ea fides non inueniatur in Glossis & Summis:
nam cùm ille fierent, ista nondum erat nata. At de fide
vera in Christum & de ipso Christo, nihil in tot libris le-
gi mendacium est nimis crassum. Certè sanctus Anto-
ninus, qui inter Summistas non postremum locum te-
net, tam de fide, quam de Christo fuisse dixerit. Nec
ullalij de hisce rebus siluerunt.

XXXVIII. MENDACIVM.

PA g. 140. in *Apologia*, art. 12. sic Philippus loquitur: *Quid hic, Carole, Cesar invictissime faciemus?* *Hac est propria vox Euangelij, quod fide consequamur remissionem peccatorum.* *Hanc vocem euangelij damnant isti scriptores confutationis.* Sed non ita est Philippe: non enim confutatio visquam negat, nos fide consequi remissionem peccatorum sed negat, nos sola fide consequi remissionem peccatorum: quod & euangelium passim negat, cum & Sacramentis, & dilectioni, & pœnitentiæ tribuat remissionem peccatorum.

XXXIX. MENDACIVM.

Sed Sexies Geminatum.

PA g. 143. in *Apologia*, articulo 12. numerantur hæc dogmata, tanquam sint Catholicorum Theologorum: *Quod per bona opera extra gratiæ facta, mereamur ex pacto diuino gratiam.* *Quod per attritionem mereamur gratiam.* *Quod ad deletionem peccati, sola detestatio criminis sufficiat.* *Quod per contritionem, non fide in Christum, consequamur remissionem peccatorum, non coram D e o, sed coram Ecclesia.* *Quod suscepimus Sacramenta pœnitentie, ex opere operato, sine bono motu utentis, hoc est, sine fide in Christum, cōferat gratiam.* At hæc omnia non nostra dogmata, sed Philippi mendacia sunt. Nec dubium quin subcriberet contra ista dogmata, non octo millia, sed plusquam octingenta millia Catholicorum, ut iam pérículum sit, ne suffirentur ad uersarij Cretensibus illud encomium Apostolicum, Cretenses semper mendaces.

XL. MENDACIVM

PA g. 163. in *Apologia*, art. de satisfactione loquens Philipus, sic ait: *Hæc tota rei est commentitia, recens confita sine aueritate Scripture, & veterum scriptorum Ecclesiasticorum.* Acne Lombardus quidem, de satisfactionibus hoc modo loquitur. Scholastici viderunt in Ecclesia esse satisfactiones, nec animaduerterunt, illa spectacula instituta esse, tum exempli causa, tum adprobando hos, qui petebant recipi ab Ecclesia. In summa, non viderunt esse disciplinam, & rem propter positionem. Ideo superstitiose finixerunt, eas non ad disciplinam contam Ecclesia, sed ad placandum D e v m, valere. Et pag. 164. Adhuc Lombardistēpore ignota erat (satisfactione.) Et pag. 175. Quod Patres mentionem faciunt satisfactionis, quod Concilia fecerunt canones, diximus suprà, disciplinam Ecclesiasticam fuisse exempli causa constitutam: nec sentiebant, hanc disciplinam necessariam esse, vel ad culpe, vel ad pœnaremissionem.

Hoc esse mendacium, vel unus Cyprianus abundè declarabit. Is enim auctor & sanctus, & antiquus, & doctissimus. Nam de sanctitate martyrum: de doctrina, volumina qua reliquit, de antiquitate, historiæ omnes testimoniū præbent: certè plus quam ostentantis annis, Petro Lombardo vetustior est Cyprianus. Isigitur in Sermone, qui est de lapsis, prope finem, ita loquitur: *Quia autem pœnitentiam criminis tollunt, satisfactionis viam claudunt: ita sit, ut dum temeritate quorumdam promittitur salus falsa, vel creditur, spes vera salutis admatur.* *Nos vero fratres dilectissimi, quorum timor in D e v m pronus est, & in ruina licet animus constitutus, malis suis memor est: pœnitentes ac dolentes peccata nostra perspicite, gravissimum conscientie crimen agnoscite, ad intelligentiam delicti vestri oculos cordis aperite, nec desperates misericordiam Domini, nec tamen iam veniam vindicantes.* D e v s quantum Patria pietate indulgens semper & bonus est, tantum indicis maiestate metuendus est. *Quam magna deliquimus tam granditer defleamus.* Alto vulneri diligens & longa medicina non desit: pœnitentia criminis minor non sit. Putasne tu Dominum citè posse placari, quem verbis perfidis abnuisti, cui

patrimonium preponere malisisti, cuius templum sacrilega contumie violasti? Putas facile cum misericordia tua, quem tuum non esse dixisti? Orare oportet impensius & rogare, diem lucis transfigurare, vigiliis noctes ac flentibus ducere, tempus omne lacrymosis lamentationibus occupare, stratos solo adherere cineri, in cilicio & fordinibus voloptari: post indumentum Christi perdisse, nullum hic iam velle vestitum, post diabolos cibum, malle ieiunium. Et infra: Sic sub Apostolis fides vixit: sic primus credentium populus Christi mandata seruit. Et infra: Penitenti, operanti, roganti, potest clementer ignoroscere, potest in acceptum referre, quidquid pro talibus & perierint martyres. & fecerint sacerdotes: vel si quis plus eum suis satisfactionibus monerit, si eius iram, si indignitatis offendit, iusta deprecatione placauerit: dat ille & armatur sum, quibus vietus armetur. Et infra: Qui sic Deus & satisfecerit, qui persistenter facti sunt, qui pudore delicti, plus & virtutis & fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit, exauditus est adiutus a Domino, quam contristauerat nuper, letam faciet Ecclesiam: nec iam solum Deum veniam merebitur, sed coronam. Hac ille. Habes hic imprimis ter nomen satisfactionis: Habes deinde, illam confittere in operibus, luctu, cinere, cilicio, ieiunio, eleemosynis, praecibus. Habes tertio, hec nontantum expedire, sed necessaria etiam esse: orare oportet, inquit Cyprianus, & impensius rogare, &c. Habes quartu, his operibus Deus placari: nam & hoc aliquoties repetitum est, & proinde non ad solam disciplinam externam & politicam, satisfactionem pertinere. Habes quintu in ultimis verbis, per eiusmodi opera non solum nos veniam, sed etiam coronam promereri. Habes sexto, non sufficere fidem solam, quando tam multa alia necessaria sunt. Habes septimi non debere nos continuo veniam vindicare, etiam si iam coeperimus non solum credere, sed etiam timere & dolere. Habes postremo, sic sub Apostolis fidem viguisse: & propter eam mendacium esse Philippi quod ista sint noua, & inaudita ante tempora Petri Lombardi.

XL I. MENDACIVM.

PAg. 180. in Apologia, articulo 13. *Hic damnamus (inquit Philippus) totum populum Scholasticorum Doctorum, qui docet, quod Sacra menta non populi obtemperant, conferant gratiam ex opere operato, sine bono motu intenti. Hec similes pectora Iudaica opinio est, sentire quod per ceremonias insufficiuntur, sine bono motu cordis hoc est, sine fide: & tamen hac impia & perficiose opinio magna autoritate docetur in toto regno Pontificio Ecclesie. Ex ore tuo te iudico, serue nequam. Nonne tu dixisti supra, pag. 154 & 155. Scholasticos, cum de Sacramento penitentia disputant, requirent contritionem vel atritionem: & quid aliud est tam contritio, quam attritio, nisi motus cordis? Deinde, in ipsa confutatione, articulo 12. vt etiam in omnibus libris Scholasticorum, nonne passim inculcatur, tres esse partes penitentiae, contritionem, confessio nem, & satisfactionem? Et certe, contritio, sine fide, spe, & dilectione, id est, sine tribus cordis motibus esse non potest.*

XL II. MENDACIVM.

PAg. 184. in Apologia, articulo 15. *At isti (inquit Philippus) sentiunt, Deus esse placatum, propitium, propter traditiones, non propter Christum.*

XL III. MENDACIVM.

PAg. 186. in Apologia, articulo 15. *sicut rursum mentionatur Philippus. Docent, inquit, quod non propter Christum gratis insufficiuntur per fidem, sed per tales cultus. Hac & similia non egent confutatione, cum nec aduersarius ullum professe testem adducat. Et contra eum omnes scholae, omnia templo, omnes libri Catholicorum testentur.*

XLIII. MENDACIVM.

Et Quidem Tergeminum.

Dag. 186. in *Apologia*, articulo 15. *Has causas habebat Pares* (inquit Philippus) *rituum seruandorum*, ut aperiti-*statur Epiphanius* in *disputatione contra Encratitas*, quod *genus simile sunt Monachorum nostrorum*. *Fuerunt enim sodalitia, que sibi certas traditiones imponebant, abstinebat à vino, et in ipsa Cenâ Domini, nulli carnibus vescebatur, ne piscium quidem, quia in re fratres Domini longe superabant; à coniugio vero vel maximè abhorabant*. Et infra: *Hac observationes singebant esse cultum Dei, & institutam, propter quam Deus o accepti essent, qua placaret in Deo: hanc opinionem improbat Epiphanius*. Hic tria sunt aperitissima mendacia. Primum, quod Monachi nostri similes sint Encratitis, dum abstinent à vino, à carnibus, à coniugio. Nam Encratitas, abstinebat, ut à rebus natura sua immundis, & quæ nulli omnino hominum licet essent: & hoc damnat Epiphanius. Sic enim scribit hæc, 47. quæ est Encratitarum: *Nuptias palam Diaboli esse decernunt, animata verò abominantes interdicunt*. Et infra: *Vtuntur El ipsi mysteriis, per aquam: vino verò omnino non utuntur, Diabolum esse dicentes, & bibentes ac utentes iniquos esse ac peccatores*. At, quis inquit Monachorum Catholicorum, nuptias Diaboli esse dixit, & non potius ut à Deo institutas in coniugatis Catholicis honoravit? Quis animatas res abominans interdixit? quis vinum Diabolicum asseruit? quis illud bibentes, iniquos iudicauit? quis non saltem inter mysteria illo usus est? Quod verò etiam tempore Epiphiani, Catholici Monachi, ad alios bonos fines, à coniugio abstinerent, & quidam eorum à vino, quidam à carnibus, supradictum ostendimus, ex compendiaria doctrina eiusdem Epiphiani. Alterum mendacium est, quod Encratitas abstinerent à coniugio, carnibus & vino, propter cultum Dei, existimantes se eo modo Deo placaturos. Nam non meminit Epiphanius ex loco huius finis, id est, cultus Dei: & clarissime dicit, eos

De libro Concordia Lutheranorum. 337
eos abstinenre solitos, non continentia gratiâ, sed propter timorem, & imaginationem, ut ne condemnarentur propter animatorum eum. Itaque non abstinebant ut Deum placarent, sed ne magis irritarent, cùm crederent, res illas immundas esse, & contaminare eos, qui illis vtererentur. Tertium mendacium est, quod Epiphanius improbat hanc opinionem: quod abstinentia à coniugio, carnibus & vino, sit utilis ad colendum Deum. Nam neque hoc loco talis improbatio cernitur, & alibi aperitissime habetur approbatio. Sic enim Epiphanius scribit hæc. 48. quæ est Montanistarum: *Plerique enim sectarum matrimonium contrahere prohibent, & à cibis abstinenre precipiunt, non honeste viæ gratia exhortantes, non majoris virtutis gratia & premiorum ac coronarum: sed abominabilia ea, que à Deo facta sunt, putantes*. At vero sancta Ecclesia, & virginitatem glorificat, & solitudinem, ac castitatem laudat, & nuptias predicas honorat, et suscipit: *Scortatione vero adulterium, ac petulantiam interdicit*. Et infra: *Etenim cum moderatione quadam, Deus vs, verbis in Evangelio dixit, Si vis perfectus esse, misericordiam exhibeas hominum formationi ac debitati. Et gaudet quidem hic, qui approbatum Dei cultum prastare possunt, & virginitatem ac castitatem, & continentiam exercere deligunt. Verò unas nuptias honorat, etiam si maximè sacerdotij dona per eos, qui ab unis etiâ nuptiis se contineverint, & in virginitate utram degunt, se ornasse preexpressit: velut etiâ Apostoli ipius, Ecclesiasticam sacerdotij regulam ordinante ac sancte constituerunt. Quid hic dicas, Philippus? Nōne audis ab Epiphano continentiam ab vxore, à vino & carnibus debere suscipi, gratia maiori virtutis & premiorum ac coronarum? Item virginitatem cultum esse à Deo approbatum, & illi gratissimum? Denique sacerdotum continentiam, etiam ab una uxore, sanctitatem ab Apostolis fuisse?*

XLV. MENDACIVM.

Pag. 188. in *Apologia*, articulo 15. *Exstant* (inquit Philippus) *immensilibri, in a bibliotheca tota, nulli... missi... Y*

labam de Christo, de fide in Christum, de bonis operibus sue cuiusque vocationis continentis, sed tantum colligentes traditiones. Si tu omnes bibliothecas adiisti, & omnes libros legisti, cur non indicas nobis, vel vnum auctorem Ecclesiasticum, quide Christo & fide non loquatur?

XLVI. MENDACIVM

PAg. 190. in Apologia, articulo 15. *Apud aduersarios (inquit Philippus) nulla prorsus est exortatio puerorum. Quam impudens hoc mendacium sit, testantur innumerabiles Catechismi, qui a nostris editi sunt, nec unquam defuit in Ecclesia puerilis institutio: sed stultum est respondere homini nihil probanti, & ad mentendum proiectissimo.*

XLVII. MENDACIVM.

PAg. 194. in Apologia, articulo 16. *Vanissimum est (inquit Philippus) quod sit perfectio Christiana, non tenere proprium. Et infra: Sed Monachis illam externam hypocrisim offuderunt oculi hominum, ne videri posset, in quibus rebus sit vera perfectio: quibus laudibus vexerunt communione rerum, quam Euangelicam? At haec laudes plurimum habent periculi, perseruent cum longe dissentiat à Scripturis. Benè autem Philippus fecisset, si ad probandum laudes vite communis dissidente à Scripturis, attulisset in medium verba illa B. Lucæ: (soler enim ipse plerique, ut est ita signis Dialecticis, ita connectere argumenta) *Multitudinem autem credentium, erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum que possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erat illis omnia communia.* Et paulò post: *Et gratia magna erat in omnib⁹ illis, neq; jenissim quisquam egens erat inter illos: Quotquot enim possessores agrorum aut domorū erant, vendentes referabant pretia eorum, quæ vendebant & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis, prout cuique erat. Act. 4. Potuislet quoque Augustini commentarium adiicere, ut magis commu-**

niret sententiam suam. Is enim in sermone 1. de Communi clericorum vita, sic habet: Ecce dico, audite: Qui societatem communis vite iam suscepimus, quæ laudatur in actionibus Apostolorum, deserit, à voto suo cadit, & à professione sancta cadit; Et infra: Ego scio quantum mali sit, profiteri sanctum alijs, nec implete: Vouete, inquit, & reddite Domino Deo vestro. Ac breviter, si quis legit duos illos Augustini sermones, mirum si non videat Philippi vanitatem.

XLVIII. MENDACIVM.

PAg. 195. in Apologia, art. 18. *Sed quid interest (inquit Philippus) inter Pelagianos, & aduersarios nostros cum utriusque sentiant, homines sine Spiritu sancto posse Deum diligere, & præcepta Dei facere, quo ad substantiam actuū mereri gratia ac iustificationem operibus, que ratio per se efficit sine Spiritu sancto? Vis audire, quantum inter nos, & Pelagianos? quantum inter Catholicos, & hereticos? Necessarius Pelagianus error est, posse hominem aliqua præcepta & aliquando facere quoad substantiam actuū, solis naturæ viribus, id est, sine speciali auxilio gratiae Dei. Nam hoc id est tu doces: nisi tecum fortasse pugnas, in eadem pagina. Hæc enim sunt verba tua: *Habet humana voluntas libertatem in operibus, & rebus diligendis, quæ ratio per se comprehendit: potest aliquo modo efficere iustitiam ciuilium, seu iustitiam operum, potest quoque de Deo exhibere Deo certi cultū externo opere, obediens magistratibus, parentibus in opere externo eligendo, potest continere manus a cede, ab adulterio, a furto. Hæc tua, etiam nostra sunt: Et hoc vocamus implere quædam præcepta, quoad substantiam actuū. Porro diligere Deum super omnia sine Spiritu S. tribuit homini fortasse unus aut alter Scholasticorum, sed grauiores repugnant, ut S. Thomas, S. Bonaventura, & alij. Quod autem opera sine Spiritu S. facta mereantur gratiam & iustificationem, nullus Theologorū docet, tuum est mendacium, tua calunnia.**

XLIX. MENDACIVM.

¶ Ag. 198. in *Apologia*, articulo 20. Non est ferenda (inquit Philippus) blasphemia, tribuere honorem Christi nostris operibus. Nihil pudet iam istos *Theologos*, si talem sententiam in Ecclesia audient ferre. At, bone vir, non id habet confutatio *Theologorum*, quod tu reprehendis. Nec enim usquam dicunt *Theologi* illi, opera sine Christo mereri remissionem peccatorum. Sed negant, quod vos docetis, opera nostra, licet ex fide, licet ex gratia, licet ex Christi meritis prodeant, nihil tamen mereri. Itaque cum confutatio dicit, opera nostra mereri remissionem peccatorum, hunc habet sensum, quod opera penitentiae cum fide, & auxilio Dei facta, mereantur ex cognitu, siue per modum dispositionis, culpe remissionem, quam esse vocem *Scripturarum* & *Patrum*, supradocimus, Mendacio VII. Opera vero homini iustificari, facta ex gratia, per Christi meritum nobis infusa, mereantur ex condigno remissionem poenae, quae interdum relinquitur, culpa dimissa. Nam, ut August. Tractat. 12. 4. in I. Productior est poena, quam culpa, ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & poena. Nec solum poenam remissionem, sed & coronam gloriae mereri nostras satisfactiones, paulo ante ex Cypriano audiuiimus, in ser. de lapis, in postremis verbis.

L. MENDACIVM.

¶ Ag. 200. in *Apologia*, art. 21. Nec vident isti. Asini, (inquit humanissimus Philippus) apud Hieronymum contra Vigilantium, nullam existare syllabam de inuocatione. Loquitur de honoribus Sanctorum, non de inuocatione. At quemadmodum ista consequentia: Loquitur Hieronymus de honoribus Sanctorum. Ergo non de inuocatione? Videlicet inuocatione non est honor, sed dignominia. Etidcirco nullum, praeter Christum, inuocati vultus, ne decus Christo proprium, cum

Delibro Concordie Lutheranorum.

341

aliis commuhicetur. Audi igitur: Vigilantius nolebat Sanctos honorari: & quoniam non ignorabat, praecepit p[ro]m[un]tum Sanctorum honorem, esse ipsorum inuocationem, duabus rationibus ostendit, non eos debere ab hominibus inuocari, tum, quia abditis receptaculis inclusi, non possent vbi vellet esse presentes, & se inuocantibus per se opem ferre: tum etiam, quia nec posset villas post mortem, pro alio apud Deum in aliquid impetrare, & proinde supereruacanea esset inuocatio. Vtraque ratione Hieronymus refellit. *Ai*, inquit, *vel in s[ecundu]s Abrahe, vel in loco refrigerij, vel subter aram D[omi]ni, i[n] animas Apostolorum & Martirum confidisse, nec posse suis tumulis (vbi videlicet a fidelibus principiis inuocantur) est ubi voluerint adesse presentes. Senatores videlicet dignitatis sunt, ut non inter homicidas tetricimo carcere, sed in liberta honestaque custodia recludantur. Tu Dao leges pones: Tu Apostolis vincula insicies, &c. Etipfrat: Dicis, inquit, quod dum vivimus, mutuo pro nobis orare possumus, possumus autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exaudienda oratio. Si Apostoli, & Martires adhuc in corpore constituti, possunt orare pro ceteris: quanto magis post coronas, victorias, & triumpbos? Cum ergo Hieronymus Vigilantij argumenta refellat quibus ille Sanctorum honoribus inuidens, inuocationem eorum oppugnabat, vere stupidi, ac ferme a fini esse mus, si non inde colligeremus, inuocationem Sanctorum a Hieronymo approbari.*

LI. MENDACIVM.

¶ Ag. 200. in *Apologia* articulo 21. Neque reliqui veteres scriptores (inquit Philippus) ante Gregorium fecerunt mentionem inuocationis. Non te pudet, tantum Magistrum in Israe[li], aut nihil in veteribus legis, aut tam impudenter mentiri? Proferam igitur viginti quatuor Patres, Gregorio antiquiores, qui instar viginti quatuor seniorum de Apocalypsi testimonium dicant pro inuocatione Sanctorum. Vide Dionys. Areopag. lib. de Ecclesiastica hierarchia, cap. 6. Iren. lib. 5. Euseb. lib. 13. de prepar. Euangeli. c. 7. Athan. Ser. in Euangeliū de S.

Deipara. Basiliū oratione in quadraginta Martyres: item in Psalmo 13. Nazianenum oratione in Cypriānum, item in Athanasium, Nisensem oratione in S. Theodorum, Cyrillū Catechesi 5. Mystagogica. Ephrem Sermonē de laudibus Martyrum, Chryostomum Homilia 66. ad populum Antiochenum, item Homelia 41. in Genesim, Homelia 8. in Matthæum, Homelia prima in priorem ad Thessalonicenses: Theodoretum libro 8. de curandis Græcorum affectionibus, & in historia religiosa, ad finem singularum vitarum, Hilariū in Psalmo 124. & in Psalmo 129. Ambrosium libr. 10. in Lucam, cap. 21. Et in lib. de viduis: Hieronymū in Epitaphio Iaulæ: Rūssinum lib. 2. Historia Ecclesiastica cap. 33. Prudentium in Hymno de sancto Cassiano: item de sancto Hippolyto: item de sancto Laurentio. Paulinū Nolensem epistola 2. ad Seuerum: Gaudentium Brixensem tractatu in dedicatione Basilic. Concilii Sanctorum: Seuerum Sulpitium epistola ad Aurelium Diaconum, & epistola ad Bassulam Socrum. Maximum Taurinensem Sermonē de sancta Agnēte: Augustinū libro de cura pro mortuis, cap. 4. & Sermonē 17. de verbis Apostoli: Leonem primum Sermonē quinto de Epiphania: Victorem Vticensim lib. 3. de persecutione Vandala: Fulgentium Rūspensem Sermonē de laudibus beatæ MARIAE. His accedit Concilium Chalcedonense, 630. Patrum, & alia quæ supra citauimus Mendacio X.

LII. MENDACIVM.

PAg. 201. in *Apologia*, articulo 21. *Triplex honor*, (inquit) probandus est. *Primus est gratiarum alio*. *Secundus confirmatio fidei nostræ*. *Tertius imitatio fidei ceterarum virtutum*. *Hos veros honores non requirunt adversarij*. At vbi legisti, vel à quo audiuisti, nos non requiri hōs honores?

LIII. MENDACIVM.

PAg. 220. in *Apologia pro coniugio sacerdotum*: *Vnuperabant Monachi* (inquit) *coniugium, tanquam vi-*
te genus, quod vix vñquam D e o placaret, aut certe non
place ret, nisi propter procreationem. At omnes Monachi,
qui *commentaria in Magistrum scriperunt*, agnoscent
tria bona, propter quæ Matrimonium D e o placeat, fi-
dem, prolem, & Sacramentum. Vide lib. 4. *Sententiar.*
Distinct. 31.

LIV. MENDACIVM.

PAg. 223. in *Apologia pro coniugio sacerdotum*
Philippus sic argumentatur: *Iouiniani tempore non*
dum norat mundus legem de perpetuo celibatis. Impu-
dens igitur mendacium est, *coniugium sacerdotum, Iouiniani*
baresim esse.

Vtrum Philippus mentiatur, necne iudex sit B. Hieronymus. Is igitur in libro contra Vigilantium, sic ait: *Quomodo Euphorbus in Pythagora renatus esse prohibetur, sic in isto Iouiniani mens prava surrexit: ut in illo, & in hoc, diaboli respondere cogantur insidias*. Ille Romane Ecclesiæ auctoritate damnatus, inter phasides aues & carnes suillas non tant emisit spiritum, quam eructauit: iste capo Calagurritanus, & in peruersum propter nomen vicii muru *Quintilianus*, miscer aquam vino, & de artificio pristino, sue venena perfidie Catholica fidei sociare conatur, impugnare virginitatem, odisse pudicitiam, in coniugio secularium contra Sanctorum ie-
sūna reglamare. Proh nefas, Episcopos sui sceleris dicitur habere consortes: Si tamen Episcopi nominandi sunt, qui non ordinante Diaconos, nisi prius uxores duxerint; nulli celibati credentes pudicitiam, immo ostendentes, quam sancte viviat, quis male de omnibus suspicantur. Et nisi pregnantes uxores viderint clericorum, infantesque de ulnis matrum vagientes, Christi sacramenta nō tribuant. Quid facient Oriens ecclesie quid Ægypti, & sedis A-

postolica? que aut virgines clericos accipiunt, aut continentes, aut si uxores habuerint, mariti esse desistunt. Hoc docuit Dormitatio, libidini frēna permittens, &c. Si igitur Hieronymo teke; Vigilantij hæresis ac Iouiniani, vna atque eadem sententia fuit, adeò ut in Vigilantio Iouinianus reuxisse dicatur, mentitur Philippus, cùm ait, non fuisse hæresim Iouiniani oppositam continetrix sacerdotum. Quod vero mendacium etiam sit, Iouiniani tempore, mundo nota non fuisse legem perpetui cœlibatus, satis constat ex iis, quæ supra diximus, Mendacio XIV. necnō ex hoc ipso Hieronymi testimonio, & ex August. in lib. de hæresib. cap. 82. vbi legimus, quasdam sanctas virgines, prouectæ iætatis, Iouiniano auctore, nuptias cœtraxisse. Quod certè D. August. non reprehendit, si virginitas cœscrata Deo votum perpetui cœlibatus non complectetur, aut hoc votum illo tempore notum mundo non fuisset.

L V. M E N D A C I V M.

Pag. 216. in Apologia, de Missa: *Hic causse status est (inquit Philippus) de quo ita nobis monendi sunt lectors, ut Eschimes admovebas iudices, ne finerent aduersariu extra causam egredi. Nos in Confessione nostra ostendimus, nos sentire quod Cœna Domini non confecrat gratiam ex opere operato, nec applicata pro aliis, viuis aut mortuis, mereatur eis ex opere operato remissionem culpæ aut pœnae.*

At mira ista peruersitas est, alios arguere eius peccati, quod ipse commitis. Non enim iste est causæ status, an Missa mereatur gratiam, & iustificet ex opere operato. Si enim iste status esset, causa finita esset. Quæstio vero præcipua in eo consistit, an Missa sit verum & propriæ dictum sacrificium, quod omnes Lutherani negant, & Catholici omnes affirmant.

L VI. M E N D A C I V M.

Pag. 233. in Apologia, de Missa: *Sed aduersarij (inquit) ubique sacrificij nomine ad solam ceremoniam detorquet: prædicationem Euangeli, fidem, invocationem. & similia omitunt, cum ceremonia propter hac instituta sit. Fatemur quidem, sacrificium propriæ dictum, nec prædicationem Euangeli, nec invocationem significare, sed oblationem corporis Christi, cum mystica ceremonia a sacerdote factam: sed quod non sit apud nos Euangeli prædicatio, nec invocatio, nimis impudens mendacium est, cum in ipsa celebratione sacrificij legatur Euangelium, & sape etiam exponatur, & multæ preces fundantur pro sacerdotibus pro regibus, pro populo.*

L VII. M E N D A C I V M.

Pag. 236. in Apolog. de Missa: *Deside (inquit) qua gratia consequimur remissionem peccatorū, nulla prorsus fiebat ab aduersarij mentio: De exercitiis fideliumtantis cum desperatione, de gratiuitate remissionis peccatorū propter Christum, omnes libri, omnes conciones aduersariorum mutae erant. Magnus & mirabilis vir fuit Philippus, qui omnes libros legit, omnes conciones audiuit, etiam variis in locis eodem tempore, aut variis temporibus eodem loco haberentur: Et quod mirabilius est, etiam illas conciones audiuit, quæ prius factæ sunt, quam ipse nasceretur, alioqui, unde nouit, de gratiuitate remissionis peccatorum propter Christum omnes conciones mutas fuisse.*

L VIII. M E N D A C I V M.

Pag. 239. in Apolog. de Missa. *Transferunt (inquit) Missam & ad mortuos, liberat animas applicatione Sacramenti à pœnis purgatorijs, cùm sine fide nec viris Missa proficit. Neque ex*

Scripturis, vel viam syllabam afferre possunt, ad defensionem istarum fabularum, quas in Ecclesia magna auctoritate docet: neque Ecclesie veteris, neque Patrum testimonia habent. Duo sunt hic mendacia: Vnum, quod applicatione Sacramenti libertari dicamus animas a penitentia purgatoriis. Nemo enim Catholicorum hoc docet, sed quod de sacrificio dicimus, imperite aut calidè transfert Philippus ad Sacramentum. Alterum mendacium est, quod non habemus testimonia veteris Ecclesie, quod Missa proposit etiam defunctis. Tot enim habemus testimonia, ut plane aduersarios obruere possimus. Concil. Carthaginense IV. can 79. iubet commendari defunctos orationibus, & oblationibus. Concil. Vormatiense can. 10. iubet, etiam pro suspensis orari, & sacrificari. Similia passim in Conciliis leguntur. Tertullianus lib. de monogamia: Pro anima, inquit, eius oret, & offerat annuis diebus dormitionis eius. Cyprianus lib. 1. ep. 9. Non est, inquit, quod pro dormitione eius apud nos fiat oblatio, aut deprecatione. Ambros. lib. 2. epist. 8. Itaque, inquit, non tam deplorandam quam prosequendam orationibus reor, nec mastificandam lacrymu tuis, sed magis oblationibus animam eius Domino commendandam. Cyrillus Catachesi 5. Mytagogica. Maximum, inquit, credentes esse animarum iuuamen, pro quibus offeratur obsecratio sancti illius & tremendi sacrificij. Chrysost. hom. 69. ad pop. Antioch. Non temere haec ab Apostolo sancta fuerunt, ut in tremendis mysteriis defunctorum agatur memoria. Omitto ceteros.

LIX. MENDACIVM.

PAg. 2.47. in Apologia de Missa: Falso (inquit Philippus) citant aduersarii contra nos damnationem Aërii quem dicunt propterea damnatum esse, quod negaverit, in Missa oblationem fieri pro viuis & mortuis.

Quæstio nostra cù Lutheranis est an Missa proposit mortuis, nam quod viuis proposit, nemo negat. Porrò August. li. de hæresib. c. 53. inter dogmata propria Aërii etiā illud numerat. Orate, vel offerre pro mortuis oblationem, non opòrtere. At hoc idem omnes Lutherani dicunt.

LX. MENDACIVM.

IBIDE M, sic ait Philippus. Epiphanius testatur, Aërium sensisse, quod orationes pro mortuis sint inutiles, id reprehendit nequenos Aërio patrociniarum. Si verum loquitur Philippus, menititur altera pars Concordie, cui feret concordant omnes Lutherani. Nam pagin 31. Purgatorium animalium, mera diabolalaria esse definitur. At si nullum est purgatorium animalium, inutiles sunt orationes pro mortuis, vt volebat Aërius, nisi forte velit Philippus, pro animalibus beatis, aut damnatis orandum esse. Adde quod Epiphanius, hæresi 75 qua est Aërij, refert etiam alium eiusdem errorum, & quidem ipsius verbis: Sed nequiescendum, inquit, erit ordinatum: Hec enim Iudaica sunt, & sub ingenserit. Iusto enim lex non est posita, sed patricidis ac matricidi, & reliqui. Si vero omnino volo ieiunare, qualemcumque eligam diem, à me ipso, & ieiunabo propter libertatem. Et infra: In diebus autem Paschatis (quos nos vocamus maiorem, sive sanctam hebdomadam) quando apud nos sunt humi dormitiones, fastigates, afflitiones, siccorum ejus, preces, vigilia, ac ieiunia, & omnes animarum salutes, per sanctas afflictiones: ipsi à summo mane obsonantur, carneque ac vino venas suas expientes, cachinnantur, ridentes ac subsannantes eos, quisans. Etum hunc cultum hebdomadis Paschatis perficiunt. Quæsto te, Philippe, an non & vos hoc idem facitis, & docetis? Magis ingenuè Matthias Illiticus facit, qui Cent. 4. capit. 5. col. 401. agnoscit, Aërij dogmata fuisse, non orandum, nec offerendum pro mortuis: nec statu ieiunia seruanda: & quia horum similia docuit Lutherus, multe Epiphanius & Augustinum hæreticos facere, quam Aërium.

LXI. MENDACIVM.

PAg. 143. in Apologia de votis monasticis: Obedientia, paupertas, & cælibatus, (inquit Philippus) exercitia sunt

*Ad iā. Phop. I*deoque sancti viri eas sine impietate possunt, si-
ent vīsunt Bernardus, Franciscus, & alij sancti viri, Et hī sunt
propter utilitatem corporalem, ut expeditiores essent ad docen-
dum. Scilicet magna utilitas corporalis erat S. Francisco,
nudis pedibus ambulare, una sola tunica eaque cilicina,
& asperrima cooperiri, humi cubare, pane solo & aqua
ut plurimum vivere, totas noctes vigilare. Deinde, quid
dicemus de S. Antonio, S. Hilarione, S. Paulo I. Eremita,
imò de tot millibus sanctorum Anachoretarum, qui
non fungebantur docendi officio, & tamen vitam pau-
perissimam & severissimam, in perpetuo cibibatu, & sub
obedientiæ iugō ducebant? Porro S. Bernardus non solū
villissimis pannis, & cibariis aridissimis vtebatur, sed
etiam Serm. trigesimo in Cantica, diligenter monuit,
non esse Monachi, sed medici, corporis utilitatem, &
bonam valetudinem curare: Monachi vero esse, spiritus
utilitatem querere, & carmen crucifigere, atque in ea re
Dominum & Salvatorem imitari.

LXII. MENDACIVM.

PA. c. 255. in Apologia. *Nemo nescit*, (inquit R. philip-
pus) monasticam recens excogitatum esse. Omitto quod
Patres ad Apostolos referunt, ut Euseb. lib. 2. hist.
cap. 16. Epiphan. h̄er. 29. quæ est Naxareorum, Hier. 1.
lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, in Philone. Ioan. Cas-
tianus, lib. 1. de institutis Cœnobiorum, cap. 5. & Colla-
tione 18. cap. 5. Aug. Serm. 2. de communi vita clericorum.
Possidonius in vita S. Augusti. Sozomenus lib. 1.
hist. cap. 12. Et Nicephorus lib. 1. cap. 15. Certè Magde-
burgenses Cent. 4. cap. 6. col. 464. anno 300. à Salvatoris
aduentu ponunt initium Monastices. Quod si contendunt,
Monachos huius temporis, non esse illis similes,
qui erāt tempore Antonij, Hilarionis, Augustini, tamen
non negant, nec possunt negare, quin saltem Monachus
qui nunc est, à tempore S. Benedicti initium sumpse-
rit, id enim Lutherai omnes admittunt, cum videant
adhuc existare, & seruari regulas ab ipso conditas, & ha-

Dē libro Concordiae Lutherorum. 349
bitari monasteria, quæ ille fundauit. S. autem Benedictus ante 1000. annos floruit. Nisi ergo apud Philippum
mille anni sint, sicut dies unus, ut Scriptura loquuntur de
temporibus, cum Dī ex æternitate collatis, viderit ipsé,
quā sit verū, vitam monasticam recens excogita-
tam.

LXIII. MENDACIVM.

PA. c. 163. in Apologia, de votis monasticis. *Desertio*
facultatum (inquit Philippus) non habet mandatum
aut consilium in Scripturis. Nam Euangelica paupertas,
non est desertio rerum, sed non esse auarum, &c. De hoc men-
dacio diximus suprà Mendacio VI. sane deberet suffi-
cere tot Sanctorum exemplum. Omnes enim illi veteres
Monachi, qui tentopere celebrantur à Pátribus, verba
Domini, Matth. 19. *S. v. perfectus esse, rade, vende omnia,*
Etc. de rerum desertione intellexerunt.

LXIV. MENDACIVM.

PA. c. 259. in Apologia, de votis monasticis. *Sancti*,
(inquit Philippus) in locum Christi subrogantur, et im-
pie coluntur. Longè aliud ostendunt litanizæ, aliæque,
precies Catholicorum. Christo enim, ut Dio ac Do-
mino dicimus, κύριε ἀλέηος, Christe eleyon, Sanctis
vero, S. Maria, ora pro nobis. Petre, ora pro nobis. Sed anti-
qua ista calumnia est: quod enim Lutherani nunc di-
cunt, dixerunt olim Ethnici, Judæi, heretici, ut patet ex
historia Eusebij, lib. 4. cap 15. Et lib. 8. cap. 5. Ex Cyrillo
lib. 6. & 10. in Julianum. Ex Hieronimo libro contra
Vigilantium. Et ex Augustino libr. 20. contra faustum
cap. 27.

LXV. MENDACIVM.

PA g. 184. in *Apologia*, de potestate Ecclesiastica, *Sua traditiones*, (inquit Philippus) longè accuratius seruari postulant, quam Euāgeliū. Hoc de Episcopis Ecclesiae generatim ductum, apertissimum mendacium est.

LXVI. MENDACIVM.

PA g. 187. Ibidem: *Libri aduersariorum*, inquit, *nisi quām fidei mentionem faciunt*; cūm derēmissione peccatorum loquuntur. *Nisi quām docet de dignitate rerum ciuilium*; nisi quām docent quomodo Euāgeliū tradat iustitiam eternam. Et hæc mendacia toties repetuntur in hac *Apologia*, vt mirum sit quomodo non ipsi auctori nauseam fecerint.

LXVII. MENDACIVM.

PA g. 188. Ibidem. *Cultus Sanctorum*, inquit, *plenis est apud eos manifesta idolatria*. At nos corde sentimus & voce assentimus, *Sanctos non esse Deos*, sed *creaturas eximias*. Nec illis vt Diis sacrificamus, vt etiam D. Augustinus docet, lib. 22. de Ciuit. D E I, cap. 10. Nec inuocamus, vt gratiam vel gloriā largiantur: sed vt eam nobis à D E O precibus suis obtineant. Nec denique illabi eos animis, & corda scrutari existimamus, vt aduersarij nos credere mentiuntur; Sed D E O reuelante atque ostendente, quid nos petamus, cognoscere eos posse docemus.

Hic libellus tam fabrè aperit mendacia reuellit errores Concordia Lutheranae, vt nihil possit esse aut enucleatus aut neruosus in hoc genere: Nam anus fuit auctori stringere rem, non explicare, sed stringere ea arte, vt Lutherani alioqui plumbi facile tangent se tangi, aut potius enerti.

Censui R O B E R T V S T Y R N E R V S Sacre Theologicæ Doctor atque I N G O L S T A D I I Professor, & pro tempore eiusdem facultatis D E C A N V S.

BREVIS APOLOGIA
ROBERTI BELLAR-
MINI,PRO LIBELLO SVO DE
LIBRO CONCORDIAE LY-
THERANORVM.

VM ante multos annos liber Concordiae Lutheranorum in Saxonia prodiiisset: petuit à me vir quidam grauissimus, atque doctissimus, & qui mihi iure suo imperare poterat, vt ei per literas significarem, quid mihi de ea concordia videbatur. Perlegi cōtinuō librum, quem idem ipse ad me miserat, & sententiam meam de eo libro paucissimis verbis, id est, brevissimo libello comprehendī. Peruenit is meus libellus, nescio quomodo ad manus Davidis Sartorij, egregij saeTypographi, qui tunc Ingolstadij Catholicis libris excudendis magna cum laude operam dabant. Is verò per amicum quædam meum à me quæsiuit, molestēne esset laturus, si is libellus typis ipsius emitteretur in lucem: respondi, quod res erat, me non eo animo libellum consecuisse, vt ederetur, sed vt ei darem, qui mihi onus illud imposuerat: tamen si Theologi Ingolstadienses opusculum illud utiliter edi posse iudicarent, me non repugnare quo minus id fieret. Ita libellus in lucem editus est, qui quoniam vīsus est non leviter aduersarios pugisse, iterum, iuslū clarissimæ memoriz Stephani Regis Poloniæ potentissimi, typis mandatus est: nec multò post in linguam Germanicam paraphrasticè conuersus, & auctus ita Ministrorum noui Euāngelij bilem accedit, vt dignus vīsus sit qui ab vniuersa Academia Virtembergensi Theologorum coniunctis armis, & quasi agmine facto opprimeretur. Sed libellus ipse, vt audio, viuit adhuc, imò neguttam quidem

eroris emisit, sed clipeo veritatis armatus canit cum Propheta, *Sagittae periculorum factæ sunt plague eorum.* Et certè si Auctori ipsius vacaret in eiusmodi rugis tempus consumere, posset dececum diebus decem alias similes libellos emittere de vanitate, erroribus, & mendaciis huius Refutationis. Ac ut rem ita se habere demonstrem, pauca quædam exempli gratiâ proferam. Totum enim librum aduersariorum refellere nō esse operæ præcium, nisi quem iuuet, bonas horas male perdere, ex his paucis, quæ dicemus, lector intelliget. In prima parte libelli notaueram vanitatem eorum, qui ut concordiam in doctrina maximam esse apud Lutheranos ostenderent, coegerant ad subscribendum dogmatibus fidei turbam Ludimagistrorum, Hipodidascalorum, & similium, qui neque auctoritate, neque scientia possent, ut de dogmatibus, præsertim controversiæ iudicare possint. Atque addidi, nullum exemplum eiusmodi subscriptionum in negocio fidei posse ab antiquitate peti, cum ab Apostolicis temporibus per mille quingentos annos Concilium generalibus tum Nationalibus, vel Provincialibus soli Prælati, qui iurisdictionem habent, subscribere consuerint. Ad hoc respondent Theologi V Vittembergenses, his verbis: *Non latet nos, Deo laus, que ratio in Conciliorum subscriptionibus obseruata fuerit, quam etiam in nostris conuentibus ante hac multoties secutus sumus, ut si quid de religione scripto commendaretur, precipue tantum Theologi subscriberent; quæadmodum in Smalchaldicis articulis videare luet.* Quod autem etiam vulgariter, nec ita excellenter docti Ministri subscriptiunt: *Inscripto publico omitti id bene poterat, nisi Electores, & principes ad hoc coegerissent impudentes vestra calumnia, quæ contra ipsorum Theologos & Ministros in publicam confessionis Augustana contumeliam publicis typis euomuissent.* Meminisse autem Iesuitæ debebant, qualibus ementitis titulis Tridentini Concilii Episcopi superbinerint, ut homines in sua admirationem raperent, cùm se Episcopos, & Patriarchas iactarent nescio quorum locorum, in qua nemo illos neq; unquam peruenit, neque ex illis regionibus quisq; am Ecclesiasticus ad Concilium Tridentinum missus erat.

Hæc responsio satis indicat, eos nihil solidi habuisse,

quo

quo vanitatem illam à nobis notatam purgare possent. Primum enim non eis obiecimus, quod antiquis Conciliis soli Theologi præstantes subscribere consuerint, sed quod soli Prælati, qui iurisdictionem habent, id est, Episcopi. Itaque cùm dicunt, non latere se, quæ ratio seruata sit in antiquis Conciliis, & eam à se quoque seruatam in suis conuentibus, vbi præcipui Theologi tantum subscriptiunt: vel falso dicunt, non latere se formam veterum Conciliorum, vel mentiuntur, cùm affirmant, eam a se in conuentibus suis esse seruatam. In veteribus enim Conciliis veros Episcopos, non autem Theologos quoscunque: in conuentibus autem Lutheranorum nullum verum Episcopum sed Theologos, nescio quos, subscriptiisse non dubitam est.

Deinde cùm addunt, omitti potuisse nomina Ministrorum vulgariter tantum, & non excellenter eruditorum, nisi coegerissent eos nostre Calumnæ, quibus eis exprobare solemus, quod nulla sit inter Ministros eorum concordia, nihil omnino dicunt, quod ad rem faciat. Nos enim cum illis obiciimus, quod in grauissimis dogmatibus inter se non conueniant, non loquimur de turba imperitorum, quam scimus facile duci ab iis, quos opinione doctrinæ suspiciunt: sed de viris doctis, vel certè qui docti haberi volunt. Scimus autem, non solum in tota Germania inter varias Lutheranorum sectas, sed in ipsa Saxonia, atque inter eos, qui propriè Lutherani dici volunt, dissensiones esse grauissimas, ut vel ex colloquio Altemburgensi cognosci potuit, vbi ex ipsa Saxonia duodecim viri delecti ad componenda dissidia de religione, non solum grauissimos errores alij alii obiecerunt, sed etiam inde absque villa spe concordia discesserunt. Ad hanc igitur notam tantæ inter eos dissensionis eluendam, nihil omnino prodest subscriptio tot millium vilium personarum. Quid enim mirum, si ex una factione sex tantum viri (tot enim fuerunt autores libri Concordiæ) inter se conueniant, & octo millia imperitorum, sibique subiectorum, ad subscribendum cogant? Certè in Ecclesia Catholica definitiōnibus Tridentini Concilii omnes omnino, qui Catholi-

ci habeti volunt, sive docti, sive indocti, sive Principes, sive priuati, sive Itali, sive Galli, sive Hispani, sive Germani, sive Angli, sive Poloni, sive cuiuscunque regionis sint, sententiam suam iudiciumque subiiciunt.

Quod postremò adiungunt de Patribus Tridentini Concilij, quod nunquam viderint ea loca, quorum titulos præ se ferunt, inter splendida mendacia numerari potest. Exstat enim Concilium, exstant nomina & tituli singulorum Episcoporum, atque inter trecentos ferme Episcopos, variarum nationum, nescio an tres, vel quatuor inueniri possint, quorum Ecclesiae in iis locis sita sint, vbi Episcopi tutum aditum habere non possunt.

In altera parte mei libelli, reprehendi sex errores gravissimos contra Symbolum Apostolicum, quos in libro Concordia aduersarij posuerunt. Ita verò ipsi in sua refutatione respondent, ut errores erroribus addant, & eam imperitiam rerum Theologicarum præ se ferant, vt indociles omnino videantur.

Exemplum esto in refutatione primi erroris. Primus error à me notatus in eorum libro fuerat, quod Christus non solum vt homo, sed etiam vt Deus Patri fuerit obediens. Respondent, se hanc sententiam libenter agnoscere, nec opus est, inquit, vt Iesuite ex libro Concordia, & loci communibus Philippi, istius doctrinæ nos prolixè conuincant: quandoquidem hanc non tantum constanter profiteamur, sed etiam quoque summa nostrâ consolatione esse ducamus, quod obediëtia, qua iusti & beati reputantur, Christo non solum secundum humanitatem, verum etiam secundum deitatem adscribatur. Hæc illi. Nec solum admittunt Christum, vt Deum, obediisse Patri, sed etiam admittunt, B. Virginem Mariam non tantum esse matrem Dei, quæ est Catholicorum omnium sententia, verum etiam esse matrem Christi vt Dei, quod est haec tenuis apud Christianos inauditum, cum, vt infra ostendam, reduplicatio, vt non suppositum, sed formam reduplicet. Quemadmodum, inquit, Maria Christianon solum vt hominis, sed etiam, vt Dei mater est, ita quoque Christus, non solum vt homo, sed etiam vt Deus, Patri obediens fuit. Quid est autem, si propriè loqui velimus, B. Mariam esse matrem Christi, non solum vt hominis, sed

etiam vt Dei, nisi Christum à B. Maria diuinitatem habere, quemadmodum ab illa humanitatem habet? Quid si Christus à matre humanitatem & diuinitatem habet, certè antequam ex Virgine nasceretur, Deus non erat, imo neque aliquid erat, qui est error Ebionis, & Photini.

Ex eodem ignorantia fundamento paulò post adiungunt, non posse negari, quin Christus vt Deus, heret Patri obediens, nisi duæ cum Nestorio affirmetur in Christo esse personæ, vna quæ obediuerit Patri, videlicet persona humana, altera quæ Patri non obediuerit, videlicet Filius Dei. Quasi verò non possit vna & eadem persona diuisa in forma serui (vñ scripturæ verbis vtatur) obediere Patri, in forma Dei cum Patre iubere. Sic enim Apostolus ad Philippenses. 2. de vna & eadem Christi persona dicit, quod *forma Dei non rapinamputauerit, esse se equalēm Dei & Patri, in forma serui Patri obediens fuit usque ad gloriam, mortem autem crucis.* Et S. Athanasius in Symbolo de eadem persona Christi, dicit: *Æqualis Patri secundum diuinitatem, minor Patri secundum humanitatem.* Nequæ aliud est, quod Theologi Catholici dicunt, Christus vñus, & id est, vna & eadem persona, vt Deus fuit ante matrem, vt homo ex matre principium habuit.

Sed vtlerius progrediuntur Aduersarij, & obediëtiam Filio Dei tribuant etiam antequam formam serui acciperet, id est, non solum secundum deitatem, sed etiam secundum solam deitatem, quod quemadmodum ab heresi Ariana distingui possit, ipsi viderint. Adfuerunt enim illa verba Diuini Ioannis 3. Non misit Deus filium suum in mundum, vt condemnet mundum, sed vt serueret mundus per eum. Sic enim ipsi citant, qui vulgatae atque antiquissimæ editionis rationem nullam habent. Ac statim adiungunt: *Sicutur Deus filium suum unigenitum in mundum misit, vt genitus humanum seruaret, necesse est, hunc filium Dei obediens susse Patri, dum in mundum venit, naturam humanam assumpsit, & in ea nos peccatores redemit. Hinc de Filio Dei eterno in Symbolo Nicene catatur, Descedit de cœlo, & incar-*

356 Roberti Bellar. *Apologia pro libro suo*
tus est de Spiritu sancto, &c. Hæc illi, ex quibus manifestè colligitur, eos sentire, filium Dei, etiam antequam esset homo, obediisse Patri, ac per hoc secundum solā deitatem Filius enim Dei cùm venit in mundum, & natūram humanam assumptis non erat Deus & homo, sed Deus tantum, nisi quis ita despiciat, vt dicat, Deum & hominem descendisse de celo, vt fieret homo. Itaque Deus Verbum cùm non esset homo, descendit de celo, vt fieret homo, & ideo, Verbum caro factum est, & ipsa incarnatione, descendens fuit. Quod aliis verbis dicit *Apostolus Philip. 2. Exiavit semel ipsum formam serui accipiebat,* quod si Deus Verbum, cùm nondum esset homo, obediuit Patri, vt defrèderet & fieret homo, quis non videt, obedientiam, ac per hoc subiectionem tribui Deo Verbo secundum solam ~~humanitatem~~? neque. n. secundum humanitatem, quam non habebat, obedire poterat. At, inquit, *Si Deus filium suum misit in mundum, ut carnē assumeret, quo modo non obediuit filius Patri, dum venit in mundum & carnem assumpsit?* Hoc ipsum est argumentum Arianorum, qui ex missione colligebant subiectionem: sed respondabant maiores nostri veteribus Arianis, & nos respondemus nouis Arianis, mittere, non esse iubere, nec mitti, semper esse parere: nam dominus quidem seruum iubendo mittit, amicus amicum hormando, inferiori superiori orando mittere potest. Ac certè negare non possunt Adversarij, Spiritum sanctum mitti à Patre & Filio: iuxta illud *Ioan. 14. Paracletus autem, quem mittet Pater in nomine meo, & cap. 15. Cum venerit Paracletus, quæ ego mittam vobis a Patre:* & tamen Spiritum sanctum obediere Patri, & Filio, vel Patrem, & Filium imperare aliquid Spiritui sancto, ne aduersarij quidem admittere ausi sunt. Itaque vera est cōmuniſ Theologorum sententia, missionem in diuinis, non iuſſiōnēs, non imperiū, ſed p̄oceſſiōnēm vniū p̄oſonā ab alia significare, cum noui effectus connotatione. Sed opera p̄oſtūm erit cognoscere, quid aduersarij ad noſtra argumēnta repondeant. Referunt p̄imū hæc noſtra verba. Si Christus, vt Deus, Patri obediuit, certè vt Deus à Patre distinguitur. Alius igitur Deus, ſeſt Pater: alius Deus eſt Filius: ſed vnuſ tā-

De libro *Concordia Lutheranorum.* 357
tām eſt verus Deus, & conſtat Patrem eſſe verum Deum. Non igitur Filius eſt verus Deus nec ipſe Patri, vt in Nicasio Symbole conſitemur. R eſpondent deinde his verbis, Rudes aſine Iefuſi as iflos eſſe oportet, quod diſtinguerē nesciunt inter unitatē deitati, & inter personas in hac una deitate. Nam certè Filius Patri diſtinguitur eſt, tanquam persona diuina, qua ipſe Pater nō eſt & tamen non alijs Deus quam Pater eſt. Atque uia Patri eſt Filius vnuſ Deus ſunt, licet diſtingue personae, quarum uero alteri obedit. Hæc illi. Qui qua modestia p̄aditifunt, & demollent acumine. Nos autem quia l̄cimus, vnitatē in deitatē cum ſola personā diuina diſtinctiōne credi a omnibus fidei Catholice professoribus, ideo tanquam exploratū errorein notauiimus dogma Aduersariorum ex quo ſequitur, deitatē Filij diſtingui à deitatē Patri, & proinde Filium non eſſe verum Deum, neque Patri coſubſtantialem. Argumentum, id quo id ſequi demonſtravimus, Aduersarij non obſoluerunt, quod enim illi expoununt, Christus vt Deus obediuit Patri, idem eſſe, ac ſi diſcretetur, Christus vt persona diuina obediuit Patri, vt alteri persona diuina, nullo modo defendi potest: ſiquid illa particula reduplicans, Vt, non reduplicatū ſuppoſitum, ſed formam: neque enim dubium eſt, omnes actiones eſſe ſuppoſitorum, ſive personarum, & idcirco non ponuntur reduplicantes particule ad notandam personam, ſive ſuppoſitum: ſed quia dubium eſſe potest, ſecundūm quam formam ſuppoſitum agat, quando plures habet formas, ideo per reduplicantem particulam ſignificatur ea forma, ſecundūm quam ſuppoſitum agit. Itaque ſicut qui dicit, Petrus vt musicus canit, vt Medicus curat, vt homo ratiocinatur, ſignificat illam personam, quæ dicitur Petrus, ſecundūm Scientiam musicam, canere, ſecundūm Scientiam medicinæ, curare, ſecundūm rationalitatem, vt ſic loquamur, ratiocinari: ita qui dicit, Christus vt Deus obediē patri, ſignificat Christum, qui eſt persona diuina, obedit Patri ſecundūm deitatē. Et quoniam qui obedit, diſtinguitur ab eo, cui obedit, ſequitur vt Christus, qui obedit Patri ſecundūm deitatē, diſtinguitur à Patre ſecundūm deitatē. Quod ſi Filius diſtinguitur à Patre ſecundūm deitatē, cui-

358 *Rober. Bellarm. Apologia pro libello suo*
denter sequitur, vt dux sint deitatis patris, & filii, &
alius Deus sit Pater, aliis Deus sit Filius. Quemadmo-
dum ex eo quod Filius distinguitur à Patre secundum
personalitatem, recte colligunt omnes Theologi, duas
esse personalitates Patris, & filii, & aliam personam esse
Patre, aliam personam esse Filium. Hocigitur est ar-
gumentum, quod soluere debuissent Theologi illi
VVitembergenses. Sed, vt videtur, argumenti vim non
perceperunt, cùm tamen tam acuti videri velint, vt eo-
tum comparatione ceteri omnes, Asini dici possint.

Nec multò felicius ab altero nostro argumento se
expediunt. His enim verbis alterum argumentum no-
strum proponunt. Rursus, qui obedit, minor est illo, cui obedit,
nam imperare, superioris obediens, inferioris est. Ergo si Christus
vt Deus, Patri obedit: ut Deus, minor est Patri: & mentitur
Symbolum Athanasijcum autem: *Equalis Patri secundum diuinitatem: minor patre, secundum humanitatem.* Respondet autē
hoc modo: *Hac ratio locum habet in iis personis, que non sunt
eiusdem dignitatis: ubi haec imperat, illa necessitate quadam pa-
ret etiam iniusta: cum Christo autem, eiusque obedientia res se-
aliter habet. Pater enim Filio, ut Deus, non imperauit: ut coactus
humanam naturam sumeret: Sed Filius Dei sponte, & liberè hoc
fecit secundum eternum decreatum totius Trinitatis, quo circa et-
iam Filius Dei obedientia alia est, quam obedientia subdit ergas
suum Magistratum. Nouam hīc audimus Theologiam,
nouam Philosophiam, nouam vocabulorum acceptio-
nem: haec tenus enim obedientia virtus fuit, qua subdi-
tus superioris sui mandatum implet. Inter personas
eiusdem prorsus dignitatis, atque adeo in omnibus &
quales inauditum est esse veri nominis obedientiam,
cum par in parem non habeat imperium, vel potesta-
tem. Certè B. Paulus ad Ephes. 6. scribit, *Filiij, obedire
patribus.* Et rursus: *Servi, obedite dominio.* Et ad Hebr. 13.
Obedite prepositis vestris, & subiatete eis. Et ratio horum
omnium est, quia præpositus maior est subdito, domi-
nus maior est seruo, Pater in humanis maior est Filio,
quia senior, quia prudentior, quia cauſa: & S. Augusti-
nus Sermone 6. de verbis Domini, scribit, obedientiam
superioribus esse præstandam, sed illo ordine, vt*

De libro Concordie Lutherorum. 359
semper maiores minoribus anteponātur, ira vt filij paré-
ribus obediant, quia parentes maiores sunt filii, sed
magis patriæ, quam parentibus, quia patria parentibus
maior est, & magis Deo, quam patriæ, quia Deus maior
est, quam patria. Sic etiam obediendum docet curato-
ri, sed magis proconsuli, quam curatori, magis Impera-
tori, quam proconsuli, magis Deo, quam Imperato-
ri, nec difficile esset, multa huiusmodi testimonia ero-
ferre. Non solum ex scripturis sanctis, & veteribus Patri-
bus, sed etiam ex Philosophis, aliquique scriptoribus pro-
fanis, apud quos semper opedientia, quasi in regione
respondet imperium, & obedientia, subato, impe-
rium Principi tribuitur. Nequere, & aduersarij obe-
dientiam respondentem imperio non agnoscent, nisi
in iis, qui parent inuiti, quia vero non sit illa vera &
laudabilis obedientia, qua subditus libenter Principi
suo paret. Quæ cùm in iis, nisi aduersarij vocabulis
abuti & obedientia nouam definitionem assignare ve-
lant, omnino coguntur, aut admittere cū Arianis, Chri-
stum, secundum diuinitatem esse Patrem minorem, si Chri-
stum secundum diuinitatem Patri veram obedientiam
exhibuisse contendunt: aut negare debent, Christum
secundum diuinitatem Patri obediisse, si cum Ca-
tholicis æqualem Patri Filium, secundum diuinitatem
esse volunt.

Sed ineptissima præter ceteras est responsio ad argu-
mentum tertium. Sic enim argumentum nostrum ter-
tium ipsi proponunt: *Ad hec, secundum illam naturam Christus
obediuit, secundum quam mortuus est, nam ipsa mors, obedientia
fuit summa, & absolutissima: At non est mortuus Christus secun-
dum diuinitatem, sed solum secundum carnem: ergo nec secundum
diuinitatem, sed solum secundum humanitatem obediuit Patri.*
Respondent his verbis. Voces xxi & secundum, causam indi-
cant, propter quam Filius Dei adscribitur, quod humanitatis pro-
primum est: & vicissim cur deitatis propria homini tribuatur: quia
enim non duo, sed unus dux taxat Christus est, in quo due diversæ
nature arctissimè, & intime sunt, idcirco haec nature,
omnes istius personæ operationes, passiones, & gloriæ quoque inter-
se communicant, etc. Mirum est valde, cur non animaduer-
Z iii

tant, ex hac responione sua non solui, sed confirmari argumentum nostrum, non si vox *xxxi* id est, secundum, indicat causam, cur tribuatur Filio Dei, quod proprium est humanitatis, & homini Christo quod proprium est diuinitatis, certè non licet dicere, Filius Dei secundum diuinitatem, mortuus est, sicut non licet dicere, Christus homo secundum humanitatem creavit mundum: sed hoc modo dicendum est: Filius Dei secundum humanitatem mortuus est, & Christus homo secundum diuinitatem mundum creavit: causa enim, cur Filius Dei mors tribuatur, non est diuinitas, sed humanitas, & causa, cur mundi creatio, tribuatur homini, non est humanitas, sed diuinitas, ut aduersarij in sequenti pagina confitentur, & res ipsa per se clamat. Quid igitur opus est, nos iuorum errore confutando laboremus, cum ipsi tamen aperte secum pugnant, & sententiam suam sua responione confutent? Quod vero paulo post addunt, nos cum Nestorianis negare, Christum Deum esse natum, passum, mortuum: mera calumnia est. Nos enim etiæ negamus, Christum ut Deum siue secundum diuinitatem, passum & mortuum esse: tamen Christum Dei passum, & mortuum libenter simē confitemur. Denique, (ut hunc locum aliquando concludamus) id vnum ab aduersariis peto, & quandoquidem ipsi in extremo libro refutationis huius provocant omnes Jesuitas ad disputationem cum ea conditione, ut sola scriptura diuina sit Iudex: proferant vnum locum ex toto veteri, aut novo testamento, vbi habeatur, B. Mariam, matrem esse Christi ut Dei, & Christum ut Deum, siue, quod est idem, secundum deitatem, obediuisse Patri, aut passum, & mortuum esse. Hactenus enim non protulerunt, nisi illa, *Sanguis Iesu Christi Fili Dei emuldat nos ab omni peccato.* I. Ioā. 1. & illud, *Non misit Deus filium suum in mundum, ut inducet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.* I. Ioā. 3. & illud, *Ecce venio, in volumine libri scriptus est, ad me: ut facerem voluntatem tuam Deus meus volui,* & *Iesu tua est in medio cordis mei.* Sed neque in his locis, neque usquam alibi inuenient suas illas verborum nouitates. Vel certè, sicut nos illis ostendimus, scriptum

esse 1. Corinth. 13. *Christus crucifixus est infirmitate: id est ex ea parte, qua erat infirmus, & passibilis, nimurum ex humanitate.* Et ad Rom. 1. *Quis factus est ei ex semine David secundum carnem & denique 1. Petri 4. Christo igitur in carne passo: ita nobis ipsi vicissim legant, alicubi scriptū esset.* *Qui crucifixus est ex virtute, id est ex ea parte qua erat in passibilis, nimurum ex divinitate.* Vel, *Qui factus est ex semine David secundum diuinitatem:* Vel, *Christo igitur in deitate passo.* Quod cum ostendere nō possint, intelligent se, iudice scripture, ad quam appellauerunt, omnino causā cecidisse. Reliqua omnia, quæ ad errores pertinent, omittenda censui, quoniam superioribus similia sunt, & mihi propositum est non ad refutationem respondere, sed id solūm ostendere, refutationem indignam esse, cui responderemus.

In postrema libelli mei partē notaui mendacia libri Concordia, quæ tam perficua sunt, ut mirum sit, ausos fuisse Aduersarios refutationem corum aggredi. Sed quam aperte responderint, uno exemplo, vel altero demonstrabimus.

In 21. articulo Confessionis Augustinæ habentur hec verba: *Hac ferè summa est doctrina apud nos, in qua cerni potest, nihil inesse quod discrepet à scripturis, vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, quatenus ex scriptoribus nota est.*

In his verbis notaui mendacium contineri, quoniam in hoc ipso articulo at docent, non esse inuocandos sanctos: & tamen non ignorant, in Ecclesia Catholica veteri, & in Ecclesia Romana, ut notū est ex veterum scriptis, sanctos pasim inuocatos fuisse. Ac ut mendacium hoc tegi non posset, citauit in meo libello testimonia expressa pro inuocatione sanctorum Eusebij, Basiliij, Chrysostomi, Græcorum: & Ambrosij, Augustini, Ruffini, Latinorum. Addidi testimonia S. Leonis Papæ, ut inde fides Ecclesiæ Romanæ veteris cognosceretur, & testimonium Prudentij ipso Leone antiquioris, qui testatur, Romanam Ecclesiam consueuisse sanctos inuocare. Respondent in hac sua refutatione, testimonia veterum Patrium, quæ nos adduximus, pugnare cum diuino mandato, *Inuocare, & Dominū Deum tuum ade-*

bi: & ideo veritati confessionis ipsorum nihil derogare. At nostra quæstio non est, an Patres vera scripserint: quanquam & hoc nullo negotio defendi potest, sed an scripserint, id est, an testentur, Ecclesiam sui temporis, quam veram. Ecclesiam, Catholicam fuisse aduersarij confitentur, Sanctos inuocasse. Cùm autem affirmant Aduersarij, Patres antiquos docuisse inuocationem sanctorum, eosque accusent quod id fecerint contra mandatum Dei, quomodo non mentiuntur, vel mendacium non confirmant, cùm dicunt, & repetunt doctrinam suam, quæ prohibet inuocationem sanctorum, à doctrina Ecclesie Catholicæ veteris non dissidere? Deinde, vobis probent, in Ecclesia Romana veteri non fuisse vsum inuocandi Sanctos, adducunt vnum testimonium Ambrosij ex commentario in cap. i. ad Romanos, ubi videtur Ambrosius damnare inuocationem Sanctorum, cùm tamen cōstet, Ambrosium esse Doctorem Ecclesia Romana. Sed multis modis respondere possumus. Nam primò auctor eorum commentarij non damnat inuocationem Sanctorum, sed errore quorundam Gentilium, qui docebant, Deum immediate adiri non posse, sed necessariò per quosdam inferiores virtutes cælestes, adeundum esse. Secundò, commentaria illa à viris doctis non tribuuntur Ambrosio. Tertiò, Ambrosius in libro de Viduis, quem nemo negat Ambrosij esse, apertissimè docet inuocationem Sanctorum, atque adeo aperte, ut aduersarij hoc loco Ambrosiū hoc nomine reprehendant, quod contra verbum Dei, Sanctos inuocandos esse docuerit. Quartò, Ambrosius nusquam dicit, in Romana Ecclesia non inuocari Sanctos. Et contrà Prudentius, qui æqualis Ambrosij fuit, disertis verbis in hymno de S. Laurentio, Romanam Ecclesiam inuocare Sanctos solitam esse testatur, atq; idem testatur S. Leo Papa Romanus. Quæ omnia cùm aduersarij sciant, & saltem in nostro libello legerint, qua fronte mendacium excusare possunt, quo affirmant doctrinam suam ab Ecclesia Romana veteri non discrepare? Atque hoc de inuocatione Sanctorum, exempli loco posuimus. Nam alioqui plurima sunt in confessione Aug-

stana, quæ manifestè discrepant à Romana Ecclesia, quæ ante mille annos & eo amplius florebant.

In eadem confessione Augustana, in articulo de Missa, habetur hæc verba: *Falsò accusantur Ecclesie nostre, quæ Missam aboleant, retinetur enim Missa apud nos, & summa reverentia celebratur.* In his verbis euident mendaciū conserni, probauimus in meo libello ex articulis Smalchaldicis, qui vñā cum Confessione Augustana describuntur, & approbantur in eodem libro Concordiæ: nam in articulis Smalchaldicis, Missa, ut res commentitia, & figuramentum humanum, vel potius vt cauda draconis abroganda mandatur. Respondent in Refutatione per Missam, quæ secundum Confessionem Augustanam in Ecclesiis Lutheranorum retinetur, iprefigi distributionem Sacramenti, nō autem sacrificium pro viuis & mortuis: per Missam, quæ in articulis Smalchaldicis damnatur vt res commentitia, figuramentum humanum, & cauda draconis, intelligi Missam Papisticam, quæ dicitur esse sacrificium pro viuis & defunctis. At hanc refutationem ego ante præuideram, & ideo in meo libello addideram, non accusari à nobis Lutheranos, quod abrogarent distributionem Sacramenti, sed quod sustulerint sacrificium, quod in Ecclesia Catholica sub Missa nomine celebratur. Itaque hoc dilemmate vñus sum, si per Missam intelligitis Cœnā Domini, mendaciu[m] est, quod accusamini, si verè intelligitis sacrificium, mendaciu[m] est quod falsò accusamini. Ad hoc nostrum dilemma non potuerunt in Refutatione aliud respondere, nisi Missam à se abrogatam non esse, quia ipsa Cœna Dominica nonnullis in locis apud Lutheranos adhuc Missa nomen retinet, quamvis nullum in ea sacrificium offeratur. At non de nomine, sed de re quæstio est. Neque Lutherani à Catholicis accusantur, quod Missa nomē aboleuerint, sed quod Missam ipsam, qualem ante Lutheri tempora per multa secula Germani sacerdotes celebrauerant, iam non solum nō celebrent, sed etiam, vt idolatriam & sacrilegium, execrentur. Quare eodem dilemmate vñi possumus, si per Missam intelligitis vocabulū Missa cœna Domini ex accommodatum, mendacium est quod accusamini.

Si autem rem ipsam, quæ Missa dicebatur ante Lutheri tempora, id est, sacrificium corporis Domini pro viuis & defunctis oblatum, mendacium est, quod falso accusemini.

Addam & tertium exemplum, in eadem Confessio Augustana, & ex ea in libro concordiae habentur hæc verba: *Augustini tempore, monasteria erant libera collegia, & postea corrupta disciplina ubique addita sunt rotæ, ut tamquam cogitato cayere disciplina restitueretur. Hoc manifestum est, mendacium probauit ex ipso Augustino, qui sic loquitur in explicatione Psalmi 75. Nemo positus in monasterio poterit dicat, recedo de monasterio: neque enim soli, qui sunt in monasterio, iuuenies sunt ad regnum celorum; & illi qui ibi non sunt, ad Domum non pertinent. Respondetur ei, sed illi non voverunt, tu vovisti.* Atque *Psalmus 99. Dum nos perseverauerim in plebre, quod vovist, si dexter tam sancti proposuit, & reus voti non reddidi. Respondet in Refutatione, falso accusari mendacijs suam Confessionem Augustanam & reddunt rationem, quia S. Augustinus in eadem explicatione I Psalmi 99. significat, eodem loco habitas virginies sacras, quæ in monasteriis degabant, & alias, quæ in propriis ædibus versabantur. Secundò, quia idem S. Augustinus in lib. de bono viduaris cap. 10. & 11. dicit, se non probare illorum opinionem, qui dicunt, lapsarum à sancto proposito seminarum, si nupserint, adulteria, non coniugia esse. Tertiò, quia Confessio Augustana, cum dicit, *Augustini tempore, monasteria fuissent libera collegia, & sine votis*, non loquitur de votis in genere, sed de votis in Papatu visitatis, quibus puellæ, & iuuenes ante iustam ætatem implicati & constituti in vinculis istis, & contra verbum Dei, & conscientiam manere coacti sunt. At hoc quid aliud est, nisi fugere retia veritatis, & in laqueos falsitatis incurrire? Primum enim falso est, quod eodem loco habitæ fuerint virginis Deo sacrae, quæ in monasteriis, quæ in dominibus propriis versabantur. Nam quæ in dominibus propriis versabantur, solo votu castitatis obstrictæ erant, quæ in monasterio degabant, voverant præter castitatem etiam vitam communem, vt idem Augustinus in vitroque loco à nobis alle-*

gato scribit. Deinde S. Augustinus dicit quidem in libro de bono viduaris, videri sibi coniugia post votum castitatis non esse adulteria, sed vera coniugia, tamen addit in eodem loco, esse sacrilegia adulterio ipso peiora: proinde non vult, liberum illis fuisse post votum nobere, nisi sacrilegia adulteriis peiora, libera esse debeant. Adde, quod Augustinus eo loco de voto castitatis simplici loqui videtur, non de voto castitatis solemnissimale est illarum, quæ ut mundo, omni ex parte monachæ in monasteriis vitam communem sub obedientiis profiteruntur. Denique, falso est, quod in Ecclesiæ Catholica ante iustum ætatem iuuenes aut puellæ, & iuare cogantur vota temerè emissa. Contraria enim cauerunt in antiquis Conciliis, & in ipso iure Canonico, & demum idem renouatum cœperimus in Concilio Tridentino, Sessio 25. cap. 15. 8. de Regularibus. Sed illud omnem impudentiam superat, quod verba Cœfessionis Augustanae, generalia, perspicua, diserta, quibus assertitur, tempore Augustini monasteria fuissent libera collegia, & postea ob corruptam disciplinam, addita fuisse vota, per nouam gloriam restringere velint advota emissa ante iustum ætatem. Sed veniam damus pudori, voluerunt enim aliquo saltem imaginario pallio Patrum suorum verenda contegere, quamvis si quis eos vrgeret, ac petret, an vota monastica emissa iusta ætate necessario seruanda sint, ex doctrina S. Augustini, & exemplo veteris Ecclesiæ, in maiores angustias credo, redigerentur. nec scio, qua ratione Lutheri, & Catharinæ, Buceri, Petri Martyris, totque aliorum suorum principum apostoliam defendenter. Sed his omissis, veniam ad id, quod in principio, in medio, in fine totius Refutationis, atque adeo in singulis ferè paginis libri sui repertum & inculant ad nauseam vsque. Quoniam enim ad tot mendacia illis obiecta quid solidi responderent, non inueniebant, ex cogitauerunt callidum sanè consilium, vt iesuitis inuidiam eo nomine conflarent, quod ausi sint, Illustrissimos Principes mendacijs coarguere. Ita enim deriuata mendaciorum infamia à se in Principes, id futurum sperauerunt, vt quod ipsis rationibus non possent, notam

videlicet mendaciorum cluere, id Principes auctoritate præstarent. Ego verò sancte affirmare possum, numquam mihi in mentem venisse, ut Illustrissimos Principes, quamvis à religione Catholica alienos, mendaci reprehenderem. Illorum esse mendacia, quæ retuli, semper existimauit, qui Confessionem Augustanam, qui Apologiam, qui librum Concordia confecerunt, id est, Philippi, Smiddelini, & paucorum aliorum Theologorum. At enim sunt, qui sciebant, vel certè scire poterant & sciunt presumuntur, falsa esse, quæ dicebant, & scribebant. Atque hoc est, esse mendacem. Principes, & populi, quæcum munus non est libros euoluerere, quique suis Theologis considererunt, seducti, circumuenti, decepti dici possunt, mendaces dici non possunt. At (inquit Aduersarij pag. 62.) *adversarij* non solo fædo illo mendacij nomine contenti, adiuncto epitheto illustre mendacium vocarunt, hoc est, vanitatem illi mendacium Principum: probè namque nouerunt, vocem hanc, illustrè, in lingua Latina, precipue erga Principum personas usurpari. Responderem profecto, illum hanc esse calumniam, nisi timerem, ne id etiam detorquerent ad Principum iniuriam. Ego igitur in Cicerone aliisque bonis linguis Latinæ auctoribus frequentissime legi (illustre) pro dilucido: & perspicuo, pro verbo, vel facto Principis nunquam legi. Illustrè periuixit est in oratione Ciceronis, de Haruspicum responsis. Quod si aduersarij nostri periuixit hominum illustrium, id est, Principum, interpretentur, quis non rideat? Ita igitur Iesuitæ de mendacijs Principum ne cogitantes quidem, illustria dixerunt mendacia Philippi Melanchthonis, aliorumque similium festiariorum, quomodo Tullius illustrè periuixit, quod perspicua, manifesta, clarissima essent, nam ut idem ait Cicero in Partitionibus, illustrè aliquanto plus est, quam dilucidum. At, inquit, verba illa præfationis Concordie, in quibus mendacia notantur, Principum verba sunt. Verba quidem illa ita scripta sunt, ac si à Principibus dicerentur, sed à Theologis composita, & conscripta sunt. Principes enim nomine suo præfationem illam edi voluerunt, quo liber concordia plus auctoritatis haberet. Sed quem-

De Libro concordia Lutheranorum 367
 admodum decepti sunt, non mentiti cum concordia subscripterunt, quia vera esse crediderunt, quæ in ea continebantur: ita quoque cum præfationem à Theologis confessam suo nomine typis mandari voluerunt, non ipsi mentiti esse dicendi sunt, quamvis in ea præfatione multa sint falsa, sed ij, qui scient falsa esse, non veriti sunt ea conscribere. Quæ cùm sint, si Principes Lutherani rectè iudicare voluerint, non de Iesuitis querentur, à quibus nulla iniuria sunt affecti, sed Theologis suis merito irascentur, atque ab his dignas penas reponsent, qui ipsis ita imposuerunt, & errores gravissimos, mendaciaque clarissima pro voluntate eis obtruserint. Quod autem ad libellum neutræ actæ, is magnas agit Aduersarij gratias, quod cum antea ab Auctore suo neglectus: sola Typographi benignitate lucem aspiceret, nunc tandem virorum summo conatu, totisque viribus oppugnatus, & nihil tamen Iesus, cuius rei iudicium, quis lectoribus liberè libenterque permittitur ab Auctore proprio, non solum pro suo agnitus, & eiusdem iussu editus, sed etiam inter alias eius libellos optimo loco sit colloccatus.

F I N I S.

EXTRAIT DU PRIVILEGE

DU ROY.

PAR grace & priuilege du Roy, il est permis à Pierre Cheualier, Imprimeur & Libraire en l'uniuersité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer R. P. Bellarmini Poltrianus, & societate Iesu Indulgenciarum & Jubilo. Avec desfences à tous libraires ou Imprimeurs ou autres personnes de quelque qualité ou condition qu'ils soient d'imprimer ledit liure de Bellarmin sans le congé dudit Cheualier, durant le terme de quatre ans, a contenter du iour que ledit liure sera acheué d'imprimer, sur ce aux contrevenans d'amende arbitraire, confiscatiō desdits liures & despens domages & interest, comme plus a plain est contenu aux lettres de nees a Paris le troisième iour de Juillet. 1599.

Signé

Par le Conseil

THOMAS.

